tatis color est an hoc quod lana extiterat antequam purpura fieret
Lane ergo assimilatur homo colori purpure deus qui simul
in passione fuit dum pateretur in cruce sed passioni in nullo
subiacuit . Decimus qui et thara dixit Non michi placet istud
exemplum quia simul color torquetur cum lana cui tamen

omnes contradicerent. Siluester dixit accipe ergo aliud exem-
plum arbor habens in se solis splendorem cum inciditur icū
quidem suscipit splendor autem ab incisione minimus existit
sic homine paciente diuinitas nulli passione subiacuit. Vnde
decimus qui sileon ait si de cristo tuo pphete ita natiuitati sunt
tante irrisionis passionis et mortis causas scire velle mus. Et
siluester Esuruit crist? vt nos reficeret Sitinit vt aridita ti no/
stre vitalia pocula ministraret temptat? est vt nos a tempta/
tione liberaret Tentus est vt nos a demonum captura dimit/
teret Irrisus est vt nos ab irrisione demonum liberaret liga/
tus est vt nos a nodo ligationis et maledictionis absolueret
Humiliatus est vt nos exaltaret Expoliatus est vt nuditatē
prime priuationis indulgentia tegetet. Spinarum coronam
accepit vt flores paradisi pdites redonaret. In ligno suspēsus
est vt concupiscentiam in ligno genitam dampnaret Felle et
aceto potatus est vt hominem ad terram fluentem lac et mel
introduceret et fontes nobis mellifluos appariret. Sedet a dex/
tris dei vt preces credētium exaudiat. Hec siluester psequen/
te vniuersi tam imperatoꝝ q̄ iudices et iudei in laudeꝝ siluestri
proruperunt vnanimiter. Tunc indignatus duodecimus qui
et zambri indignatiōe magna dixit. Mirōꝝ vos sapiētissimos
iudices verborum ambagibus credere et dei omnipotentiam
estimare humana ratione concludi sed iam cessent verba et
veniamus ad sancta. Stultissimi nāq̄ sunt qui crucifixum co/
lunt cum ego nomen dei omnipotentis sciam cuius virtutem
nec sufferunt saxa nec audire valet quelibet creatura et vt me
verum dicere conprobetis thaurus ad me ferocissimus addu/
catur et dum in eius aure nomen istud in sonuerit thaurus il/
lico morietur ad quem siluester et tu quomodo hoc nomen
non audieris didicisti zambri dixit non est tuum hoc nosce
misterium qui iudeorum inimicus es Adducitur autē thau/
rus ferocissimus vix centum hominibus fortissimis tractus
at vbi zambri in aure eius verbum protulit continuo thau/
rus mugiens oculosq̄ eiciens expirauit omnes igitur iudei
vehementer acclamant et siluestro insuleant quibus siluester
non dei nomen protulit sed nomen pessimi demonis nomina/
uit. Deus enim meus ih̄sus cristus non solum viuentes morti/
ficat s̄ etiā mortuos viuificat nam occidere posse et viuificare
nō posse est leonū serpentū et ferarū. Si ergo vult vt credā q̄
nomen demonis non fuerit dicat iterū et viuificet q̄d occidit

nam de deo scriptum est ego occidam et ego viuere faciam quod si non poterit nomen demonis absq; dubio nominauit qui uiuentem occidere potest mortuum uiuificare non potest Cumq; zambri ad suscitandum tharum a iudicibus vrgere tur dixit. Suscitet eum siluester in nomine ihesu galilei ⁊ omnes in eum credemus. nam et si penuis posset volare tamen nō valeret perficere. Omnes igitur iudei si suscitauerit se credituros promittunt. Tunc siluester oratione facta ad aurem thauri se applicans dixit o nomen maledictionis et mortis egredere iussi domini nostri ihesu cristi in cuius noīe tibi dico thauri surge et ad armentum tuum mansuetus recede. Statim igit thaurus surrexit et cum omni mansuetudine abiit. Tunc regina iudei iudices et ceteri omnes conuersi sunt ad fidem Post aliquos vero dies ydolorum pontifices ad imperatorem venerunt dicētes sacratissime imperator ille draco qui est in fouea postq; fidez cristi recepistis plusq; tricenti homines cottidie interficit flatu suo. Consulente super hoc constantino siluestrum. Respondit. Ego per cristi virtutem eum ab omni cessare lesione faciam. Promittunt pontifices se si hoc faciant credituros. Orante autem siluestro sanctus spiritus ei apparuit dicens securus ad draconem descende tu et duo presbiteri q̄ sunt tecum cumq; ad eum veneris eum taliter alloqueris dominus noster ihesus cristus de virgine natus crucifixus et sepultus qui resurrexit et sedet ad dexteram patris hic ventur⁹ est iudicare viuos et mortuos. Tu ergo sathana eum in hac fouea dum venerit expecta os autem eius ligabis filo et anulo crucis habente signum de super sigillabis postea ad me sani et incolumes venietis et panem quem vobis parauero comedetis. descendit itaq; siluester cum duobus presbiteris in foueam per gradus c. l. ij. secum ferens laternas. Tunc draconi predicta verba dixit et os ipius stridentis et sibilantis vt iuss⁹ fuerat alligauit et ascendens inuenit duos magos qui eos secuti fuerant vt vidēt si usq; ad draconem descendēt ex draconis fetore pene mortuos eos secum adduxit incolumes atq; sanos qui statim cum multitudine infinita cōuersi sunt sicq; aomanorum populus a duplici est morte liberatus scilicet a cultura demōis et veneno draconis. Tandem beatus siluester morti aporinquans clerum de tribus ammonuit scz vt inter se caritatem haberent. Ecclesias suas diligentius gubernarēt et gregem a luporum mōsibus custodirent. Post hec in domino feliciter obdormiuit circa annum domini ccc. xx.

Incisionis diem iiii. celebrem faciunt et solempnem. Primum est octaua natiuitatis domini. Secundū impositio noui et salutiferi nominis. Tercium effusio sanguinis. Quartū signaculū circūcisionis. Primū ergo est octaua natiuitatis domini. Si enī aliorū sanctorum octauae solemnes sunt quanto magis octaua dies sancti sanctorum solempnis erit. Sed nō videtur q̄ natiuitas domini debeat habere octauam quia ei⁹ natiuitas tendebat ad mortem. Obitus autem sanctorū ideo octauas habent quia ip̄i tunc nascuntur ea natiuitate que est ad vitam eternam vt postea resurgant in cōporibus gloriosis. Eadem ratione videtur q̄ non debeat habere octauam natiuitatis beate virginis nec beati Iohannis bapti. similiter nec resurrectio domini quia iam facta erat ipsa resurrectio in resurrectionem. Sed notandum q̄ sicut dicit prepositiuus sunt octauae suppletionis vt est octaua natiuitatis domini in q̄ supplemus quod minus in festo factum fuerat scilicet officium de parturiente. Vnde etiam olim in missa consueuerat cantari ad honorem beate virginis vultum tuum x̄c. 3. tem sunt octauae venerationis vt pasce pentecostes beate virginis beati iohannis baptiste. 3. tem deuotionis vt cuiuslibet sancti possunt fieri octauae figurationis vt sunt octauae institute de sanctis q̄ significant octauam resurrectionis. Secundum est impositio noui et salutiferi nominis hodie enim impositum est ei nomen nouum quod os domini nominauit. Nomen preter quod n̄ est aliud sub celo in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen quod secundum bernhardum est mel in ore melos in aure et iubilus in corde. Nomen quod sicut dicit idem bernhardus instar olei lucet predicatum pascit recogitatum lenit et vngit inuocatum. Habuit autem triplex nomen sicut ex euangelio manifestatur scilicet filius dei cristus et ihesus vocatur autē filius dei in quantum est de deo deus cristus in quantum est homo a persona diuina quantum ad humanam naturam assumptus ihesus in quantum est deus humanitate vnitus. De hoc triplici nomini dicit bernhard⁹ vos qui in puluere estis exp̄giscimini et laudate. Ecce domin⁹ venit cum gloria neq̄ enim sine salute venit ihesus neq̄ cristus sine vnctione neq̄ sine gloria venit filius dei. Siquidem ip̄e salus ip̄e vnctio ip̄e gloria. Quantum autem ad hoc triplex nomen ante passionē perfecte notus non erat. Nam quantum ad primum ab ali

quibus cognoscebatur cōiecturaliter sicut a demonibus quī dicebant ipsum esse filium dei. Quantum ad secundum particulariter ab aliquibus enim licet pacis cognoscebatur esse cristus. Quantum ad tertium vocaliter quia quo ad hanc vocem ihesus licet non quo ad rationem nominis quod est salutare. Post resurrectionem autem hoc nomen triplex glorificatum est. Primum nomen quo ad certitudinem. Secundum quo ad infusionem. Tertium quo ad nominis rationem. Primum igitur nomen est filius dei. Et q̄ hoc nomen sibi recte conueniat sicut dicit hylarius in libro de trinitate vere dei filium vnigenitum dominum nostrū ihesum cristum esse. multis modis cognitum est. Dum de deo testatur pater dum de se ipse profitetur dum apostoli predicāt dum religiosi credūt dum demones confitentur dum iudei negāt dum gentiles in passione cognoscunt. Item dominum nostrum ihesum cristū: hijs modis cognoscimus. nomine natiuitate natura potestate professione. Secundum nomen est cristus quo interpretatur vnctus. Ipse enim fuit vnctus oleo leticie pre particibus suis. Per hoc autem quod dicitur vnctus insinuat q̄ ipse fuit propheta pugil sacerdos ⁊ rex. Iste enī quatuor persone olim cosnuerant inungi. Fuit enim propheta in doctrine eruditione pugil in dyaboli debellatione sacerdos in patris reconciliatione rex in premiorum retributione ab hoc secundo nomine denominamur quia a cristo dicimur cristiani. De quo nomine sic dicit augustinus cristianus iusticie bonitatis integritatis paciētie castitatis pudicicie humanitatis innocentie pietatis est nomen. Et tu istud quomodo tibi defendis et vendicas cui de tam plurimis rebus nec puaca subsistūt cristianus est ille qui non nomine tantum sed etiam opere est hec aug? Tertium nomen est ihesus hoc autem nomē iehesus bernhardus dicitur cibus fons medicina ⁊ lux. Flic autē cibus multiplicem habet effectum est enim cibus cōfortatiuus impinguatius roboratiuus et vegetatiuus. De hijs sic dicit bernhardus est cibus hoc nomen ihesus an non tociens confortaris quociens recordaris. Quid eque mentem cogitantis impinguat quod ita exercitatos repat sensus virtutes roborat vegetat bonos mōres atq; castas fouet affectiones. Secūdo dicitur fons vnde dicit idem bern. Ihesus est fons vite signatus qui ī quatuor riuos se diffundit in plateas. Vnde qui factus est nobis sapientia iusticia sanctificatio et redemptio sapientia in predicatione iusticia in peccatorum absolutione sanctificatio in cōuersatiōe vel in cōuersione redēptio in passiōe hec bern

Alibi quoq; sic dicit tres riuu fluxerunt a ihesu verbum dolo-
ris in quo est confessio sanguinis asperisionis in quo est afflic-
tio a qua emendationis in qua est cōpunctio. Tercio est mel-
dicina vnde sic ait est etiam hoc nomen ihesus medicina. Nic-
hil enim ire ita impetum cohibet superbie tumorem sedat sa-
nat liuoris vulnus restringit luxurie fluxum extinguit libi-
dinis flammam sitim temperat auaricie ac tocius decoris fu-
gat pruriginem. Quarto est lux vnde ait vnde putas in toto
œbe tanta et tam subdita fidei lux nisi de predicatione vel pre-
dicato ihesu hoc est nomen quod paulus portabat coram gē-
tibus tanq̄ lucerna super candelabrum hoc iterum vnum no-
men ihesus est multe suauitatis vnde bernhardus. Si scribas
non sapit mihi nisi legero ibi ihesum. Si disputas ac cōferas
non sapit mihi nisi sonuerit ibi ihesus. Item richardus de sanc-
to victore. Ihesus nomen dulce nomen delectabile. Nomen cō-
fortans peccatorem et beate spei. Ergo ihesu esto mihi ihesus
Secūdo est multe virtuositatis vnde pe. Rauen. vocabis nomē
eius ihesum hoc est nomen quod dedit cecis visum. surdis au-
ditum. claudis gressum. sermonem mutis. vitam mortuis. to-
tamq; dyaboli potestatem de obsessis cōporibus virtus huius
nominis effugauit. Tercio est multe excellētie et sublimitatis
vnde bñ nomē saluatoris nostri fratris mei carnis mee sang-
uinis mei nomen a seculis absconditum sed in fine seculorū
reuelatum nomen mirabile nomen ineffabile nomen inesti-
mabile ymo eo mirabilius quo inestimabilius eo magis gra-
tum quo gratuitum hoc autem nomē ihesus impositum est
ei ab eterno ab angelo et a patre potatiuo i. a ioseph. Ihesus
enim saluatōe interpretatur. Dicitur autem saluatōe triplici-
ter vel a potentia saluandi vel ab habitu vel ab actū secundū
quod dicitur a potentia saluandi conuenit ei hoc nomen ab
eterno secundum q̄ dicitur ab habitu saluandi sic fuit impo-
situm ab angelo et conuenit ei a principio cōceptionis secun-
dum q̄ dicitur ab actū saluandi dicitur impositum a ioseph
ratōne future passionis vnde glosa super illud vocabis nomē
eius ihesum dicit nomen imponens cum dicitur quod ab an-
gelo vel ab eterno impositum est tanguntur alie due. Recte
igitur in die capitis anni constituta a roma capite mundi et
in signata capitali littera alphabeti cristus caput ecclesie cir-
cumciditur nomen eius imponitur et eius natiuitatis octauus
dies colitur. Tertium est effusio sanguinis cristi. Hodie enim
sanguinem suum primo pro nobis fundere cepit qui ipsum
postmodum pluries effundere voluit. Quinq; enim vicibus

sanguinem suum pro nobis effudit. Primo in circumcissione et hec effusio fuit nostre redemptionis inicium. Secundo in oratione Et hec ostendit nostre redemptiōis desiderium Tertio in flagellatione et hec fuit nostre redemptionis meritum quia liuore eius sanati sumus. Quarto in crucifixione et hec fuit nostre redemptionis precium Tūc enī q̄ non rapuit exoluebat. Quinto in lateris appertione. Et hec fuit nostre redemptionis sacramentum. Inde enim exiuit sanguis et aqua quod figurauit nos per aquam baptismi debere mundari q̄ quidem baptismus habiturus erat efficaciam a sanguine cristi. Quartum et vltimum est signaculum circumcissionis q̄ quidem cristus hodie accipere dignatus est. Voluit autem dominus circumcidi propter multas rationes. Primo ratione sui vt veram carnem humanam se assumpsisse ostēderet. Sciebat enim non defuturos qui dicerent ipsum non cōp̄us verum sed fantasticum assumpsisse. Et ideo vt eorum errorem confutaret voluit circūcidi Et sanguinem ibi emittere cōp̄s enim fantasticum sanguinem non emittit. Secundo ratione nostri vt nos spiritualiter debere circumcidi monstraret Duplex enim est circumcisio secundum bernhardum que debet fieri a nobis scilicet exterior in carne et interior in mente. Circumcisio exterior consistit in tribus scilicet in habitu ne sit notabilis in actione ne sit re prehensibilis et in sermone ne sit cōtemptibilis. Interior autem similiter in tribus consistit scilicet in cogitatione vt sit sancta in affectione vt sit pura in intentione vt sit recta hec bernhardus. Item ratione nostri vt nos sanaret quemadmodum ei sit cauterium in vno membro vt totum cōp̄us sanetur. Sic cristus voluit portare cauterium circumcissionis vt sic totum cōp̄us mysticum salueretur Cōt secundo circūcisi enim estis circumcissione non manu facta in expoliatiōe carnis sed circumcissione cristi. Glosa a vicij tanq̄ petra acutissima petra enī erat crist⁹ i. cor. iij et exo. Tu lit illico sephora acutissimam petram et circūcidit carnem p̄pucij filij sui circumcissione x̄c. Dupliciter exponitur secundum glosam. Primo modo sic circumcisi inq̄ estis circumcissione non manufacta id est humano opere sed diuino id est circumcissione spiritali que quidem circumcisio fit in expoliatiōe cōp̄oris carnis hoc est depositione carnalis hominis id ē vicioꝝ ⁊ desiderioꝝ carnaliū s̄m q̄ caro accipit. i. corinth. viij.

Caro et sanguis ce pos. non pos. ꝛc. Estis inq̄ circumcisi cir/
cumcisione non manu facta sed circumcisione spirituali. Se/
cundo modo sic circumcisi inq̄ estis in cristo et hoc circum/
cisione non manu facta id est circumcisione legali que quidē
nō manu facta siue legalis fit in expoliatione cōporis carnis
id est cōporis quod est caro scz cutis carnis que in circumci/
sione legali aufertur. Non estis inq̄ circumcisi ista circumci/
sione sed circumcisione cristi id est spirituali in qua omnia
vicia amputata sunt. Vnde ro. j. Quam manifesta in carne cir/
cumcisio cōdis in spiritu non littera cuius laus est nō ex ho/
minibus sed ex deo. Circumcisi estis circumcisione non ma/
nu facta in expoliatione cōporis carnis sed circumcisioē cri/
sti. Tercio ratione iudeorum vt in excusabiles essent. Si enim
circumciscus non fuisset potuissent se iudei excusare et dicere
ideo te non recipimus quia dissimilis est patribus. Quarto
ratione demonum ne scz in carnationis misterium cognosce/
rent. Cum enim circumcisio fieret contra ægionale peccatum
credidit dyabolus et hunc qui circumcidebatur similiter pec/
catorem esse qui circumcisionis remedio indigeret ꝑpter ean/
dem causam voluit vt mater sua virgo perpetua esset despon/
sata. Quinto ratione perfecte iusticie adimplende. Sicut enim
baptisari voluit vt perfectam iusticiam id est perfectam humi/
litem que ē subdere se minori impleret. Sic etiam voluit cir/
cumcidi vt eandē nobis humilitatem ostenderet dum auctōr
et dominus legis voluit se subdere legi. Sexto ratione mosay/
ce ꝑꝑbande que erat bona et sancta et complenda quia non
venerat legeꝝ soluere sed adimplere. Ro. xv. dico enim ihesum
cristum ministrum fuisse circumcisionis ꝑpter veritatem dei
Quare autem circumcisio octaua die fiebat multiplex potest
ratio assignari. Prima sumitur penes intellectum hystoricum
siue litteralem. Nam sicut dicit rabi moyses maximus philo/
sophus et theologus licet iudeus puer in septem diebus tan/
te adhuc teneritudinis est quante est ad huc in vtero matris
existens in octaua autem die fortificatur et solidatur et ideo
vt dicit voluit dominus paruulos ante octauum diem circū/
cidi ne ob nimiam teneritudinem nimium lederentur. Ultra
octauum vero diem ipam circumcisionem voluit prolonga/
ri propter tres causas quas philosophus idem assignat. Pri/
ma vt periculum euitetur ne scilicet si nimium differetur sine
circumcisione eos mori contingeret. Secunda vt dolori par/
uulorum prouideatur cum enim in circumcisione maximꝰ
dolor sit Voluit eos dominꝰ circumcidi dū paruam ad huc
ymaginationem haberent vt minorem ibi dolorem sentirent

Tercio vt parentum tristitie consolatur Nam ex circumcisi-
 one pleriq; paruuli morerentur si circumcisi fuissent iaz mag-
 ni et ex hoc mortui maior dolor fuisset parentibus q̄ si morell-
 rentur octo tantum dies habentes. Secunda ratio sumitur pe-
 nes intellectum anagogicum siue celestem. Ideo enim octaua
 die fiebat vt daretur intelligij q̄ in octaua resurrectionis ab
 omni pena et miseria circumcidemur. Et secundum hoc octo
 dies erunt octo etates prima ab adam vsq; ad noe secunda a
 noe vsq; ad abrahā. tertia ab abrahā vsq; ad moysen q̄rta a
 moyse vsq; ad dauid. quinta a dauid vsq; ad cristum. sexta a
 cristo vsq; ad finem mundi septima mortuorum octaua resur-
 gentium. Vel per octo dies intelliguntur octo que in eterna
 vita possidebimus q̄ enumerat augustinus dicens. Quid ali-
 ud est ego ero illorum deus nisi ero eis vnde facientur. Ero
 quecumq; honeste desideretur scz vita salus victus copia glo-
 ria honor et pax et omne bonum. Vel aliter per septem dies
 intelligitur homo constans ex corpore ⁊ anima quatuor enim
 dies sunt quatuor elemēta ex quibus corpus consistit et tres
 sunt tres potentie que sunt in anima scilicet concupiscibilis
 irascibilis et rationalis. Homo igitur qui nunc habet septem
 dies quando vnitati eterne incommutabilitatis coniungetur
 tunc octo dies habebit et in illo octauo die ab omni pena et
 etiam culpa circumcidetur. Tercia ratio sumitur penes intel-
 lectum tropologicum siue moralem et secundum hoc octo di-
 es diuersimode possunt accipi. Primus potest esse peccati cog-
 nicio ps. Quoniam iniquitatem meam ego ⁊c. Secundus, pl-
 positum deserendi malum et faciendi bonum quod notatur
 in filio prodigo qui dixit. Surgam et ibo ad patrem meum
 Tertius pudor de peccato vnde apostolus. Quem fructum ha-
 buistis in quibus nunc erubescitis. Quartus timor de futuro
 iudicio iob quasi timentes super me fluctus timui deum. Ter-
 ronimus siue comedam siue bibam siue aliud aliquid faciam
 semper mihi videtur illa vox in auribus meis insonare. Sur-
 gite mortui et venite ad iudicium. Quintus contritio. Vnde
 iere. luctum vnigeniti fac tibi ⁊c. Sextus confessio psa. dixi
 confitebor aduersum me ⁊c. Septimus spes venie. Nam et si
 uidas peccatum suum confessus fuerit tamē non in spe venie
 et ideo nō ē misericordiā cōsecut⁹. Octau⁹ satisfactō et in hac
 die hō spūaliter circūcidit non solū a culpa s; etiā ab oī pena

Vel duo primi dies sunt dolor de perpetratioue peccati. Et de
fiderium emendandi Alij duo confiteri mala que fecimus et
bona que obmisimus Alij quatuor sunt Oratio. lacrimaru m
effusio. corporis afflictio elemosinarum largitio vel octo dies
possunt esse octo quorū diligens consideratio omnem volūta
tem peccati a nobis circumcidit Ita q̄ q̄ vnū considerat vnā
magnam dietam faciet. Quorum septem enumerat bñ dicēs
septem sunt de essentia hominis que si homo consideraret in
eternum non peccaret scz materia vilis. opatio turpis. exitus
flebilis. status in stabilis. mōs tristabilis. dissolutio miserabi
lis et damnatio detestabilis Et viij potest esse cōsideratio gl'ie
in effabilis quarta ratio sumitur penes intellectum allegori/
cum siue spirituale et secundū hoc quinqz dies erunt quinqz
libri moysi in quibus continetur lex. duo erunt p̄phe et psal/
mi. octau⁹ dies erit doctrina euāgelica. Sed in sex primis die/
bus non fiebat perfecta circūcisio In octauo autem p̄fecta cir/
cumcisio fit ab omni culpa et ab omni pena nūc in spe sed tā/
dem in re Quare autem data fuerit circūcisio sex sunt cause q̄
notantur in hijs versibus. Cauteriū signum meritū medicīa
figura. Exemplū olim fuit circūcisio dura de carne aut circū/
cisionis deo dicitur q̄ angelus eam karolo magno attulit et
ipe eam aquisgrani in ecclesia sancte marie honorifice colloca
uit karolus vero postea fertur carosiū transtulisse. Nunc aut
dicitur esse rome id est ecclesia que dicitur sancta sanctorum
Vnde et ibidem scriptum legitur. Circumcisa caro xpi san/
dalia clara ac vmblici viget hec precisio cara. Vnde et ea die
fit statō ad sancta sanctorum. Sed si verum est valde utiqz mi
rabile est. Cum enim caro ip̄a sit de veritate humane nature
Credimus q̄ resurgente cristo redijt ad locum suum glorifi
catum. Aliqui dixerunt q̄ hoc verum sit iuxta opinionem il/
lorum qui dicunt illud verum esse de veritate humane natu
re q̄d ab adam traductum est et illud solum resurgere. Notā
dum q̄ olim a paganis et gentilibus in hijs kalendis multe
superstitiones obseruabantur quas sancti etiam a cristianis
vix exturpare poterunt quas Augustin⁹ in quodam sermo
ne cōmemorat. Credentes enim vt dicit ianum ducem quen/
dam deum esse in hijs kalendis plurimum venerabantur a ei
duas facies figurabant vnā post se aliam ante se quia erat
terminus anni preteriti a principiū sequentis. Rursus in hijs
kalendis fōmas monstruosas assumebant alij vestientes pel
libus pecudum. Alij assumentes capita bestiarum ex quo iu/
dicat. non tamen habitu se beluinum habere q̄ sensum. Alij
tunicis mulierib⁹ vestiebātur nō erubescētes inserere tunicis

mulieribus militaris lacertos. Alij ita auguria obseruabant vt vocum de domo sua vel aliud quodcūq; benefactum cui libet petenti non tribuant dyabolicas etiam strenas et ab alijs accipiunt ⁊ ab alijs tradunt. Alij in nocte mensas laute preparant et sic tota nocte manere sinunt. Credentesq; per totum annum conuiuia in tali sibi habundantia perseuerent et subdit Augustinus qui de paganorum consuetudine aliquid obseruare voluerit tantum idem est ne nomen cristianum ei prodesse non possit. Qui etiam stultis hominibus ludentib; aliq; humilitatem impenderit peccatis eorum participem se esse nō dubitet vobis aut fratres nō sufficiat q; non hoc malū facitis s; vbi cūq; fieri videbitis arguite corripete castigete hec aug;

De Epiphania domini

Epiphana domini q̄dru-
plici decora-
tur miraculo et ideo
q̄druplici vocabulo
nūcupat̄. Hodie enī
magi xpm adorant
Iohānes xpm bati-
sat. Aquā ī vinū cri-
st̄ mutat ⁊ q̄nq; mi-
lia hoīm de q̄nq; pa-
nib; faciat. Cum enī
ihesus esset tredecim
dierū magi ad eum
stella duce venerunt
Et inde dicitur. Epi-
phania ab epi q̄d ē



supra et phanos apparitio q̄a tunc desup stella apparuit siue
ipe crist̄ p stellam que desup visa est magis ver? de? demō/
strat? est. Eadez die reuolutis vigintinouē annis cū iam an-
nū tricesimū attigiss; q̄a habebat vigintinouē ānos et tredecī
dies. Erat enī incipiēs quasi annorū triginta. vt dicit Lucas
vel secundum bedam habebat triginta plenos q; et romanam
ecclesiam asserit tūc inq; in iordane baptisat? est et ab hoc vo-
caī theophia a theos q̄d ē de? et phanos q̄d ē apparicō quia
tūc tota trinitas apparuit pater ī voce fili? ī carne sp̄irit? in co-
lūbe specie Ipo iterū die reuoluto vno āno cū esset triginta
vel trigintaunius annorum et tredecim dierum a quam in
vinum mutatauit et ob hoc vocatur betphania a beth. quod
est dom? quia in miraculo facto in domo ver? deus apparuit.

Ipso similiter die reuoluto anno cū esset annoꝝ trigintauniꝝ
vel trigintaduozum quinqꝫ milia hominū de quinqꝫ panibꝫ
faciauit. sicut dicit beda. & sicut dē in illo ymno. Qui ī multis
ecclesijs cantatur & sic incipit. Illuminans altissimꝫ x̄c. Et ob
hoc vocatur phagiphania fage qđ est bucca siue manducare
De hoc aut quarto miraculo vtrum hac die stigerit dubitaꝫ
tum quia in originali bede non sic expresse legitur. tum quia
iohannis vi. vbi de hoc miraculo agitur dicitur. Erat autem
pasca x̄c. Ista ergo quadruplex apparicio ista die facta est.
Prima facta est per stellam in presepio. Secunda per vocem
patris in iordanis fluuio. Tercia per mutationē aque in vinuz
in quiuio. Quarta per multiplicacōem panum in deserto. Pri/
ma aut apparicio precipue hodie celebratur & ideo eiꝫ hysto/
riam psequamur. Nato enim domino tres magi ierosolimaz
venerunt. quozum nomina in hebreo sunt appellius amerius
damascus grece galgalat malgalat sarathin latine gaspar bal
thasar melchior cuiusmodi aut magi fuerint hij triplex extat
sententia secundū qđ magus tripliciter dicitur. Magus enim
dicitur illusor maleficus & sapiens. Dicūt ergo quidam hos
reges ab effectu dictos fuisse magos id est illusores ex eo scꝫ
qđ herodem illuserunt quia ad eum non redierunt. Vnde & dē
de herode videns qđ illusus esset a magis x̄c. Magus iterum
dicitur maleficus. Vnde malefici phonis dicuntur magi. Et
inde dicit cris. hos magos vocatos. Dicit enim istos fuisse ma
leficos sed postea conuersos quibus dominus voluit natiui/
tatem suam reuelare & eos ad se reducere & per hoc peccatoꝝ/
bus venie spem prebere. Iterum magus idem est qđ sapiens.
Nam per se magus hebraice scriba grece phus latine sapiens
dicitur. dicuntur ergo magi id est sapiens. vnde magi quasi
in sapientia magni. Venerunt ergo hij tres sapientes et re/
ges cum magno comitatu ierosolimam Sed queritur quare
magi ierusalem venerunt cum ibi dominus natus non sit su/
per hoc assignat remigiuz quatuor rationes. Prima quoniaz
magi tempus natiuitatis cristi agnouerunt sed locum igno/
rauerunt. Quia autē ierusalem erat ciuitas regalis et ibi erat
summum sacerdocium suspicati sunt qđ tam egregius puer
non nisi in regia ciuitate nasci deberet. Secunda vt cicius nati
uitatis locum discernere potuissent cum ibi sapientes legis et
scribe residerent. Tercia vt iudei in excusabiles manerent po/
tuissent enim dicere Nos quidem natiuitatis locum cognoui
mus. Tempus autem ignorauimus et ideo non credimus. ma
ergo ostenderunt iudeis tempus et iudei magis locum. Quar
ta vt sic studio magorum condemnaretur pigricia iudeozū

Nam illi vni pphete crediderunt. Isti pluribus credere noluerunt. Illi querunt regem alienum isti non querunt pprum illi venerunt elonginquo. Isti manserunt euicino. Isti reges fuerunt successores balaam et ad visionem stelle venerunt ppter illam pphetiam patris sui orietur stella ex iacob ꝛc. Aliam causam vnde isti moti sunt ad veniendū ponit criso. in originali super matheum asserens quosdam dicere q̄ quidam secretorum in spectores eligerunt de seip̄is xij. et n̄ quis moriebatur filius eius autem aliquis p̄p̄inorum in eisd̄ loco substituebat. Hijs ergo per singulos annos p̄ mēsem ascendebāt super montem victorialem et tribus diebus ibidem morantes se lauabant et orabant deum vt eis illam stellam quam balaam predixerat ostenderet. Quadam igitur vice sc̄z in die natalis domini dum sic ibidem manerent stella quedam ad eos super montē venit q̄ habebat formā pulcherimi pueri super cuius capite crux splendebat que magos allocuta est dicens. Ite velocius in terram iuda ꝛ ibidem regem quem queritis natum inuenietis tunc illi continuo venire ceperunt. Sed quomodo in tam paruo tempore sc̄z in tredecim diebus per tanta terrarum spacia venire potuerunt sc̄z ab oriente vsqz in ierusalem que in mediculo mundi dicitur esse sita. Dicendum est secundum remigium quoniam talis puer ad quem preperabant eos in tam breui spacio perducere potuit vel poterit dici secundum. Iero. q̄ sup dramedarios qui sunt animalia velocissima qui tantum currunt vna die q̄tum equus in tribus. Vnde dicitur dramedariꝝ a dramos quod est cursus ꝛ ares q̄d est virtus. Cum ergo ierosolimam venissent interrogauerūt dicentes vbi est qui natus est rex iudeorum. Non interrogauerunt an natus sit quia hoc credebant sed querunt vbi natus sit et quasi aliquis interrogasset eos vnde scitis hunc regem natum esse responderunt vidimus stellam eius in oriente et venimus adorare eum hoc est nos existentes in oriente vidimus stellam eius id est natiuitatis ostensiuam vidimus inq̄ super iudeam positam vel nos existentes in nostra regione vidimus stellam eius in oriente id est in orientali parte. Hijs verbis sicut dicit remigius in originali verum hominem et verum regem et verum deum confessi sunt. Verum hominem cum dixerunt vbi est qui natus est verum regem cum aiunt rex iudeorum verum deum cum subiungunt venimus adorare eum preceptum enī fuit vt nullus nisi solus deus adoraretur

Sed herodes hoc audiens turbatus est et omnis ierosolima cum illo triplici de causa rex turbatus est et omnis ierosolima cum illo. Primo ne iudei regem natum tanquam suum reciperent et a se tanquam alienigenam expellerent. Unde crisostimus sicut ramum arboris in excelso positum leuis etiam aura mouet sic et sublimes homines in culmine dignitatum existentes leuis etiam fama conturbat. Secundo ne a romanis culpam possent si aliquis ibi rex vocaretur quem augustinus non constituisset. Sic enim ordinauerant romani ut nullus deus vel rex sine sui licentia et imperio diceretur. Tercio quoniam sicut dicit gregorius. Celi regi nato rex terre turbatus est quia ni mirum altitudo terrena confunditur dum celsitudo celestis aperitur. Omnis autem ierosolima cum illo turbata est triplici de causa. Primo quia impij gaudere nequeunt de aduentu iusti secundo ut regi turbato adularentur per hoc quod se similiter turbatos ostenderent. Tercio quia sicut sese ventis concucientibus vnda concucitur sic et regibus sese adinuicem certantibus populus conturbatur et ideo ex hoc tulerunt ne scilicet presenti et venturo rege adinuicem certantibus ipsi per turbationibus inuoluerentur hec ratio est crisostomi. Tunc herodes omnes sacerdotes et scribas conuocans sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. Cum autem ab eis didicisset quod in bethleheme iude vocatis ad se clam magis diligenter ab eis didicit tempus stelle ut videlicet sciret quid faceret si ad se magi non redirent. Dixitque ei inuento puero ei renunciarent simulans se velle adorare quem volebat occidere. Et nota quod cum magi ierosolimam ingressi fuissent stelle ducatum amiserunt a hoc propter tres rationes. Primo ut de loco natiuitatis christi querere cogerentur ut sic de ipsius ortu certificarentur tam propter stelle apparitionem quam prophetie assercionem sicut et factum est. Secunda quoniam auxilium querentes humanum iuste perdere meruerunt diuinum. Tercia quoniam signa in fidelibus data sunt secundum apostolum sed prophetia fidelibus et ideo signum datum est istis dum adhuc essent infideles non debuit apparere dum adhuc essent inter iudeos fideles. Hec triplex ratio tangitur in glosa. Cum autem ierusalem egressi fuissent stella antecedebat eos usque dum vestita fuerat puero. De hac cuiusmodi fuerit tres sunt opiniones quas ponit remigius in originali. Quidam dicunt fuisse spiritum sanctum ut ille qui post modum descendit super dominum baptisatum in specie columbe apparuerit etiam magis in specie stelle. Alij ut crisostomi dicunt quod fuerit angelus ut ipse qui apparuit pastoribus iudeis tanquam ratione utentibus apparuit in forma rationalis

Gentilibus vero tanquã irrõnabilibus in specie irrationalis Alij qđ verius creditur qđ fuerit stella de nouo creata qđ pacto suo ministerio redijt in preiacentẽ materiã. Ista aut stella hm qđ dicit fulgentius differebat ab alijs in tribz scz in situ qđ nõ erat localiter sita in firmamẽto s; pendeat in meditullio æris proximo terre in fulgore qđ ceteris erat splẽdidior quod inde patet qđ splendorem ei? non poterat splendor solis. obfuscare inmo in meridie lucidissima apparebat. In motu qđ pcedebat magos moe viatoris non enim mouebat motu circulari. Sed quasi motu animali a pcessiuo. Hæ tres differentie tangunt in glosa mathei. ij. que incipit sic. Hæc stella dnice natiuitatis. Prima in origine quia alie in mundi principio sunt facte hoc modo. Secunda in officio quia alie facte sunt vt sint insigna a tempora vt dẽ genesis primo hoc aut vt magis viam preberet. Tercia in duratione quia alie sunt ppetue hoc cõpleto officio suo redijt in materiã preiacentem. Cum aut stellam vidissent gauisi sunt gaudio magno valde. Notandũ qđ quintuplex est stella quã isti magi viderunt. scz stella mañialis. stella spũalis. stella intellectualis stella rõnalis & stella supersubstantialis. Primã scz materialem viderunt in oriente. Secundã scz spũalẽ que est fides viderunt in corde. Nisi enim hæc stella scz fides in eorum corde radiasset nequaquã ad visionẽ prime stelle venissent. Habuerunt enim fidem de eius humanitate. cũ dixerunt Vbi est qui natus est. Et de eius regali dignitate cũ dixerunt Rex iudeorũ & de eius deitate. Cum dixerunt. Venimus adorare eum. Terciam scilicet intellectualem que est angelus viderunt in somno. Quando per angelum sunt moniti. ne redirẽt ad herodem. Sed secundum quandam glosam. Non angelus sed ipse dominus eos admonuit. Quartam scilicet rationalem que fuit beata virgo viderunt in diuersorio. Quinta scilicet supersubstantialem que fuit christus viderunt in presepio. Et de hac duplici dicitur. Intranses. domum inuenerunt puerũ et cetera. Quelibet autem istorum dicitur stella. De prima psalm. Lunam a stellas que tu fundasti. De secunda ecclesiastici quadragesimotercio species celi gloria id est celestis hominis gloria stellarum id est virtutum. De tertia baruth. stelle autem dederunt lumẽ in custodijs suis. De quarta aue maris stella. De quinta apoca. vltimo. Ego sum radix & gen? dauid. stella splendida & matutina propter visionem prime et secunde stelle magi gauisi sunt propter visionem tercie stelle gauisi sunt gaudio propter visionem. quarte gauisi sunt gaudio magno ppter visionem quite gauisi sunt gaudio magno. valde vel sicut dicit glosa. Ille gaudet gaudio magno qui de

deo gaudet qui est verum gaudium & addit magno quia eo nihil est maius & valde quia de magno potest alius plus alius minus gaudere. Vel per horum verborum ex aggregatione voluit ostendere euangelista quod homines plus gaudent de rebus perditis & iterum inuentis quam de semper possessis. Cunctique dum munculam intrassent & puerum cum matre inuenissent flexis genibus singuli haec munera obtulerunt scilicet aurum thus et mirram. Hoc exclamans augustinus dicens. O infantia cui astra subduntur cuius est ille magnitudinis & superne glorie ad cuius pannos & angeli excubant & sidera obsecundant et reges trepidant & sectatores sapientie geniculant o beatum tugurium o sedes dei secunda post celum ubi non lucerna sed stella o celeste palacium in quo habitat non rex gemmatus sed deus incorporatus cui erant pro mollibus thoris dura praesepia pro laquearibus aureis fuliginea culminis tecta sed sideris obsequia quia decorata stupeo cum video pannos & intueor celos estuo cum aspicio in praesepio mendicum & super astra preclarum. Item bernardus. Quid facitis o magi quid facitis lactentem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis ergo ne deus est iste. Quid facitis quod aurum offeritis ergo rex est iste. Et ubi aula regia ubi thronus ubi curie regalis frequentia. Numquid aula est stabulum thronus praesepium curie frequentia ioseph & maria. Isti insipientes facti sunt ut fierent sapientes de hoc etiam sic dicit hylarius in libro secundo de trinitate parit virgo sed partus a deo est. Infans vagit laudantes angeli audiuntur panni sordent deus adoratur. Itaque potestatis dignitas non amittitur dum carnis humilitas predicatur. Ecce quomodo in christo puero non tantum fuerunt humilia & infirma sed etiam diuinitatis sublimia & excelsa de hoc iterum dicit ierosolymus epistolam ad hebreos respicis cunas christi inde pariter & celum vagientem in praesepio intueris infantem. Sed angelos simul auscultata laudantes herodes persequitur sed adorant magi quem ignorant pharisei sed stella demonstrat baptizatur a seruo sed vox dei desuper tonantis auditur aquis immergitur. Sed columba descendit imo spiritus sanctus in columba. Quare autem magi huius munera obtulerunt multiplex est ratio. Prima quoniam traditio antiquorum fuit ut dicit remigius ut nullus ad deum vel ad regem vacuus introiret per se autem et caldei talia munera consueuerant offerre. Isti enim ut dicitur in historia scolastica venerunt a finibus persarum & caldeorum ubi est fluvius saba a quo & saba dicitur regio. Secunda quae est beati bernardi quoniam beate virgini aurum obtulerunt propter inopiam subleuationem thus propter stabuli fetorem mirram propter

membroꝝ pueri consolidationem ⁊ malozum vermiuz ex/
pulsionem. Tercia qm̄ aurum ad tributũ thus ad sacrificiuz
mirra ad sepulturã pertinet mortuoz per hec tria ergo in xpo
intimatur regia potestas d̄na maiestas ⁊ humana mortalitas
Quarta qm̄ autũ significat dilectionem thus orationẽ mirra
carnis mortificacõem. Et hec tria xpo debemus offerre. Quia
qm̄ per hec tria significatur tria que erãt in xpo scz diuinitas
p̄ciosissima. Anima deuotissima ⁊ caro integra ⁊ incorrupta.
Hec tria significabant p̄ illa que erãt in archa. Nam virga q̄
floruit caro xpi que resurrexit p̄s. Et resloruit caro mea ⁊ c. ta
bule vbi erunt scripta precepta anima in qua sunt omnes the
sauri scientie ⁊ sapientie dei absconditi. Manna deitas q̄ habz
om̄em saporem ⁊ om̄ẽ suauitatem. Per aurum ergo q̄d est
preciosus omnibz metallis intelligit̄ diuinitas preciosissima
Per thus anima deuotissima quia thus significat deuotionẽ
et orationẽ p̄s. Dirigatur oratio mea ⁊ c. Per mirram q̄ ghuat
a corrupcõẽ caro incorrupta. Admoniti autẽ magi in somnis
ne redirent ad herodem per aliam viam reuersi sunt. Ecce quõ
magi p̄fecerunt. nam stella duce venerunt per homines imo
per prophetam edocti sunt angelo duce redierunt in christo
quieuerunt. Hæum corpore mediolam ⁊ in ecclesia que nũc
est fratru predicatorz q̄sebant s̄ nunc colonie req̄escunt.

De sancto Paulo heremita.




DAulus p̄/
mus here
mita. vt
testatur iero. q̄ eius
vitam cõscripsit fer/
uente decij p̄secucõẽ
heremũ vastissimaz
adiit ibiqz in quadã
spelunca lx. annis ho/
minibus incognit̄
permanfit. iste autẽ
decius dicitur fuisse
galienus qui fuit bi
nomius. qui cepit
anno domini. cc. lvi.
Videns enim sanct̄

paulus cristianis tot tormentoz genera irrogari in heremuz
aufugit. Eo siquidez tpe duo iuuenes cristiani cōprehendunt
quoz vnus toto corpore melle perungitur. Et sub ardore solis
aculeis muscarum ⁊ scrabanum ⁊ vesparum lacerandus ex/
ponitur. Alter vero mollissimo lecto imponitur ⁊ in loco ame/
nissimo collocatur. vbi æris erat temperies riuoz sonit⁹ cant⁹
auium ⁊ flozum olfactus. funibus tamen floreis coloribus ob/
tectis. sic iuuenis cingitur vt manib⁹ vel pedibus se iuuare nō
posset. Adest quedam iuuenicula corpore pulcerrima ⁊ impu/
dica ac impudice tractat iuuenem dei amore repletum. Cum
autem ille in carne motus contrarios rationi sensisset nō hñs
arma. quibus ab hoste se eruat linguam propriam dentibus
suis incidit ⁊ in faciem in pudice expuit ⁊ sic temptationem
doloz fugauit ⁊ trophæum laude dignum promeruit. Hoz
et aliozum penis sanctus paulus territus heremum pecijt. Eo
tempore cum anthonius primum se inter monachos heremi/
colam cogitaret in somnis alium se multo meliorem heremū
colere edocetur. Qui dum eum per siluas inquireret obuium
habuit ypocentaurum hominem equo mixtum qui ei via m/
dexteraz demonstrauit. Postmodum obuium habuit animal
ferens fructus palmarum supra ymagine hominis insignitū
deorsum vero capre formam habens. Qui dum ipsum per deū
coniuraret vt sibi diceret quis esset. Respondit se esse satirum
deum siluozum secundum errorem gentilium. Postremo ob/
uiauit ei lupus q̄ eum ad cellā sancti pauli perduxit. Paulus
autem anthonium presentiens hostiū fera clausit. Anthonius
vero rogat vt sibi apereat asserens se nunquā inde recessurum
Sed ibi potius moriturum. Victus paulus ei aperuit. statiqz
ambo in amplexus ruunt. Cuncqz hora prandij adesset corū
duplicatam panis partem attulit. Cum quia de hoc anthoni⁹
miraretur. Respondit paulus q̄ deus sibi omni dictaliter mini/
strabat. Et prebendā ppter hospitē duplicauerat. Pia lis orit⁹
quis magis dign⁹ esset panē diuidere. defert paul⁹ hospiti et
anthoni⁹ senioxi. Tandem vterqz manū apponūt et in eqs ptes
panem diuidunt. Cum aut anthonius rediens ⁊ iam celle sue
appropinquaret. vidit angelos pauli animam deferentes. qui
velociter rediens inuenit corp⁹ pauli flexis genub⁹ in modū
orantis erectū ita vt ipm vita estimaret s̄ cum ipm mortuum
didicisset ait. O sc̄a aīa qd̄ gerebas in vita in morte mōstrasti

Cum aut non haberet unde sepulturam faceret ecce duo leones ad uenerunt & foueam pauerunt sepultoque eo ad siluam redierunt. Anthoni? aut tunicam pauli ex palmis extextum assumpsit quem primum in solennitatibus utebatur obiit autem circa annos .cc. lxxxvij.

De sancto Remigio.



Remigius dicitur a remi quod est pascens & geos quod est terra quasi pascens terrenos doctrina. Vel remigius dicitur a remi quod est pastor & gyon quod est luctatio quasi pastor et luctator. paut enim gregem suum verbo predicacionis exemplo predicacionis suffragio oracionis. Est etiam triplex genus armorum defensionis ut scutum pugnacionis ut gladius municionis ut lorica siue galea. Luctatus est igitur contra dyabolum scuto fidei gladio uerbi dei & galea spei. Eius uita Remensy ignarus archiepiscopus scripsit.

Remensy ignarus archiepiscopus scripsit.



Remigius doctus egregius et confessor domini gloriosus a quodam heremita nascitur taliter est peruersus Cum enim uandalorum persecutio totam franciam deuastasset quidam reclusus uir factus est quod lumen oculorum amiserat pro pace ecclesie gallicane crebris oracionibus dominum exorabat Et ecce angelus domini in visu ei apparuit ei que dixit scito quod mulier

illa nomine cilina filium nomine remigium genuerit que gentem suam a malorum incursum liberauit. Cumque euigilasset statim ad domum ciline uenit & quod uiderat enarrauit. Cumque illa non crederet eo quod antea esset. Ille respondit scias quod cum puero ab lactu matris oculos meos de lacte tuo punget et continuo mihi uisum restituet. Cumque per ordinem hec omnia contigerent. Remigius matrem fugit et reclusum inuenit. Crederet autem eius fama cum esset .xx. duorum annorum ab omni populo remensy archiepiscopus electus. tante autem consuetudinis fuit quod etiam ad mensas eius passeret ueniebant et de manu eius reliquias ciborum comedebant

Quodã tpe cum in domo cuiusdã matrone hospitatus fuisset et illa modicũ vini haberet. Remigiũ celariũ introiuit ⁊ super doliũ crucẽ fecit. Cũq; ibidem orasset mox desup vinũ egreditur ita q; p mediũ celariũ fundebat. Cum aut̃ clodoneũ rex francie tũc tps gentilis eẽt nec ab vxore sua xpianissima gũti posset videns q; infinitũ exercitũ alamanoy sup se veniss; dño deo quẽ vxor sua colebat votũ vouit q; si de almanis sibi victoriã scederet mox fidem xpi recipet. Qd̃ cũ fuisset ad libitũ gsecutũ beatũ remigiũ adiit ⁊ se baptizari poposcit. Cũq; ad fontẽ baptismatis aduenisset nec ibidem sacrũ crisma haberẽt ecce columba quedã ampulã cũ crismate in rostro detulit de quo regem pontifex liniuit. Hec aut̃ ampula in remensi ecclia gseruat ⁊ inde vsq; hodie reges francie inũgunt. Post longũ tẽpus cũ genebaldus vir prudens dignus neptẽ beati remigii in vxorẽ haberet ⁊ se religionis causa mutuo absoluissent pre dictũ genebaldũ beatũ remigiũ laudunensem ep̃m ordinauit ac genebaldus cũ vxorẽ suã causa instruẽdi ad se sepiũ venire pmittẽt ex frequenti colloq;o animũ eius in gcupi'centiã inflã matur ⁊ vsq; in peccatũ secũ plabit q; gsciẽs ⁊ filiũ piens hº ep̃o intimauit ⁊ ille gsfusus ad eã remãdauit dicens qm̃ puer de latrocinio acq̃situs est. volo vt latro vocẽt. Ne aut̃ suspicio aliq; orietur vxorẽ suã sicut prius ad se venire pmisit. Verũtũ post p̃mi peccati fletũ secũ ruit ireꝝ in p̃cẽm q; cũ filiã pepiss; et hº ep̃o retulisset ille rñdit illã filiã vulpeculã noĩate. tandem ad se reuersus beatũ remigium adiit ⁊ ad pedes suos p̃c̃dens stolam de collo suo deponẽ voluit. Qd̃ cũ sanctũ remigiũ phibuisse ⁊ ab eo qd̃ acciderit audiuisse blãde eũ cõsolans ip̃m in quadã cellula parua p septẽ annos reclusit ⁊ ip̃e interi eiꝝ eccliam gubernauit. Septimo igĩt anno cũ in cena dñi. in orõe p̃sisteret angelus dñi eidẽm asstitit ⁊ peccatũ suũ sibi dimissũ phibuit ac vt foris exire debeat impauit. cui cum respondisset non possum qm̃ dñs meũ remigiũ hostiũ hoc clausit ⁊ sigillo suo muniuit. Angelus ait ecce vt scias tibi celũ apertũ esse hº etiã hospiciũ saluo sigillo nunc aperietur. Statimq; vt dixerat est apertũ. Tunc genebaldũ iactans se in mediõ hostij in modum crucis ait etiã si dñs meũ ihesus xp̃us ad me veniret huc hinc nõ egrediat nisi dñs meũ remigiũ huc veniat q; me reclusit. Tunc sanctus remigius ad ammonicõnem angeli laudun. venit ⁊ ip̃m i locũ suũ restituit q; vsq; ad obitũ in sc̃tis opib; perseuerauit ⁊ latro filius eius in episcopatu eidẽm successit qui etiã sanctus fuit. Tandẽ sanctus remigius multis clarẽ virtutib; in pace quieuit circa annũ. d. d.º.



Hylarius dictus est quasi hylaris · qa in seruitute dei valde hylaris fuit vel hylarius · q · alarius ab altus ⁊ ares virt⁹ qa fuit altus in sciētia ⁊ virtuosus in vita Vel hilarius dicitur · q · ab yle quod est quasi primordialis matia · que obscura fuit ⁊ ipse in dictis suis magnam habet obscuritatem ⁊ profunditatem



Hylarius pictauoꝝ vrbis ep̄s regionis eq̄tanie oriundus · q · lucifer refulgens inter astra ꝑcessit hic vxorem primit⁹ h̄ns ⁊ filiaz in laicali habitu monasticā vitā ducebat Tandē in vita ⁊ sc̄ia ꝑficiens in ep̄m est elect⁹ · Cū igit̄ beat⁹ hylarius non solum ciuitatē suā sed totā

franciam ab hereticis defensaret ad suggestionē duoz ep̄oz qui ab heresi fuerant dep̄uati ab impatore q̄ hereticoꝝ fautor erat cū beato eusebio uicellē ep̄o ē in exiliū relegat⁹ · Deniq̄ cū ubiq̄ arriana heresis pullularet ⁊ ab impatore licētia data esset vt omnes ep̄i uenirent ⁊ de veritate fidei disputarēt · cui⁹ sand⁹ hylari⁹ aduenisset ad ꝑticiōem dictoz ep̄oz q̄ eius eloquentiā ferre non poterant pictauiā redire cōpelliit Cū aut̄ ad insulā galliariā q̄ tota erat plena serpentib⁹ ꝑin̄isset ⁊ in ip̄az descēdisset om̄s h̄pentes ex sui uisione fugabat ⁊ ī medio insule palū fixit nec ampli⁹ libtas data est illis occupare qd̄ uetuit tanq̄ ꝑs insule nō sit terra s̄ pelag⁹ · Cū ḡ pictaus eēt quendā infantē sine baptisimo · defunctū suis orōnib⁹ ad uitā restituit · Nā diu iacuit ī puluē donec ꝑt̄ surgēt senex de orōe et infans de morte · Cū filia ei⁹ ap̄ia maritū uellet accipe hy⁹ ꝑt̄ ei⁹ ei ꝑdicauit ⁊ ī sacre uirginitatis ꝑposito cōfirmauit · q̄dū ille firmā ḡsiderās ⁊ ne aliq̄n flecterēt formidās d̄nm instāt⁹ exorauit vt eā ad se reciperet nec vl̄i uiuē ꝑmitteret qd̄ ⁊ factū est · nā ꝑst paucos dies ad d̄nm miḡuit q̄ ipse ꝑrijs manib⁹

sepeliuit qđ ma^r. b. apie. g^raderans ep̄m rogauit vt sibi quod ⁊
filie impetraret. Qđ ⁊ fecit ⁊ ipsam oīoe sua ad regnū p̄misit
Eo tempe leo papa hereticoꝝ perfidia depriuat^o oīm ep̄oꝝ
g^riliū g^ruocauit quib^o g^ruocatis hylarius non vocatis aduenit
Qđ audiens papa precepit ne aliq^s sibi assurgeret nec aliquē
locū daret. Cum g^o ingressus fuisset dixit ad eum papa .tu es
hylarius gallus ⁊ ille Non sum gallus s^{ed} de gallia ⁊ ego sum
leo romane sedis ap^licus ⁊ iudex. Cui hylarius ⁊ si sis leo nō
de tribu iuda ⁊ si iudicas residens s^{ed} nō in sede maiestatis. Tūc
papa cū indignacōe surrexit dicens modicū prestolare donec
redeā ⁊ tibi qđ mereris reddā. Cui hylari^o si non redieris q^s
mibi p^{ro} te responsurus erit ⁊ ille g^recitus redibo ⁊ tuā sup^{er}biam
humiliabo. Cum ergo ad secreta sue nature iuisset differentia
perijt ⁊ oīa intestina ibidem p^{ro}iciens miserabiliter vitā finiuit
Interea videns hylarius q^{od} nullus sibi assurgēt pacientē ferens
in terrā se posuit dicens dñi est terra . Statimq^{ue} nutu dei terra
quam insederat sursum se extulit ⁊ vsq^{ue} ad equalitatem alioꝝ
episcopoꝝ se leuauit. Cum igitur papa miserabiliter nunciaret^{ur}
defunctus assurgens hylarius omnes episcopos in fide catho/
lica confirmauit ⁊ confirmatos ad p^{ro}pria remisit . Hoc autem
miraculū de morte leonis pape dubitacōnem habet tñ q^{uia} hy/
storia ecclesiastica vel tripartita nihil de hoc loquitur tñ quia
aliquem papam talis nominis tunc fuisse cronica non testat^{ur}
tñ q^{uia} Iero^s. dicit. Sancta romana ecclesia semp^{er} immaculata
permanet ⁊ in futuro manebit sine vlla hereticorū insultacōe
posset tamen dici q^{od} tunc esset aliquis papa sic vocatus non
quidem canonicē elect^{us} sed thyranice intrusus vl^{ter} forte liberi^{us}
papa qui constantino heretico fauebat alio nomine dictus est
leo. Tandem multis miraculis perpetrans cum beatus hylari^o
infirmatus obitum suum imminere cognosceret leonciū p^{re}/
sbiterum quem maxime diligebat ad se vocauit ⁊ nocte im/
minente vt foras exeat admonuit et si quid audiret renunciaret
imperauit. Ille iussa complens voces adhuc ciuitatis tumul/
tuantis se audisse reuertens exposuit ⁊ cum circa eum vigila/
ret finem ei^{us} expectans media nocte iterum iubetur exire ⁊ qđ
audiret latenti referet qui cum se nihil audisse renunciaisset .
mox nimia claritas quam etiam predictus p^{re}sbiter sufferre
non poterat ad eum intrauit ⁊ sic paulatim recedente lumine
ad dominum migrauit. floruit autem circa annos domini .ccc.
xl. sub constantino.



oīno falsū qđ ipsa audierat affirmaret illa ait. Si vis vt credā tibi ego ⁊ tu cras ecclesiam ingrediamur. Videns ille qđ latere nō posset narrauit ei totū ordinē geste rei. Quod illa audiens vehemēter ingemuit. Et ad .b. basilium pperauit eiq; oīa que viro suo ⁊ sibi gtingerāt enarrauit. Basilius aut̄ puezꝝ vocans et omnia ab eo audiens dixit ei. vis fili reuerti ad dñm. Qui ait vtiq; dñe. s; non valeo quia dyabolo suꝝ p̄fessus ⁊ xp̄m abnegauit ⁊ abnegacōis mee scriptū feci ⁊ dyabolo ip̄m dedi. Cui Basilius non sit tibi cure. benignus enī est dñs ⁊ te penitētē suscipiet ⁊ gtinguo apprehendens puerū signū crucis in eius fronte fecit ⁊ per tres dies eum reclusit. postea eum visitauit ⁊ dixit quō habes fili. qui ait in magna sum dñe defectiōe. nec suffero clamores eozꝝ ⁊ terrores seu dilapidacōes. Tenētes enī manuscriptū meū causant̄ me dicentes. tu venisti ad nos non nos ad te. ⁊ dixit sanctus. noli timere fili tñmodo crede. dans ei modicā escam faciensq; signū crucis. Itēꝝ eum reclusit ⁊ p̄ eo orauit. post aliquot dies eum visitauit ⁊ ait. quō habes fili qui ait pater a longe clamores eozꝝ ⁊ mīas audio. sed eos nō video. ⁊ dans ei itēꝝ escam ⁊ signans ⁊ claudens hostiū abiit et p̄ eo orauit ⁊ .xl. die rediēs dixit. Quō habes respōdit. Bene habeo sancte dei. vidi enim te hodie in visu pugnātem p̄ me et dyabolum vincentem post eum educens omnem clerum ⁊ religiosos ⁊ populum conuocauit ⁊ omnes pro eo orare ad/mouit tenensq; manum pueri ducebat eum ad ecclesiam. et ecce dyabolus cum multitudine demonum ad eum venit ⁊ inuisibiliter apprehendens puerum conabatur eum rapere de manu eius ⁊ cepit clamare puer. sancte dei adiuua me ⁊ tāta eum improbus inconstantia gressus est vt etiam sanctum impelleret trahens puerum. Qui ait ad eum improbissime non sufficit tibi perditio tua nisi ⁊ dei mei temptes plasma. Dyabolus autem dixit ad eum multis audientibus. preiudicas mihi o basili. Tunc omnes clamauerunt kyrieleyson dixitq; ad eum Basilius. increpet te dominus dyabole. qui ait preiudicas mihi basili. Non abij ego ad eum sed ipse venit ad me abnegauit christum suum ⁊ professus est mihi ecce scriptū eius in manu habeo. Qui ait non cessabimus orare donec scriptum reddas. Et orante basilio ⁊ tenente in celum manus Ecce carta per aerem delata ⁊ ab omnibus visa venit ⁊ imposita est in manibus Basilij. quam ille suscipiens dixit pueri. Cognoscis has litteras frater. Et ille etiam manu scripte sunt. ⁊ frangens basilius scriptū pduxit eū ad ecclesiam. et dignum eum fecit misterio ⁊ bene instruens ⁊ regulam sibi

dans reddidit mulieri. Mulier quedaz peccata multa habens et ea in carta describens in fine quodam grauius descripsit et scriptum ipsum beato basilio tradidit rogans ut pro ea oraret et suis omnibus peccata ipsa deleteret. Qui cum orasset et mulier cartam aperuisset omnia peccata preter istud grauius deleta inuenit. Que ait ad basilium miserere mei huc dei et pro hunc mihi indulgentiam impetra sicut pro alijs impetraisti. Quod ait ad illam recede a me mulier quia homo peccator ego sum indigens indulgentia sicut et tu. Cum autem illa instaret dixit ei vade ad sanctum viuum effrem et illa que postulas tibi poterit impetrare. Quod cum abisset ad sanctum viuum effrem et cur ad eum a sancto basilio missa sit intimasset ille ait. Recede quia homo peccator ego sum. Redi filia ad basilium et que tibi pro ceteris veniam impetrauit pro isto quoque impetere valebit festina cito ut eum viuum inuenias que cum in ciuitatem venisset ecce basilium ad tumultum ferebatur. Illa autem post eum clamare cepit et dicens viderat deus inter me et te. Quia volens placare deum pro me et ad alium transmissisti me. Tunc percipit cartam super feretrum et post modicum illam recipiens et aperiens illud peccatum penitus deletum inuenit. Sicque ipsa et omnes que aderant deo immensas gratias reddiderunt ante autem que vir dei migraret a corpore positus in infirmitate que et mortuus est. Quendam iudeum nomine ioseph medicinali arte valde peritum quam vir dei multum diligebat eo quod se illum quersuam preuidebat ad fidem quasi opera indigeret vocauit. Ille vero eius pulsus tangens et ex tactu mortem in ianuis esse cognoscens dixit familie que ad sepulturam necessaria sunt parate quia continuo morietur. Quod basilium audiens dixit ei nescis quod dicis. Cui ioseph crede domine quia sol cum sole occidet hodie et tu cum sole occidies hodie. Cui dixit basilium. Quid dicis si non morietur hodie. Cui ioseph. Non est possibile domine. Et basilium. Et si in crastinum usque ad horam sextam supuixeris quod facies. Et ioseph ait. Si usque ad illam supuixeris horam utique ego morietur. Et basilium etiam morietur peccato viuas autem christo et ille. Scio quid dicis si usque ad illam horam supuixeris faciam quod hortaris. Tunc beatus basilium licet secundum naturam illico moriturus esset a domino tamen mortis inducias impetrauit et usque ad crastinum in horam nonam vixit. Quod ioseph videns et stupens in christum credidit. Basilium autem virtute animi imbecillitatem corporis superans de cubiculo suo surrexit et ecclesiam ingrediens eum suis proprijs manibus baptisauit. Postea vero ad lectulum suum rediit. Et statim spiritum deo feliciter reddidit. Elouit circa annos domini tricentesimo lxxx.

De sancto Iohanne elemosinario.



Iohannes ele-
mosinarius
patriarcha
alexandrinus quodam
nocte in oratione per istas
vidit quendam puellam
pulcherrimam sibi
assistentem et coronam
olivarum in capite ba-
uiantem. Quam ille vi-
dens nimium stupe-
factus quod esset inquisivit
et illa. Ego sum mi-
sericordia que dei filium
de celo adduxi. Me

sponsam accipe et bene tibi erit. Intelligens ergo per oliuam mi-
sericordiam designari ab illa die factus est sic misericors ut ely-
mor id est elemosinarius vocaretur. Pauperes autem suos
dominos semper appellabat et inde hospitalarii habentur etiam
ut pauperes dominos suos vocent. Omnes igitur suos famu-
los vocauit eisque dixit. Euntes per totam ciuitatem describite
mibi usque ad unum omnes dominos meos. Illis vero non in-
telligentibus dixit. Quos vos egenos et medicos vocatis istos
ego dominos et auxiliares predico. Isti enim nobis vere auxiliari
et celeste regnum donare poterunt. Volens homines ad elemosinarum
inuitare narrare consuevit quod pauperibus semel se ad solem cal-
lescentibus ceperunt inuicem de elemosinatoribus conferre et
bonos collaudare et malos vituperare. Erat autem quidam theolo-
gicus nomine petrus diues valde et prepotens sed nimis pauperibus
immisericors quia ad domum suam accedentes cum indignatione
nimia repellabat. Cum ergo nullus illorum inuentus fuisset qui
in domo sua elemosinam recepisset unus illorum dixit. Quod vultis
mibi dare si ego hodie ab eo elemosinam accipiam. Et facien-
tibus cum eo pactum domum eius venit et elemosinam postu-
lauit. At ille domum reuertens et pauperem presertim videntes cum
mancipium eius panes siliginis in domum deferret ille lapidem
non inueniens panem unum siliginis arripuit et cum furor inde
eum percussit. Quem postquam accipiens pauper ad socios rediit et quod de
manu eius elemosinam accepit indicauit post duos dies infirmatus

ad mortem vidit se ante iudicium stare ⁊ mauros quosdam super staterā eius mala appendē ex altera autem parte statere quidam dealbati tristes stabāt eo q̄ nihil q̄d ibi apponerent inuenire valebant. Tunc vnus eorum dixit. Vere nihil habemus nisi vnum panem filiginis quem ante duos dies christo dedit coactus. Quem dum super stateram ponerēt equalitas vt sibi videbatur facta est. Dixerunt ei Ad auge ad filiginem hanc. alioquin te mauri apprehendent. Euigilans autem ⁊ liberatus dicebat. Si vna filigo quam per furōem iactaui ita profuit quantomagis omnia sua indigentibus largiri. quādam igitur die cum optimis vestibus indutus per viam pergeret quidam naufragus ab eo vestimentum aliquod postulabat. Continuo ille precioso vestimento se expoliavit ⁊ illi dedit. Quod ille accipiens statim vendidit. Cum autem thelonarius rediret ⁊ vestimentum suspensum videret contristatus est valde. adeo vt nec cibum sumere vellet dicens. quoniam nō fui dignus vt mei memoriā haberet egenus. Et ecce dum dormiret vidit quendam super solem fulgentem ⁊ sup caput crucem ferentem ⁊ habentem indutum vestimentum quod dederat egeno. ⁊ dicebat sibi. Quid ploras petre qui cū causaz sue tristitie sibi dixisset ille ait. cognoscis hoc ⁊ ille etiam dormine. Et dominus ad eū illo ego vestioe ex quo mihi dedisti et gratias ago bone voluntati tue quoniam frigore affligebat et cooperuisti me. In se ergo reuersus cepit egenos beatificare ac dicere viuit dominus. non moriar donec fiam vnus ex eis. Dans ergo pauperibus que habebat ⁊ accersito notario suo dixit ei secretum volo tibi committere q̄ si propalaueris aut n̄ me nō audieris barbaris vendam te dansq; ei decem libras auri. dixit ei. vade in sanctaz ciuitatem ⁊ merces tibi eme ⁊ me alicui cristiano vende ⁊ pauperibus precium tribue. Illo autē recusante dixit ei si me non audieris ego barbaris vendam te. Ducens ergo eum vt dixerat cuidam argentario vestibus foedidis indutum tanquā suum seruum vendidit ⁊ xxx numismata inde accipiens pauperibus erogauit. Petrus ergo oīa officia vilia faciebat ita q̄ ab omnibus contempnebatur et ab alijs seruis frequenter percuciebatur ⁊ etiā iam amens appellabatur. Dominus autem frequenter sibi apparebat et vestimenta ⁊ alia ostendens ipsum consolabatur. Vex imperatore ⁊ vniuersis de amissione tanti viri dolentibus. Quidam vicini eius a constantinopoli ad visitandum loca sancta venerunt ⁊ a domino ipsius inuitati cum pranderent sibi adinuicē in aure dixerunt qm̄ similis est puer iste domino petro thelonario. Et curiose respicientibus vnus dixit. Vere dominus

petrus est surgam ⁊ tenebo eum. Quod ille auertens latenter
 fugit. Erat autem hostiarius surdus ⁊ mutus qui p̄ signum
 hostium ei aperiebat. Cui petrus vt sibi aperiret nō signis sed
 verbis imperauit. Et ille ꝑtinuo audiens ⁊ loquelam recipiēs
 sibiq; respondes ei aperuit ⁊ domum regrediens cunctis de
 eius loquela mirādo dixit. Ille qui coquinam faciebat exijt
 et fugit sed videte ne dei sit seruus. Cum enim mihi dixit tibi
 dico aperi mox ex ore eius flamma exijt que linguaz ⁊ aures
 meas tetigit ⁊ continuo auditum ⁊ loquelam recepi. Et exi/
 lientes vniuersi ⁊ concurrentes post eum ipsum ampliꝰ inue/
 nire non potuerunt. Tunc omnes de domo illa penitentiam
 egerunt eo q; talem virū sic viliter tractauerunt. Monachus
 quidam vitalis nomine volens sanctum iohānem temptare
 si posset sibi verbis persuaderi ⁊ ad scandalum facile inclinari
 Ingressus ergo ciuitatem omnes publicas meretrices con/
 scripsit. Intrauit ergo ad illas per ordinē dicens cuilibet dona
 mihi noctem istam ⁊ noli fornicari. Ipse autem domum eius
 intrās in angulo flexis genibus totā nocte in oratione stabat
 et pro illis orabat ⁊ postea mane exhibat precipiens cuilibz ne
 alicui reuelaret vna autem vitam eius manifestauit. Que ita/
 tim orante fene a demone vexare cepit. Cui omnes dicebant
 reddidit tibi deus quod merebaris quoniam mentita es vt
 fornicetur enim ingreditur pessimus iste ⁊ non propter aliud.
 Vespere autem factō dicebat predictus vitalis cunctis audi/
 entibus volo ire quia talis domina expectat me. multis vero
 illum criminantibus. Respondebat nunquid ego non habeo
 corpus vt omnes aut monachis solum iratus est deus vere
 et ipsi homines sunt vt ceteri. Dicebant autem quidaz accipe
 tibi mulierem vnam abba ⁊ muta habitū vt non scandalises
 alios. Ille autem fingens se iratum dicebat vere non audiam
 vos ita a me. Qui vult scandalisari scandalisetur ⁊ de fronte
 in parietem. Nunquid iudices constituti estis super me a deo.
 Ite ⁊ vobis curam habete vos pro me non reddetis ratiōem
 Sic autem cum clamore dicebat cunq; ad beatum iohānem
 querimonia deferretur cor eius deus indurauit ne hijs fidem
 adhiberet. Deprecabatur autem deum vt post mortem suam
 opus suum alicui reuelaret vt non imputaretur in peccatum
 hijs q; de eo scandalisabant. Multas igit de pdictis mulieribz
 ad ouersionē pduxit ⁊ i monasterio plurias collocauit qdaz
 mane dū ab vna illaz egredereē obuiauit ei qdaz ingrediens

ad fornicandum cum ea. Dansq; ei alapa dixit vsq; q̄ pessime non emendas te ab hijs tuis immundicijs. Et ille crede mihi accipies a me talem alapam vt tota alexandria congreget. Et ecce postmodum dyabolus in specie mauri sibi alapam dedit dicens. hec est alapa quam mittit tibi abbas vitalis & statim a demone vexatur ita quod ad voces eius omnes currebant. Sed tamen penitens per eius oratione liberatus est. Vir autē dei mortū appropinquans hanc scripturam reliquit. Nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autē confitentibus que faciebat omnes glorificabant deum & precipue beatum iohannem dicens. Quoniam alapam quam ille accepit accepissem & ego. Quidam pauper in habitu peregrini ad iohannem venit & ab eo elemosinam postulauit. At ille vocato dispensatore dixit. Da ei sex numismata. que ille accipiens & abiens habitum mutauit. Et iterum ad patriarcham rediens ab eo elemosinā postulauit. Ille autem dispensatore vocato dixit. Da ei sex aureos. Quos cum sibi dedisset & ille abisset dixit ei dispensator. Per orationes tuas pater iste idem hodie mutato habitu bis accepit. Beatus autem iohānes. q. hoc se nescire dissimulauit. iterum ille tercio habitum mutans ad beatum iohannem venit & elemosinam postulauit. tūc dispensator beatum iohannē tetigit. inuicns q̄ ille esset. Cui beatus iohannes respondit. Vade & da ei duodecim numismata ne forte sit dominus meus ihesus christus qui temptare me velit vtrum possit hic plus accipere qm̄ ego dare. Quadam vice cum patricius quandā pecuniam ecclesie in mercacōibus ponere vellet & patriarcha nullatenus consentiret sed pauperibus eam dispensare vellet ambo plurimum contententes irati abinuicem recesserunt. Adueniente hora nona mandat patriarcha per archipresbiterum patricio dicens. domine sol ad occasum est. Quod. ille audiens lacrimis infusus ad eum venit & veniam postulauit. Cum quidam suus nepos a quodam tabernario grauem iniuriam audiuisset & ex hoc patriarche lamentabiliter conquerens nullatenus consolari posset. patriarcha respondit. Et quomodo est ausus tibi aliquis contra dicere & os suum contra te aperire. Crede fili mee prauitati quoniam faciam in eo hodie talem rem vt tota alexandria miret. Quod audiens. ille consolationem recepit. putans quia eum faceret grauiter verberari. Videns iohannes q̄ consolationem recepisset pectus eius osculatus est dicens fili si vere nepos mee humilitatis existis prepara te. Et flagellari & conuicia pati ab omnibus. Vera enī cognatio nō ex carne & sanguine s; ex virtute mētis agnoscit. Confestim igit̄ p̄ illo hoīe misit & ab omni pensione

et tributo liberum esse fecit. Et omnes audientes mirati sunt. Et intellexerunt hoc esse quod dixerat faciam in eum talem rem ut tota alexandria miretur. Audiens patriarcha consuetudinem esse quod mox ut imperator coronatus est festim monumentorum edificatores sumunt quatuor vel quinque minucias marmorum pusillas diuersi coloris. Et ingredientes ad imperatorem dicunt. De quali marmore vel metallo iubet imperium tui sibi fieri monumentum. Imitatus hoc monumentum sibi fieri precepit. Sed tamen usque ad obitum suum illud imperfectum manere precepit. Ordinavitque aliquos qui ad eum celebri festiuitate cum clero persisterent accederent sibi que dicerent. Domine monumentum tuum imperfectum est precipe ut consumetur eo quod nescias qua hora fur veniat. Diues quidam cum vidisset beatum iohannem in statu viles pannos habere eo quod ceteris pauperibus erogasset quoddam valde preciosum cooperimentum emit et beato iohanni tradidit. Qui cum istud nocte super se haberet tota nocte dormire non potuit cogitans quod cum domini sui de tanto precio cooperiri possent tota igitur nocte lamentabatur et dicebat. quanti in tenati quanti in foro pluuijs maledacti quanti pro frigore dentibus stridentes hodie dormierunt. Tu vero grandes pisces deuorans et in thalamo requiescens cum omnibus malis tuis. Insuper te cooptorio. xxxvi. numismatum te calefacis. Humilis Iohannes alia hic vice non vestietur. Statimque facto mane illud vendi fecit et precium pauperibus erogauit. Quod audiens ille diues ipsum cooptorium secundo emit et beato iohanni tradidit rogat ut ipsum decetero non venderet sed super se ipsum teneret. At ille illud accipiens iussit iterum vendi. et dominis suis precium erogari quod ille diues audiens iterum abiit et ipsum redemit ac beato iohanni detulit ei que gratulabundus dixit virebimus quis deficiet aut tu vendendo aut ego redimendo et sic suauiter quasi diuitem vindemiabat dicens quod possit aliquis intentione dandi pauperibus diuites taliter expoliare nec peccat. Duo enim lucratur talis vnum quia animas illorum saluat alterum quoniam ex hoc mercedem non modicam accipiet. Volentes beatus iohannes homines ad elemosinam prouocare narrare consuevit de sancto serapione quod cum amictum suum pauperi tribuisset et alteri obuians qui frigus paciebatur tunicam similiter tribuisset et euangelium tenens nudus sedet. Interrogauit eum quidam dicens abba quis te expoliavit et demonstrans euangelium ipsum dixit ille me expoliavit. Alias autem alium pauperem videns euangelium ipsum vendidit et pauperi precium dedit. Qui cum interrogaret ubi ipsum euangelium haberet. Respondit euangelium precipit dicens.

vade & vende omnia que habes & da pauperibus. Seipm ergo habebā & seipm vendidi vt mandabat. Cū cuidā elemosinā petenti precepisset beatus iohes qñq; nūmos indignatus ille q; maiorē sibi elemosinā nō fecisset continuo ad contumelias ipsi; prorupit ac in eius faciē quiciari cepit. Qd̄ ei; famuli audiētes etiā euz voluerunt irruere ac ipm grauiter cedere. Qd̄ beatus iohānes oīno prohibuit dicens finite fratres finite vt mihi ma/ ledicat. Ecce enim habeo sexaginta annos blasphemās p opa mea xpm & vnū quiciū non portabo ab isto. Fuitq; sacculū afferri & corā ipso apponi vt inde tolleret qñtum vellet. Cum populus lecto euangelio ecclesiā exiret & foris ociosis verbis vacaret. Quadā vice post euangelium patriarcha cū eis exiit in medio eoz sedere cepit omib; vero de hoc miratib; dixit ad eos. Filij vbi oues ibi pastōr aut igi; intrate & ego vobiscū intrabo & ingrediar aut manete hic & ego pariter manebo. Semel igitur & bis hoc fecit & sic plm stare in ecclesia erudiuit. Cum quidam iuuenis sanctimoniam quandam rapuisset. et clerici talem iuuenē corā beato iohāne exprobraret & ipm excōmunicandū esse dicerent vtputa qui duas aīas pdiderat scilicet suam & illius compescuit eos beatus iohannes dicens. non sic filij. nō sic. Ostendo vobis. quia & vos duo peccata cōmittitis. Primo quia contra preceptū dñi facitis. q; ait. Nolite iudicare vt non iudicemini. Secundo quia nescitis p certo si vsq; hodie peccent & se non peniteant. Frequenter aut̄ existēte beato iohanne in oratione & in extasi mentis posito talib; verbis cum deo disputare auditus est. Sic bone ihesu ego disper/ gendo & tu ministrando videāmus quis vincat. Cū febre cor/ reptus se morti appropinq; cerneret dixit. Gratias tibi ago deus quoniā exaudisti miseriam meā rogantē bonitatem tuam ne inueniret moriēti mihi nisi vnū tremisse. Hoc igi; paupib; dari iubeo. Positū igitur venerabile corp; eius in sepulcro vbi corp; duoz episcopoz fuerant tumultata. Et corp; illa mirabiliter sancto iohanni cesserunt & locum mediū vacuū dimiserunt. Ante autem dies quaz moreretur. Cum quedam mulier quoddam flagiciosissimum peccatum commisisset et nulli vnquam confiteri auderet dixit ei sanctus Iohannes vt saltē illud scriberet eo q; scribere sciebat & sigillatū ei afferret et ipse pro ea oraret. Cui illa assensit & peccatum scribens diligenter sigillauit & beato iohanni tradidit. Sed post paucos dies beatus Iohannes infirmatus in domino requieuit. Illa vt audiuit illum defunctum se vituperatam & confusam putauit credens q; scriptum alicui commisisset & ad manus al/ terius deuenisset. Ad tumultum igitur sancti iohannis accessit

et ibi vberissime flens clamabat dicens .Heu heu putans con-
 fusionem vitare confusio oibus facta sum. Cūq; amarissime
 fleret & beatum iohannem rogaret vt tibi ostenderet vbi nam
 scriptum suum dimisisset . Ecce beatus Iohannes in habitu
 pontificali de tumulo processit duobus episcopis qui secum
 quiescebant. Hinc inde vallatus dixitq; mulieri. Cur nos tm̄
 infestas & me & sanctos istos qui mecum sunt quiescere non
 permittis . Ecce stole nostre lacrimis tuis omnes madefacte
 sunt. Porrexitq; sibi scriptum suum sigillatum vt p̄ iſ fuerat
 dicens ei . Vide sigillum hoc & aperi scriptum tuum & lege .
 Quod illa aperiens peccatum suum omnino deletuz inuenit.
 Et ibi taliter scriptum reperit propter Iohannem seruū meū
 deletum est peccatum tuum. Sicq; illa immensas deo gratias
 retulit. Et beatus iohannes cum alijs episcopis in monumen-
 tum redijt . Claruit circa annos domini . dc . quinto tempore
 foce imperatoris.

De conuersione sancti Pauli apostoli.



Onūſio
 Sancti
 Pauli a/
 postoli facta est eo/
 dem anno quo xp̄s
 passus est & stepha/
 nus lapidatus āno
 non naturali sed e/
 mergenti. Nam xp̄s
 viij . kalē . february
 passus est . stephan⁹
 eodem anno . iij . die
 Augusti lapidatus
 est . Paul⁹ vero . viij .
 kal . february con/
 uersus est . Quare
 autem eius guesſio

pocius qm̄ alioꝝum sanctorum celebratur . triplex ratio solet
 assignari . Prio p̄p̄t exemplū vt null⁹ qntūcunq; pctōe despet
 de venia qm̄ tm̄ in culpa postmodū conspicit fuisse in gratia

Secundo ppter gaudium. Sicut enim ecclia magnā tristitiaz habuit in eiꝰ psecucōe. ita maximā leticiā recepit ī eiꝰ gūstione. Tercio propter miraculum quod scz dominꝰ in eo ostendit. Dum de seuissimo persecutore fecit fidelissimum predicatōē. Eius enī uersio fuit miraculosa. Ratione efficiētis id est xpi qui eum uertit ibi enim oñdit suā mirabilem potentiaz in h^o qꝰ dixit duꝰ ē tibi stra stimulū recalcitrare. Et in hoc qꝰ ipm tam subito immutauit. Vnde otinuo immutatus. Rñdit dñe quid vis me facē. Aug². sup hoc verbo occisus agnꝰ a lupis fecit agnos de lupis. Tā parat se ad obediēdū qꝰ priꝰ seuebat ad psequendū. Secundo eius mirabilem sapentiaz mirabilis enim sapientia fuit in hoc qꝰ ipm a timore supbie deiecit offe- rendo infima humilitatis non sublimia maiestatis. Ego inqt sum ihs nasareus x̄c. glosa non deū vel dei filiū se vocat sed humilitatis inquit mee suscipe infima ⁊ supbie tue squamas depone. Tercio ibi oñdit suam mirabilem clementiā qd notat ex hoc qꝰ ipm existentē in actu ⁊ voluntatē psequēdi uertit licet enim haberet deformem affectū quia spirans minaz x̄c. puersum conatū quia accessit ad principes sacerdotū x̄c. qsi se ingerens. Perniciosum actū quia ibat vt vindcos pduceret in ierusalem ⁊ idco eiꝰ iter pessimū erat ipm tñ minima dina uertit. Secūdo fuit miraculosa ratione disponentis id ē lucis que ipm ad uersiōem disponit. Ipsa enī lux dñi fuisse subita immensa ⁊ celica ⁊ subito inqꝰ circumfulsit eum lux de celo Paulus enim tria vicia in se habebat. primū erat audacia qd notatur in hoc qꝰ dñi accessit ad principes sacerdotū x̄c. glosa non vocatus sed sponte zelo gicitate euz. Secundū erat supbia quod notatur in hoc qꝰ dicitur spirans minarum x̄c. Terciū erat carnalis intelligentia quā scz in lege habebat. Vñ glosa super illud. Ego sum ihesus x̄c. Ego deus celestis loquor que mœtuū putas sensu iudeico. Ipsa igit lux diuina fuit subita vt audacem terreret immensa vt sublimem ⁊ supbum in via humilitatis prosterneret fuit celica vt carnalem eius intelli- gentiam in celestem mutaret. Vel potest dici qꝰ illud disponēs fuit in tribus scz in voce clamante in luce fulgente in virtute potentie. Tercio fuit miraculosa ratione patientis id est ipsiꝰ pauli in quo facta est conuersio ipsa. In eo enim hec tria mi- raculose exterius facta sunt. i. pstratio obcecatio ⁊ tridiana ieiunatio. est enim pstratus vt erigatur qñtum ad depressuz affectum aug². prostratus est paulus vt cecaretur cecatus vt mutaretur mutatus est vt mittaretur missus est vt p ueritate patere. Item aug². elisus est seuiens ⁊ factiꝰ ē credēs. elisus ē lupꝰ ⁊ factiꝰ est agnꝰ. elisus est psecutor ⁊ factus est pdicatōr

Elisus est filius perditionis erectus est vas electionis Est obcietatus vt illustret quātū ad tenebrosū intellectū Vnde et in illo triduo quo māsit cecat? dicit? q? doct? fuit euāgelīū Non enī accepit illud ab homine vt per hominem vt ipse testatur sed per reuelationem ihesu cristi Augustinus paulum dic overum athletam cristi doctum ab illo vnctū de illo cruci fixum cū illo et gloriosum in illo Est in carne maceratus vt ipsa caro disponatur ad bone operationis effectū optime enī deinceps corpus ei? ad omne opus bonū dispositū ē. Nā esurire & habundare sciebat & vbiq; & in omnib; institut? erat & oīa aduersa libenter sufferebat. Criso. tyrannos ac populos spirātes furorē velut q̄sdam esse tulices estimabat mortem vero atq; cruciatus & mille suplicia q̄si ludū putabat ēe puerorum hoc amplectabā libenter & magnū decorebat cathena vindict? q̄ diademate coronatus ac libenci? recipiebat vulnera q̄ alij munera. Vel ista tria dicunt? fuisse in eo cōtra tria que fuerūt in p̄mo parente. In ip̄o enī fuit cōtra deū erectio & cōtra i paulo ad terrā p̄stracio. In ip̄o oculorū apercio & ecōtra in paulo oculorū obcecacio. In ip̄o fuit manducacio cibi vetiti & ecōtra in paulo abstinentia cibi liciti

De sancto Iuliano

Iulianus quasi iubilus & ana quod est sursum. In de iulianus quasi iubilian? quia cum iubilo superna pecijt. Vel a iulius quod est incipiens & anus Nā in dei serūcio fuit seu ex longanimitate sed incipiens sui reputatione



Iulian? cenomānesis episcopus fuit hic symon ille leprosus dī fuisse quē dñs a lep̄ sanauit. Et q̄ dominū ad conuiuiū inuitauit. Qui post ascēsiōē dñi ab aplis cenomān. ep̄s ordinat? ē hic multis virtutibus clar? tres etiā mortuos suscitauit & postmodū in pace quieuit. Iste dicit?

esse ille iulianus que ab itinerantibus, p̄ inueniendo bono hospicio inuocatur. eo q̄ in domo eius fuerit hospiciatus. Sed verius videtur esse alius iulianus. que sc̄z vtrūq; parentē ignoranter occidit. Fuit ⁊ alius iulianus de aluernia genere nobilis sed fide nobilior que desiderio martirij se vltro persecutoribus offerebat tandem crispinus consularis misit ministrum ⁊ eum occidi mandauit. q̄d sciens iulian⁹ sponte foris profugit. Furienti ⁊ querenti intrepidus se opponens protinus idū ferientis excepit. Cuius caput leuantes ad sanctum ferreolū iuliani socium detulerunt ⁊ eidem mortem similem minantē nisi protinus immolaret. Quibus cum assentire nollet eum occiderunt ⁊ caput sancti iuliani cum corpore sancti ferreoli in vno tumulo posuerunt. Et post multos annos sanctus martius viennē episcopus inuenit caput. s. iuliani inter manus sancti ferreoli ita illesum ⁊ integrum ac si eadem die fuisset sepultum. Inter huius sancti miracula solet referri q̄ cum quidam dyaconus oues ecclesie sancti iuliani raperet ⁊ pastores eidem ex parte sancti iuliani prohiberent. ille respondit iulianus non ḡmedit arietes. Et ecce post modicum febre vehemētissima perurgetur. ⁊ inualecente febre q̄ a martire incendiū confitetur. Fecitq; super se iactari aquam vt refrigeraretur. Sed statim tantus fumus ⁊ fetor de corpore eius exiit vt cuncti que aderant fugerent. ⁊ ipse post modicum exspiraret cum quidam rusticus vt ait. Gre turonenē in die dominica arare vellet. protinus contractus digitis manubriū securis cū qua vomerem mundare volebat eius dextre adhesit. Sed post duos annos in ecclesia sancti iuliani ad eius preces curatus est. Fuit in super alius iulianus frater b. iulij hij duo fratres ad theodosium imperatorem cristianissimū venerunt petentes vt templaydolorū vbiq; inuenirēt destruerēt ⁊ cristi eccias edificarēt. Quod imperator libenter faciens scripsit vt omnes eis debeāt obedire ⁊ eos in oīb; sub pena capitis adiuuare. Cum igitur beati iulian⁹ ⁊ iulij in loco q̄ dē gaudianū ecciam fabricarēt ⁊ cuncti transeuntes eos in opere ob imperatoris imperiū adiuuarent stigit vt quedam cū curru transitum facerent. q̄ dixerūt adinuicē. quā excusacionē pretendere poterim⁹ vt liberi transeam⁹ ⁊ in ope isto nō occupemur dixerūtq; preciamus vnum ex nobis in plaustrum supinum ⁊ cum panis copia. m⁹ dicem⁹q; q̄ hoīez mortuū in vehiculo habem⁹ ⁊ sic liberi trāsire poterim⁹. Arripiētēsq; hoīez vnū sup plaustrū. piecerunt ei⁹ dixerunt. tu file ⁊ oculos claude ⁊ quousq; transierimus. q̄ mortuus iace. cumq; hoīez tanq̄ mortuū coopuissēt ⁊ vsq; ad famulos dei iulianū ⁊ iulij venissēt dixerūt eis serue dei filioli parūp subsistite ⁊ nos in hō ope modicū adiuuate


Qui responderunt non possumus hic stare quoniam hominē mortuū in plaustro habem⁹. Quibus sanctus iulianus dixit vt quid ta mentimini filij & illi nō mentimur dñe sed sic ē vt loquimur sed sanctus iulianus dixit secundum veritatē dicti vestri ita vobis contingat & illi boues pungentes pertransierunt cūq; pcul ptransissēt accedentes ad carrū ceperunt collēgam suū vocare ex noīe dicentes. Surge amon & stimula boues vt celerius transeamus. Cum aut nullatenus se moueret eum pulsare ceperunt dicentes vt quid deliras surge & stimula boues. Sed cū nullatenus ille surgeret vel responderet accedentes ad eū discooperierūt & mortuū inuenerūt tantusq; timor ipos & ceteros inuasit vt nullus de cetero famulo dei mē tiri auderet. Fuit etiā alius iulian⁹ q vtrūq; parentū nesciens occidit. Cū ergo enī iulian⁹ predictus iuuenis ac nobilis quadam die venacioni insisteret & quendam ceruū repertū inseq̄ retur subito ceru⁹ versus eū diuino nutu se vertit eiq; dixit Tu me insequeris q̄ patris ⁊ matris tue occisor eris. Quod ille audiens vehementer extimuit & ne sibi forte contingeret qd a ceruo audierat relictis omnib⁹ clam discessit ad regionē valde remotam peruenit ibiq; cuidam principi adhesit ⁊ tam strenue vbiq; & in bello & in palacio se habuit q̄ pnceps eū militē fecit ⁊ quandā castellanā viduā in coniugē ei tradidit & castellum p dote accepit. Interea parentes iuliani p amissione filij iuliani nimium dolentes vagabundi vbiq; pergebāt & filiū suū solícite requirebant tandem ad castrū vbi iulian⁹ preerat deuenerūt. Tunc aut iulian⁹ a castrō casu recesserat quos cū vxor iuliani vidisset & qui nam essent inquisiuisset. Et illi omnia que filio suo acciderant enarrassent. Intellexit q̄ viri sui parētes erant vtpote q̄a hoc a viro suo forte frequēter audierat ipos igitur benigne suscepit ⁊ p amore viri sui lectum suū eis dimisit & ip̄a sibi alibi lectulū collocauit facto aut mane castellanā ad ecclesiam perrexit ⁊ ecce iulian⁹ mane veniens in thalamū q̄si vxorē suā excitaturus intrauit & iueniens duos pariter dormientes vxorem cum adultero suo silenter extracto gladio ambos pariter interemit exiens autē domum vidit vxorē ei⁹ ab ecclesia reuertentem & admirans interrogauit q̄ nam essent illi qui suo lecto dormirent. At illi ait parentes vestri sicut qui vos diutissime quesierunt ⁊ eos in vestro thalomo collocaui q̄ ille audiens pene exanimis effectus amarissime flere cepit ac dicere heu miser qd faciā q̄a dulcissimos meos parentes occidi. Ecce impletum est verbū cerui qd dum vitare volui miserim⁹ adimpleui. Jam vale soror dulcissima quia de cetero non quiescam donec sciam q̄ deus

penitentiam meam acceperit. Cui illa absit dulcissime frater
vt te deseram & sine me abeas. Sed q̄ fui tecū particeps gau/
dij ero particeps & doloris. Tūc ī simul recedētes iuxta q̄ddā
magnū flumen vbi multi periclitabantur q̄ddam hospitale
maximū statuerunt vt ibi penitentiam facerent & omnes qui
vellēt transire fluuiū incessanter transueberent & hospicio vni
uersos pauperes reciperent. Post multum vero temporis me
dia nocte dum iulianus fessus quiesceret & gelu graue esset
audiuit vocem se miserabiliter lamentantem ac iulianum vt
se traduceret voce lugubri inuocantem q̄ ille audiens concil/
tus surrexit & iam gelu deficientē inueniens in domū suā por/
tauit & ignem accendens ip̄m calefacere studuit. Sed cū cale/
fieri non posset & ne ibi deficeret timeret ip̄m in lectulum su/
um portauit & diligenter cooperuit. Post paululū ille qui sic
infirmus & quasi leprosus apparuerat splendidus scandit ad
ethera & hospiti suo dixit. Iuliane dominus misit me ad te na/
dans tibi q̄ tuā penitentiam acceptauit & ambo post modicū
in domino quiescētis. Sicq; ille disparuit & iulianus cū vxo/
re sua post modicum plenus bonis operib; & elemosinis ī do/
mino requieuit. Fuit & alius iulianus non quidem sanctus s;
fcleratissimus scilicet iulianus apostota. Hic iulianus prius
fuit monachus & magne religionis simulator. Quedam autē
mulier vt refert magister iohannes belech in sūma de officio
eccie habens tres ollas plenas auri. Aurū illud in orificijs ol/
larū cinere ne appareret operuit & p̄dictas ollas iuliano quez
sanctissimum hominē estimabat coram quibusdā monachis
feruandū tradidit. Quod aurū ibidem esset nō aliter indicauit
Iulianus igitur p̄dictas ollas accipiens & tam copiosū aur/
um ibidem inueniens totū illud aurū furatus est & ollas im/
pleuit cinere. Post aliq̄d tempus cū mulier depositū suum re/
quireret ille ollas cū cinere sibi reddidit. Cum vero aurū re/
quireret quincere illū non potuit. quia de auro testes non ha/
buerat qm̄ monachi coram quibus hoc sibi tradiderat nil in
eis nisi cinerem viderant & sic aurum obtinuit cum quo romā
fugit. & per illud aurum sequenti tempore rome obtinuit cō/
sulatum. deinde in imperiū sublimatus est. Qui cum instruc/
tus esset a puericia in arte magica & multum sibi placeret ma/
gistros inde plures secum habebat. Die autē q̄dā sicut ī hysto/
ria triptita habet cū puer adhuc esset recedēte magistro suo
solus remansisset & adiuraciones demonum legere incepisset

Ante eum maxima multitudo demonum instar ethiopum nigroꝝ aduenit. Tunc Iulianus hoc videns & metuens signum crucis protinus fecit. & omnis illa multitudo demonũ euanuit. Quod cum mag̃s reuertēti q̃d sibi acciderit retulisset dixit ei mag̃s suus. hoc signum crucis maxime demones odiūt & timent. Sublimatus igit̃ in imperiũ huiꝯ rei memõrans cũ per artem magicã operari vellet apostatauit & signum crucis vbiq; destruxit ac cristianos inquãtum potuit persecut̃ est. putans q̃ aliter demones sibi minime obedirent. Descendens Iulianus in persidaz sicut legit̃ in vitas patrum n̄ isit demonẽ in occidentem vt sibi inde deportaret responsium. cũ aut̃ demõ ad quendã locũ venisset. per decẽ dies ibidem immobilis stetit. qa quidã monachus ibidem die ac nocte orabat. & ei sine effectu regressũ dixit Iulianus. Quare tm̄ tardasti qui r̄ndit Sustinui per decẽ dies publicũ monachũ si forte ab oratione cessaret. Et transire possem. Cũq; non cessaret prohibitus sum transire. & redij nihil agens. Tunc indignatus Iulianus dixit. q̃ cum illuc veniret vindicta de illo monacho faceret. Cum ergo de persis victoriã sibi demones pmittent sophita suus dixit cuidam xp̃iano. Quid putas nũc facit fabri filiꝯ. & ille Sepulcrum parat Iuliano. Dum igitur vt in historia sancti Basilij legitur. Fulbertꝯ Carnotens̃ ep̃us testatur cesareã Capatocie deuenisset sancti Basilii eidem occurrit. & quatuor panes ordeaceos pro munere ei misit. at Iulianus indignatꝯ eos recipere contempsit. & pro panibus sibi fenũ misit dicẽs pabulũ nobis irrõnabiliũ ai alium obtulisti. recipe q̃d misisti. R̄ndit basiliius. Nos q̃dem q̃d comedimus tibi misimꝯ tu vero dedisti nobis. vnde bestias tuas nutris. Ab hoc iratꝯ Iulianus r̄ndit. Cũ persas subegero hanc vrbez destruam & arabo vt farrifar magis q̃m homifar nominetur. Sequenti autem nocte vidit Basiliius in ecclesia sancte marie in visu multitudinem angelõrum. & in mediũ eõrum quandã feminã in throno stantẽ & astantibꝯ dicentẽ. Vocate mihi cito Mercuriũ qui Iulianũ apostatã occidit qui me. & filiũ meũ superbe blasphemat. Erat autem Mercurius miles q̃dam qui ab ip̃o Iuliano pro fide cristi fuerat interfectus. & in ea r̄z ecclia erat sepultus. Statinq; sanctus Mercuriꝯ cũ armis suis quiescebat que ibi seruebantur affuit & iussus ab ea in prelium se ip̃parauit. Expergefactus itaq; basiliius ad locũ vbi Mercuriꝯ cũ armis suis quiescat iuit & monumentum suum apperiẽs nec corpus ibidem reperit nec arma inuenit. Tunc custodes aspõtauerit inquisiuit. Ille vero cum iuramentũ affirmabat eadẽ

vespere ibidem fuisse ubi perpetuo seruabant. Inde igitur Basili²
 recedens & mane illuc rediens inuenit ibidem corpus eius &
 arma & lanceam sanguine cruentatam. & ecce quidem de ex-
 exercitu rediens dixit. cum Iulianus imperator in exercitu mo-
 raretur. ecce quidem miles ignotus cum armis suis & lancea
 veniens & calcatibus vergens equum audaci mente. Iulianū
 Imperatorem impetuit & lanceaz fortiter vibrans ipsum valide
 per medium perforauit. & subito abscedens nusquam comparuit
 Ipse vero Iulianus dum adhuc spiraret sanguine manum su-
 am impleuit. sic dicitur in hystoria tripertita. & in aera piecit
 dicens vicisti galilee vicisti. sicq; in his vocibus miserabiliter
 expirauit ab omnibus autem suis in sepulcro relinquit & a
 persis excoziat. & de corio suo regi persarū substratoziū efficit.


Dico de festiuitatibus que occurrunt infra temp²
 quod partim continetur sub tempore reconcilia-
 tionis partim sub tempore peregrinationis quod
 tempus representat ecclesia a natiuitate cristi vsq; ad septua-
 gesimam Sequitur videre de festiuitatibus que eueniunt in-
 fra tempus deuiationis quod incipit ab adā & durauit vsq;
 ad moysen quod temp² representat ecclesia a septuagesima
 vsq; ad pasca



S De septuagesima
 Septuagesima signat tempus deuatio-
 nis. Sexagesima tempus viduationis
 quinquagesima temp² remissionis. Qua-
 dragesima tempus penitentie spiritualis
 Inchoatur autem septuagesima a domi-
 nica in qua cantatur. circumdederunt
 me. & terminatur in sabbato post pasca
 Instituta est autem septuagesima ppter
 tres rationes sicut innuitur de officio magistri Iohannis beletb
 scz propter redemptionem quoniam sancti patres statuerūt
 vt ppter venerationē diei ascensionis in qua natura nra celos
 ascendit & super choros angelorum sublimata est semper ipsa
 quinta dies solennis & celebris haberetur & in ea ieiuniū non
 obseruaretur. quia in primitiua ecclesia eque solennis erat.
 sicut prima feria vnde & tunc solennis processio fiebat ad res-
 presentandum processionem discipulorum vel ipsorum angelo-
 rum. Ideo in vulgare puerbium versum est vt diei dominice
 dica signata dies ionis qa antiqtus fuit eque solēnis. s; festa
 sanctorū superuenerūt. Et celebrare tot festa erat honorosum

Ideo solennitas illa cessauit. In redemptione ergo illorum die
 sancti patres unam septimanam .xl. in abstinentia addiderunt
 & septuagesimam vocauerunt. Alia est propter significacionem
 quonia per hoc tempus significatur deuiatio exilium & tribulatio
 totius humani generis. Ab adam usque ad finem mundi .quod
 quidem exilium sub reuolutione septem dierum pagitur. Et
 sub reuolutione septem milium annorum includitur .per se-
 ptuaginta enim dies .septuaginta centenarum annorum intelligimur
 Ab initio autem mundi usque ad ascensionem sex milia annorum com-
 putamus. Et tunc vero quicquid temporis sequitur usque ad finem mundi
 Ideo septimo miliario apprehendimus cuius terminus solus deus
 nouit. Nos igitur christus in sexta etate mundi ab hoc exilio
 in spe eterne retributionis reddita innocentie stola per bap-
 tismum eripuit. Sed assumpto tempore nostri exilij utraque stola nos
 perfecte decorabit. Hinc est quod in hoc tempore deuiationis &
 exilij cantica leticie deponimus .sed tamen in sabbato pasce unum
 alleluia decantamus tanquam in spe eterne patrie gratulantes &
 stolam innocentie in .vi. mundi etate per christum recuperantes cui etiam
 tractus subicitur .per quem significatur labor quam adhuc ad
 impletionem mandatorum dei habere debemus. In sabbato post pas-
 sca in quo ut dictum est terminatur septuagesima duo alleluia
 cantamus quia completo huius mundi termino duplicem stolam
 glorie consequamur. Alia est ratio propter representationem
 quoniam septuagesima representat septuaginta annos quibus
 filij israel sub captiuitate babilonica fuerunt. Et quemadmodum
 illi deposuerunt organa sua dicentes . Quo modo cantabimus
 canticum domini etc. sicut & nos cantica laudis deponimus .po-
 stea vero data illis licentia redeundi a ciro sexagesimo anno
 ceperunt letari. Et nos quoque in sabbato pasce tanquam in qua-
 dragesimo anno alleluia cantamus eorum representando leticiam. Sed
 tamen illi in apparatu redditus . & in colligendo sarcinulas
 multum laborauerunt. Et nos post alleluia .tractum statim sub-
 iungimus qui laborem significat. Sabbato autem quo septuagesima
 terminatur. Duo alleluia cantamus eorum plenam leticiam per
 quam peruenerunt in patriam figurantes. Hoc etiam tempus capti-
 uitatis et exilij filiorum israel representat tempus nostre pere-
 grinationis . quia sicut ipsi in sexagesimo anno sunt liberati
 Sic nos in sexta mundi etate. Et sicut adhuc in colligendo sar-
 cinulas laborauerunt. Sic et nos etiam liberati in completio-
 ne mandatorum laboramus. Sed cum ad patriam peruenerit
 fuerit . labor omnis cessabit & gloria perfecta erit. Et duplex
 alleluia in corpore & anima cantabimus . In hoc igitur tempore

exilij ecclesia multis tribulationis pressa & fere in baratro de-
 sperationis posita ab alto trahens suspiria clamat in officio .7.
 dicit circumdederunt me ⁊c. Et ostendit ecclesia multiplicem
 sui retributionem quaz habet .7. ⁊ pro miseria contracta ⁊ pro
 duplici pena inflicta ⁊ pro culpa quo ad aliquos commissa.
 Sed tam ne desperet proponitur ei in euangelio. ⁊ in epistola
 triplex salubre remedium. ⁊ triplex premium. Remediū est
 vt si ab illis vult perfecte liberari in vinea anime sue laborat
 abscindendo vicia. ⁊ peccata postea in stadio presentis vite sue
 currat per penitentie opera . deinde viriliter in agone pugnet
 contra omnia dyoboli ten ptamenta . Et si hoc fecerit triplex
 premium habebit. quia laboranti dabitur denarius. currenti
 brauium. pugnanti corona. quia etiam .lxx. significat tempus
 nostre captiuitatis . proponitur nobis remedium per quod a
 captiuitate possumus liberari. scz per cursum fugiendo per pu-
 gnam preliando. per denarium. redimendo



¶ De sexagesima

Sexagesima inchoat in dominica i qua-
 cantatur. Exurge quare obdormis dñe
 ⁊ terminatur i quarta feria post pasca
 Instituta est autem propter redemptio-
 nem . propter significationem . ⁊ pro-
 pter representationem . propter redemptio-
 nem quoniam Melchisedes papa ⁊ be-
 atus Siluester statuerunt vt bis in omni
 sabbato comederetur ne propter abstinentiam qua homines
 sustinuerunt in sexta feria in qua omni tempore ieiunandum est
 natura debilitaret. In redemptione ergo sabbatorum illius te-
 poris vnam septimanā .xl. addiderunt ⁊ sexagesimā vocauer-
 unt. Alia ratio ē ppter significacōez qm sexagesima significat
 tempus viduitatis ecclesie ⁊ merore illius pro abstinentia spō-
 si qm fructus sexagesime debetur viduis. In consolatione autē
 pro absentia sponsi q ad celos raptus ē dant ecclesie due ale-
 scz .vi. opm misericordie exercitatio . ⁊ decalogi implectio. Vñ sexa-
 gesima sonat sexies decem. vt per sex intelligatur sex opera mi-
 sericordie. per decem decalogus interligatur . Tercia ratio est
 propter redemptionez. Nam sexagesima non solum significat
 tempus viduitatis sed etiam misterium nre redemptionis repntat
 Nam per decē intelligitur hō qui ē decima dragma eo q fa-
 ctus sit ut riuinā nouū ordinū repararet . vel intelligit per decem
 eo q constat ex qtuor humoribz quantū ad corpus . ⁊ habet
 tres potetias in aīa. s. memoriā intelligentiā ⁊ voluntatē q fa-
 cte sunt vt huiāt beatissime trinitati vt in ipam fideliter creda-
 mus. ipam feruenter diligam⁹ ⁊ semp in memoriā teneamus

Per sex intelliguntur sex misteria per que homo decimus est redemptus. que sunt incarnatio natiuitas. passio. Descensio ad inferos resurrectio & in celum ascensio. & p̄tendit sexagesima vsq; ad quartam feriam post pascha. In qua cantatur. Venite benedicti patris mei. quia illi qui in operibus misericordie se exercent audiant istud. Venite benedicti. vt ipse x̄pus testatur vbi tunc sponse ianua aperietur. & amplexu sponsi fruetur. In epistola pauli admoneit vt instar pauli tribulationem de absentia sponsi patietur tollit in euangelio vt seminatōi bonoz opm semp̄ insulat. & q̄ quasi desperans clamauerat circūdede runt me gemitus mortis. Nūc q̄ ad se rediens petit in officio i tribulacōib; adiuuari. & ab ip̄is eripi dicēs. Exurge dñe &c. Et ponit ibi triplex exurge quidā enim sunt in ecclesia q̄ ad ueris premuntur. s; nō deiciunt. quidā qui nec p̄muntur nec deiciunt. tñ qui aduersa non tollerant piculum est ne p̄spera ipsos frangant. Clamat ergo ecclesia vt exurgat quātum ad primos ipsos ḡfortando cū dormite videat ip̄os nō eripiēdo clamat vt exurgat q̄ntum ad secundos ipsos ḡfortando a q̄b; videtur faciē auertisse ipsos q̄d animō repellendo. Clamat vt exurgat quantū ad tercios in p̄speris adiuuando & liberādo.

De quinquagesima.



Quinquagesima durat a dñica in q̄ cātat. Esto mihi i deū p̄tectoꝝ &c. & terminat in ipso die pasce. Instituta est aut̄ p̄pter suppletionem. & p̄pter significationem & p̄pter representacōez. Propter supplecōez qm̄ cum debeam; xl. dieb; ieiunare ad similitudinē x̄pi & nō sunt ibi nisi. xxxvi. dies ieiunabiles. q̄a in dñicis nō ieiunāt ḡnaliter tñ p̄pter leticiā & reuerentiā resurrectionis. tñ exēplo x̄pi ipsa die resurrectionis bis comedit sc; q̄n intrauit ad discipulos ianuis clausis. & illi obtulerunt ei p̄tem piscis assi & fauū mellis. Et itez; cum discipulis eūtib;. Ideo p̄ supplecōe dñicaz; additi sunt quatuor dies. Et itez; clerici videntes q̄ sic precedebāt pplm̄ ordine ita precedere deberent sanctitate. Per duos iterū dies ante illos q̄tuor; abstinere & ieiunare incipiūt et sic vna septimana addita est. q̄ & quinquagesima nominat̄ et hoc papa thelesphorus ordinauit. vt ait ambro. Alia ratio est p̄pter significationē. qm̄ quinquagesima significat temp; remissionis id est tempus penitentie in qua omnia remittunt. quinquagesimus enim annus erat iubileus qui erat ann; remissionis. quia tunc debita remittebantur. Serui liberabantur.

Et omnes ad suas possessiones reuertebantur. Per q̄d signifi-
cabatur q̄ penitentiam dimittuntur debita peccatorum libertatem
omnes a seruitute demonum. Et reuertuntur ad possessiones
celestium mansionum. Tercia ratio est p̄pter representationē.
Nam quinquagesima non solum temp̄ remissionis sed etiam
statim beatitudinis representat. Nam in quinquagesimo anno
sui efficiebantur liberi in quinquagesimo die a die agni imm̄
lati lex data est in quinquagesimo die a pasca data est. Et
ideo numerus beatitudinem representat ubi erit adeptio liber-
tatis cognitio veritatis & perfectio caritatis. Tria aut̄ sunt nec-
cessaria que p̄ponuntur nobis ī eplā & in euāgelio ad h̄ q̄ opa
penitentie sint p̄fecta sc̄z caritas que p̄ponit in eplā memoria
dominice passionis & fides que intelligit p̄ illuminationē cœci
et hic ponuntur in euangelio. Nam fides ipsa opa facit accep-
tabilia q̄a sine fide impossibile est placere deo memoria dñice
passionis facilia. Vnde grego. Si passio xp̄i ad memoriā redu-
citur nihil est q̄ non equo aio tolet. Caritas facit esse p̄tinua
quia sicut dicit grego. Amor dei nō potest esse ociosus. Opa
enim magna si est. Si aut̄ opari negligit amor nō est. Et sicut
in principio ecclesia q̄ desperans clamauerat. Circū dederunt
me &c. Et postmodū ad se rediens adiuuari petebat. Ita h̄ia
cepta fiducia & spe venie p̄pter penitētiā orat & dicit. Esto
mibi in deū p̄tecto &c. Vbi quatuor petit sc̄z p̄tectionē firma-
mentum. refugiū & ducātū. Omnes enim filij sui aut sunt in
gratia. aut sūt in culpa. aut in aduersis. aut in p̄speris. Illis q̄
sunt in gratia petit firmamentū. vt sc̄z in ipsa gratia p̄firmen-
tū. Illis qui sunt in culpa petit vt deus sit eorū refugiū. Illis qui
sunt in aduersis petit p̄tectionem vt in ipsis aduersis p̄tegat.
Illis qui sunt in p̄speris petit ducātū vt sc̄z in ipsis a deo inno-
center ducant. Terminat aut̄ quinquagesima vt dictū est in die
pasce q̄a penitentia ad nouitatē vite facit resurgere in hoc tpe
psalmus quinquagesimus sc̄z miserē mei deus q̄ est psalmus
penitentie & remissionis plurimū frequentat.

De quadragesima.



Quadragesima incipit a dñica qua can-
tatur inuocauit me. ubi ecclesia que tot
tribulationibus pressa clamauerat. Cir-
cum dederunt me &c. & postmodū reser-
rauerat inuocando adiutorium dicens.
Exurge do. & esto mibi in deū p̄tecto &c.
Nunc nondū se exaudiam dicens. inuo-
cavit me. Notandū autē q̄ q̄dragesima

continet xlii. dies ꝑputatis dominicis diebus ex quibus dum
 vi. dies dñicales subtrahuntur remanent xxxvi. dies in absti-
 nentia qui sunt decima totius anni. Annus enī habet trescētos
 sexaginta quinq; dies. trigintasex sunt decima. Sed quatuor
 dies ꝑcedentes addūtur vt sacer numerus quadraginta die-
 rum impleatur quem saluator suo ieiunio consecrauit. Quare
 autem in hoc numero ieiuniū obseruamꝑ triplex ratio assignari
 potest. Prima & est augustini quas matheus xl. genera-
 tiones cristi ponit. Ad hoc igitꝑ dñs suo quadragenario nūo
 ad nos descendit vt nos ad eum nostro qꝑdragenario ascenda-
 mus aliam assignat idem dicens ad hoc vt habeamꝑ quadra-
 genariū qꝑdragenario addendꝑ ē denariꝑ. qꝑ ad hꝑ vt veniamꝑ
 ad beatam. requiem oportet nos toto ꝑsentis vite tempore
 laborare. Vnde & dñs xl. diebus cum discipulis mansit & ꝑ
 decima die spiritum sanctū paraclitum misit. Tercia assignat
 magister ꝑpositiuus in summa de officō dicens Mundꝑ in
 quatuor partes ꝑ annus in quatuor tempora diuidit ꝑ homo
 ex quatuor elemētis ꝑ quatuor cōplexionibꝑ ꝑstituitur ꝑ no-
 uam legem que in quatuor euangelia cōsistit & veterem que
 in decem mādata transgressi sumus. Oportet igitur vt dena-
 rius ꝑ quaternariū multiplicetur vt sic xl. faciamus id est
 mandata veteris & noue legis toto tꝑe vite huius impleamꝑ.
 Consistit quideꝑ cōꝑus nōstrum sicut diximus ex quatuor
 elementis que ꝑ qꝑi quatuor sedes in nobis habent. Nam igitꝑ
 nis in oculis. ær in lingua ꝑ auribus. Aqua in genitalibꝑ. ter-
 ra in manibꝑ ꝑ alijs membris dominatur. In oculis igitur
 curiositas in lingua ꝑ auribus scurrilitas in genitalibus vo-
 luptas in manibꝑ ꝑ in alijs membris est credulitas. Hec qua-
 tuor confitetur publicanꝑ quia enim a longe stat confitetur
 luxuriā qꝑ est fetida quasi dicat nō audeo appinquare dñe ne
 opationē. Sāctitate p̄pter vite p̄fectionē. Felicitate p̄pter glo
 rioſaꝝ fruitionē. Iſte aut̄ dē ſenex non tm̄ p̄pter tēporis antiq̄
 tatē. ſed etiā p̄pter reuerentē dignitatē. p̄pter ſapientie matu
 ritatē & p̄pter morum grauitatē.




Prim⁹ ⁊ felicia
 n⁹ apud dyo
 clea. & maxia
 nū a tēploꝝ p̄tifici
 b⁹ accuſant̄ q̄ n̄ eos
 ſacrificare fecerit nulla
 a dijs b̄nficia obtinē
 valebūt iuſſu igit̄ im
 patoꝝ in carcē reclu
 dūt ſ; ab āgelo ſoluti
 p̄modū itez Impa
 toꝝib⁹ p̄ntāt q̄ cū in fi
 de firmi p̄ſiſterēt cru
 delit̄ laniati abinuicē
 ſepāt. dicitq; p̄ſes feli
 ciano vt ſue ſenectū/
 ti 9ſuleret & dijs immolaret. Cui felician⁹ ecce iā. lxxx. ānos
 hēo ⁊ xxx. āni ſunt ex q̄ veritatē agnouit ⁊ eligi deo viuē qui

me potest de tuis manibꝫ liberare. Tūc iussit preses eum ligari et clauos in manibꝫ ⁊ pedibꝫ affigi. eiꝫ dixit tamdiu sic eris donec nobis ꝑsenseris q̄ dum leto vultu persisteret eū ibidem torqueri iussit ⁊ nihil penitꝫ mīstrari. Post hoc sanctū ꝑmuꝫ adduci fecit eiꝫ dixit. Ecce fratꝫ tuꝫ impatoꝝ decretis ꝑsensit ⁊ ob hoc magnꝫ in palacō venerat. tu ꝑ siltꝫ age. cui ille. Licꝫ dyaboli filiꝫ sis. vꝫtū in ꝑte dixisti q̄a frater meꝫ impatoꝝ celestis decreto ꝑsensit. Tūc iratus preses iussit facibꝫ latera eius incendi ⁊ plumbū bulliens in os eiꝫ infundi cernēte feliciano vt sic terreri posset. Tꝫse autꝫ plūbū tanꝫ aquā frigidāꝫ suauitꝫ bibit. Tūc ꝑses iratꝫ duos leones ad eos mitti ꝑcepit qui statim ad pedes eozꝫ se ꝑiecerunt ⁊ tanꝫ agni mansueti corā eis steterunt. Rursus vꝫsas crudeles dimittit ⁊ cū leonibꝫ mansuescunt. Aderāt ad hꝫspectaculū plusꝫ. xij. milia virozꝫ de quibꝫ q̄ngenti viri in dño crediderunt. Preses autꝫ sanctos fecit decollari ⁊ eozꝫ corꝫa canibꝫ ⁊ auibꝫ ꝑici sed tñ ab hijs illesa a xpianis honoꝝifice sūt sepulta. Passi sunt autem circa annos domini. cc. lxxxvij.

Barnabas.

Barnabas interpretatꝫ filius venientis vel filius consolationis aut filius ꝑphete aut filiꝫ ꝑcludens. Quatuor vicibꝫ ponitur filius ꝑpter quatuor modos filiationis ipsius. Dicitur enim filiꝫ in scriptura ratione ꝑnationis. eruditionis. imitationis ⁊ adoptacōis. Fuit enim a xꝑo regñatus per baptismū Eruditus ꝑ euangelium. est ipꝫ imitatus per martiriū ⁊ ab ipso adoptatꝫ ꝑ celeste premiū ⁊ hoc q̄ntum ad se. q̄ntum vero ad alios fuit adueniens. ꝑsolans ꝑphetans et concludens. Adueniens discurredo ⁊ predicando vbiꝫ q̄d patet quia fuit socius pauli. Consolans paupes ⁊ desolatos paupes quibus elemosinā detulit desolatos quibus ex parte aploꝝ eꝫlam destinauit. ꝑphetans quia ꝑphie spiritu claruit Concludens quia magnam multitudinem in fide cōclufit ⁊ adunauit sicut patet cum missus fuit in anthiochia. De hijs quatuor actuum. xj. Erat vir id est virilis quātum ad primū bonus quantum ad secundum. plenus spiritus sancto quantum ad terciū. ⁊ fidelis quantum ad quartum. Eius passionem compilauit Iohannes q̄ ⁊ marcus eius consobrinus ⁊ maxie a visione ipsius Ioh. vsqꝫ fere in finem quam beda de greco in latinum creditur transtulisse.

De sancto Barnaba.



Barnabas le
uites cypre
gñe vnus de
lxij. discipulis domi
ab historia actū in
mltis extollit̃ ⁊ lau/
datur. Fuit namqz
optime informatus
et ordinatus ⁊ hoc
qñtuz ad se ⁊ qñtuz
ad deum. ⁊ qñtum
ad pximū. Quātuz
ad se ordinat⁹ extitit
secundum tres vires
scz rationabilem cō/
cupiscibilem ⁊ itaf/
cibile. Habuit nāqz


rōnabilem illustratā lumine cognitionis. vnde dē actū. xiiij.
Erant autē in ecclesia q̄ erat anthiochie pphete ⁊ doctores in
quibz barnabas ⁊ symon ač. Scđo habuit cupiscibile pur/
gatā mundane affectionis. vnde dē actū. iiii. q̄ ioseph q̄ cog
nominatus est barnabas cum haberet agrū vēdidit illum et
attulit preciū ⁊ posuit ad pedes apłōrū vbi dicit glosa. Desti/
tuendū pbat qđ tangē deuitat ⁊ docz calcandū esse aux qđ
subdit gressibz apłōr. Tercio habuit irascibile roboratā mag/
nitudine pbitatis ⁊ hoc vel viriliter aggrediendo ardua. vel
pseueranē agendo fœcia vel gstanter sustinendo ad ūsa. viriliē
aggrediendo ardua sic patet in h° q̄ illā maximā anthiochiā
aduertendū accepit sicut etiam patet actū. ix. quia cum post
guersionē paulus ierosolimā venisset ⁊ discipulis se iungere
vellet ⁊ omnes eum tanquā lupum agni fugerent barnabas
ipsum audacter apprehendit ⁊ ad apostolos duxit pseueranē
operando fœcia quia corpus suū macerauit ⁊ ieiunijs afflixit
Vnde dicitur actuum. xiiij. de barna. ⁊ quibusdam alijs mini/
strantibus aut illis domino ⁊ ieiunantibus et cetera. Constā
ter sufferendo aduersa. sicut apostoli perhibent ei testimoniuz
dicentes. Cum carissimis nostris barnaba paulo hominibz q̄
tradiderunt anias suas p noie dñi nři ihu xp̄i. Scđo fuit ordi
nat⁹ qñtuz ad deū. deserēdo dei auctoritati maiestati ⁊ boitati

Authoritati q̄ patet ex hoc q̄ officiū predicacōis sibi nō usur/
pauit. s̄ hoc ex auctoritate dei accipe voluit sicut habet̄ actū.
xiiij. Dixit spūs sanctus segregate mihi barna. ⁊ saulū in opus
ad q̄d assumpsi eos. Scđo dei maiestati. Cū enī sicut habetur
actū. xiiij. Maiestātē dīnam sibi q̄daz vellent attribuere ⁊ ei
tanq̄ deo hostias immolare vocantes eū iouem tanq̄ priorez
et paulū mercuriū tanq̄ prudentē ⁊ eloquentē. ḡtinuo harū
et paulus p̄scissis tunicis clamauerūt. Viri q̄d facitis. Et nos
mortales sum⁹ filēs vobis annunciātes vobis ab hijs vanis
uertit ad deū viuū. Tercio dei bonitati. Nam sicut habet̄ actū
xv. cum bonitati grē dei q̄ gratis ⁊ non ex lege sum⁹ saluati
quidā uersi. de iudeis artare ⁊ diminuere vellent asserētes h̄
sine circūcisione nequaq̄ sufficere. Paulus ⁊ barna. ḡtra eos
viriliter restiterūt ⁊ solā bonitatē grē dei sine lege sufficē oñde
runt. Insup ⁊ q̄stionē ad ap̄los detulerūt ⁊ ḡtra illoz errorē
ap̄loz ep̄las impetrauerūt. Tercio fuit optime ordiat⁹ q̄ntuz
ad p̄ximū. q̄a gregē suum pauit verbo beneficio ⁊ exemplo
Verbo q̄a verbū dei solícite euāgelizauit. Vnde dē actū. xv.
Paulus ⁊ Barna. demorabunt̄ anthiochie docētes euāgelizan
tes cum alijs plurib⁹ verbū dñi. Hoc etiā patz p̄ illā maxiaz
multitudinē quā anthiochie uertit a deo vt ī p̄mo vocarent̄
discipuli xp̄iani. Scđo exemplo q̄a vita sua fuit oībz speculuz
sanctitatis ⁊ exemplar religionis. Fuit enim in omni ope suo
virilis ⁊ religiosus ⁊ strēnu⁹. oīm moz bonitate sp̄sicu⁹ oīm
gratia spūs sancti plenus ⁊ omni virtute ⁊ fide preclarus. De
hijs quatuor habet̄ actū. xv. Miserunt barna. anthiochiez ⁊
sequit̄. Hōtabat̄ omnes p̄posito cordis p̄manere in dño quia
erat vir bonus. plenus spūs. ⁊ fide. Tercio beneficio ⁊ h̄ dupli
citer. Est enī duplex beneficiū siue elemosina scz temporalis q̄
ḡsistit in necessarioz subministracōe. ⁊ spūalis que ḡsistit in
offense dimissione. primam habuit beatus barna. q̄n elemo
sinā qui erant in ierlm fratrib⁹ detulit. Nam sicut dē actū. xi.
cuz facta esset fames maxima sub claudio h̄m q̄ p̄phauerat.
Agab⁹ discipulus p̄t quisq̄ habebat. p̄posuerūt in ministē
riū mittere habitantib⁹ in iudea fratrib⁹. Quod ⁊ fecerunt
mittentes ad seniores p̄ man⁹ Barnabē ⁊ Pauli. Scđam quia
Tohanni q̄ cognōiabat̄ marcus offensaz dimisit. Cum enim
predic⁹ discipulus barnabā ⁊ saulū reliquisset. Redeunti tñ
et penitenti. Barnabas indulsit ⁊ iterū in discipulū resumpsit
Paulus aut̄ ip̄m itez assumere in discipulū renuit. ⁊ ideo in
eos sepacō facta fuit. Vterq̄ enī ex pia causa ⁊ intencōne fecit
Nam q̄ barnabas ip̄m assumpsit h̄ fecit ex dulcedine miseri
cordie. Quod autem paulus ipsum assumere noluit hoc fecit

ex feruoris rectitudine. Nam sicut ibidem dicit glosa actu xv. Quoniam in frontis facie se constituens nimis tepidus steterat merito ipsum paulus abiecit ne illius q̄ contagione vires aliorum corrumperent. Illa autem sepatio non est facta ex omocoe vicij sed ex instinctu spiritus sancti ut scilicet abinuicem separentur et pluribus predicarent sicut et postmodum factum est. Nam cum esset barnabas in yconio ciuitate predicto. Iohannes eius sobrinus ubi quidam splendidus in visu apparuit dicens Iohannes esto quia ammō nō Iohannes sed excelsus vocaberis. Quod cum ille Barnabe retulisset Respondit ei. Caue diligenter ne cuiquam quod vidisti reueles. Nam et mihi similiter dominus hac nocte apparuit dicens. Constans esto Barnaba quia eterna premia percipies eo quod gentem tuam reliquisti et animam tuam pro meo nomine tradidisti. Cum ergo paulus et barnabas diu in antiochia predicassent. Angelus quod domini paulo apparuit dicens. Festina venire ierusalem quia quidam fratres aduentum tuum prestolantur ibidem. Cum ergo Barnabas cyprum vellet pergere et parentes suos inuisere. Paulus autem iherusalem perare vellet sancto sic instigante spiritu abinuicem discesserunt. Verum cum paulus barnabe quod sibi dixerat angelus indicasset Respondit barnabas fiat voluntas domini. Nunc autem cyprum vado et ibidem vitam finiens te amplius non videbo. Et cum flens eius pedibus se humiliter voluaret concipiens ei paulus dixit. Noli flere quia sic domini est voluntas. Nam et mihi dominus in hac nocte apparuit dicens. Ne prohibeas Barnabam ire cyprum quia multos ibidem illuminabit et martiriū consummabit. Pergens igitur Barnabas cyprum cum Iohanne euangelium sancti mathei secum detulit et super infirmos ponens multos dei virtute sanauit. Cum autem de cypro exissent inuenerunt elimam magum quem paulus laque oculorum ad tempus priuauerat qui eis restitit et paphum intrare prohibuit. Die igitur quadam vidit barnabas homines et mulieres nudas currentes et scilicet sua festa agentes. Unde indignatus templo maledixit et subito spiritus eius coruens multos oppressit. Tandem salaminam deuenit et ibidem predictus magus sedicionem non modicam excitauit. Comprahendentes igitur iudei Barnabam multis affectum iniurijs trahebant et iudici ciuitatis puniendum tradere festinabant. Comperto autem quod Eusebius vir magnus et potens de genere Neronis illuc aduenisset. Timuerunt. Iudei ne ipsum de manibus eorum eripet et sic liberum abire permitteret. Ligantes igitur funem in collo eius extra portam eum traxerunt et ibidem eum pertinenter abusserunt. Denique nec sic impii iudei faciat ossa eius in quodam vase plumbico recluserunt in mare eadem precipitare volentes. Iohannes autem discipulus eius cum duobus alijs de nocte surgens ea rapuit et in quadam cripta occulte sepeliuit.

Que ibidem vt ait Sigbertus vsq; ad tempa Zenonis impa-
toris ⁊ Gelasij pape ⁊ vsq; ad annū dñi·d·latuerunt. Sed tūc
ipso reuelante repta fuerunt. Beat⁹ aut̄ dorotheus sic ait. Bar-
nabas in Roma xpm̄ p̄mū predicauit eps̄ Mediol' fact⁹.

Vitus.



Vitus dē a vita·distinguit autē aug⁹·in
libro de ciuitate dei· triplex genus vite
scz actuosū qđ ptinet ad vitā actiuam-
ociosū qđ ptinet ad ociū spūale vite
⁊templatue ⁊ ex viroq; spositum. Et
istud triplex gen⁹ vite fuit in eo vl' vit⁹
quasi vit⁹ id est virtuosus·modest⁹ q̄si
stās in medio hoc est in medio virtutis
quālibet enī virtutē tanq̄ mediū circūstāt duo inicia tanquā
extrema. Nam extrema prudentie sunt dolositas ⁊ fatuitas.
Extrema temporantie desideriorum carnalium adimpletio ⁊
omnimoda sui afflictio. Extrema fortitudinis·pusillamitas ⁊
temeritas. Extrema iusticie crudelitas ⁊ remissio.

De sancto Vito.



Vitus puer
egregius ⁊
fidel' annoꝝ
xij·i sicilia martiriū
passus ē. Hic a p̄re
crebro verberat⁹ ex
eo qđ ydola ⁊tēpne/
bat nec ipsa adorare
volebat. Qđ audiēs
valerian⁹ prefectus
puer⁹ accersuit ⁊ sa-
crificare nolentem
fustibus cedi iussit.
Brachia autē verbe-
ratiū ⁊ man⁹ p̄fecti
statim aruerūt·clā/
mauit qđ p̄fect⁹ ve-

mibi quia manū amisi. Cui vitus. Accedant dii tui ⁊ te sanēt
si p̄nt. Cui ille. Nunqđ ⁊ tu facē vales hoc. Cui vitus. In noīe
dñi mei valeo statimq; p̄ eo orauit ⁊ sanitatem sibi obtinuit.
Dixitq; p̄fectus pater cōripe puer⁹ tuū ne male pereat. Tūc
eum in domū ducens diuersis musicoꝝ generib; ⁊ puellarū
iustib; aliazq; deliciaz; gñib; immutare animū p̄uī satagebat

Cum aut eum in thalamum inclusisset mirabilis odoris fra-
 grantia inde exiit q̄ patrē & totā familiā nimio odore pfudit
 Aspiciensq; pater p̄ hostiū vidit. vij. angelos circa infantē stā-
 tes. Dixitq; dii venerunt in domū meā. Statimq; cecatus est.
 Ad e? clamorē tota ciuitas lucana smota est ita vt valerian? .
 accurreret & q̄d sibi accidisset inērogauit. Cui ille. Deos vidi
 igneos & vultū eoz ferre non potui. Ad tēplum igit̄ iouis de-
 ducit̄ & p̄ recupacōe luminis tauz cū cōmib; aureis pollicē
 Sed cum nihil pficeret filiū p̄ sua sanacōe rogauit & lumen
 suis precib; recupauit. Cum aut nec sic crederet s; poti? filiu
 occidē cogitaret angelus dñi modesto pedagogo ei? apparuit
 et vt nauē gscendēs puez ad aliā terrā deducēt impauit. Qd̄
 cum fecisset aquila eis cibum afferebat & multa ibidem mira-
 bilia faciebāt. Interea filius dyocleciani impatoris a demone
 arripit̄ & nisi vitus lucanus veniat se nunq; exire fatei. Vitus
 querit̄ & inuentus ad impatorē ducit̄. Cui dyoclecian? . puer
 puez meum sanare vales. Cui ille. Non ego sed dñs statimq;
 sup eum manus imposuit & p̄tinus ab eo demon aufugit. Et
 ait dyoclecian?. Puer ḡsule tibi & dijs sacrificā ne ma' a morte
 intereas. Qd̄ cū ille recusaret & in carcerē cū modesto missus
 fuisset subito ferri moles que eis erat imposita cecidit & carcer
 immenso lumine coruscavit. Qd̄ cū impatori nunciatū fuiss; .
 eductus in clibanū ardentē mittit̄ s; tamen illesus egreditur.
 Tunc leo terribilis ad eū deuorandū mittitur s; tū ab eo fidei
 virtute placat̄. Tandem ipse cū modesto & crescentia nutrice
 sua q̄ semp eum secuta fuerat in eculeum suspendi iubetur s;
 subito aer pturbat̄ terra gcutit̄ tonitrua mugiunt. ydolorum
 tēpla corruūt & multos cedunt. Impator aut̄ territus fugiēs
 pugnis se pcutiebat dicens. Ve mihi q; ab vno puero victus
 sum. Illi autē ab angelo ḡtinuo soluti iuxta q̄ddaz flumen se
 inuenerunt & ibidē pausantes & orantes aīas dño reddidēr̄.
 Quoz cōrpa ab aquilis custodita florēcia illustris macrona
 sancto vito reuelante repit̄ & ea accipiens honoxifice sēpeliuit
 Passi sunt aut̄ sub dyocleciano qui cepit circa annos domini
 ducentesimo octuagesimo. vii.

Quiriacus.

Quiriacus querens arcū vel achisil q̄d est fortitudo et
 cus niger vel a quiris q̄d est hasta vel a q̄riles q; dē-
 sedile. Ipse enim fuit arcus id est curuus in sui humi-
 liatione. fortis in tormentoz passione. niger in sui despectione.
 hasta in inimici debellacōe. Dei sedile ex dei habitatione. Hec
 enim grā supleuit q̄ etas negauit. Fulita iuuenis vita q̄a vitaz
 spūali vixit & p̄ hanc multis profuit.

De sancto Quiriacō.



Quiriacus fuit
filius Iulite
illustrissime
matrone iconij que
psecucōez declinate
volēs ī tharsū cilicie
cū pūo suo quiriaco.
qui erat triū ānoꝝ
venit. h̄ tñ alexādro
psidi pntat in vlnis
suis puerū gestans
Qd̄ due famule sue
videntes fugerunt ⁊
eaz ptinē reliq̄runt
Preses igitur puerū
in vlnis suis suscepit
et matrē sacrificare

nolentē crudis neruꝝ flagellari p̄cepit. Puer autē matrē flagel-
lari cōspiciens amare flebat ⁊ lamentabiles voces dabat. At
preses pūm quiriacū in vlnas ⁊ sup̄ genua ponēs eū osculis
et alijs blandicijs demulcebat. Infans autē ad matrē respiciēs
presidis oscula abhorrebat ⁊ caput cū indignacōe auertens
vultū eīꝝ vngulis lamabat ⁊ matri glonas voces dabat. q̄ d̄
et ego xpianus sum. Tandē diu reluctans presidē in scapulis
momōdit. Tunc p̄ses indignatꝝ dolore cruciatꝝ pūm ab alto
p̄ gradus precipitauit ita vt tribunali tenellū cerebꝝ adherēt
Iulita vero filiū ad regnū precessisse videns leta gr̄as deo red-
didit. Tunc iulita iussa est excoriari ⁊ bullienti pice pfundi ⁊
demū capite truncari. In quadā autē legēda inuenit̄ q̄ quiriacꝝ
tyrannū blandientē eꝝ vt minantē p̄pendens xpianū se esse
p̄fitebat̄ h̄m q̄dem tēpus elinguis infantulus h̄ in eū loq̄bat̄
spūscū: q̄ cū preses interrogaret q̄s eū docuisset ait tuam. O
preses miror insipientiā q̄ meā tantillaz cernēs etatulā necduꝝ
tp̄is circulo trimā p̄condaris q̄s me dīnam docuit sapiam q̄
cū cederēt clamabat xpianꝝ sū. ⁊ q̄ciens h̄ clamabat tociēs vi-
res in̄ tōm̄ta recipiebat. Preses autē matrē cū pūo mēbratim
scindi fecit ⁊ eoz mēbra ne a xpianis sepelirent̄ disp̄gi mādā
uit. h̄ tñ ab angelo sūt collecta ⁊ nocte a xpianis sep̄lta. Hoꝝ
cōrpa tpe Constantini magni cum pax esset reddita ab vna
de ancillis que adhuc supat reuelantur ⁊ in deuocōe magna
ab omni populo habent̄. Passi sunt auteꝝ circa annos dñi cc.
xxx. sub alexandro imperatore.

.c.lij.
De sancta Marina:



Marina virgo
unica eãt pa
tri suo. Cum
aut p̄ quoddã m̄o
steriũ ītraſſ̄ mutauit
habitũ filie sue vt n̄o
feia h̄ mascul? videre
tur. rogauitq; abba/
tem & fratres vt filiũ
suũ vnicũ recipent. q̄
eius p̄cib; anuentes ī
m̄oachũ ē recept? &
frater Marin? ab oĩ/
bus appellatus cepit
aut valde religiose vi/
uere & valde obediẽt
eẽ. Cũ aut ess; viginti

septẽ añoz & p̄ ei? se morti appropiquare sentiret filiã suã
vocauit & ipãz in bono p̄posito cõfirmãs p̄cepit ne aliquãdo
alicui r̄uelaret q̄ mulier ess;. Ibat igit frequẽter cũ plautro
& bobus. & ligna m̄oasterio deferebat. Consueuerat aut hos/
pitari in domo cuiusdã viri. Cui? filia cũ de q̄dam milite cõ/
cepisset interrogata. Marinũ m̄oachũ violasse asseruit. Inter
rogat? aut maurin? cur tm̄ flagiciũ perpetrass; se peccasse fa
tetur & veniã p̄cat. Statim de m̄oasterio eiect? ad hostiũ m̄oa/
sterij mansit & trib; annis ibidẽ p̄manẽs buccella pãis sustẽ
tabatur. Postmodũ fili? ablaçtat abbati mittit & mario edu
cand? tradiç & cum eo ibidẽ p̄ duos años cõmorat. oĩa autẽ
cũ maxia patientia recipiebat & in oĩb; grãs deo deferebat.
Tandẽ ei? hũilitatis & patie fratres miserti eũ ī monasteriũ
rcipiũt & queq; officia viliora sibi iniũgũt. Ipse aut oĩa hy/
lariter suscipiebat & cuncta patienter & deuote agebat. tandẽ
in bonis operibus vitam ducens migravit ad dñm. Cũ autẽ
corpus ei? lauarẽt & ī vili loco sepelire disponerẽt respiciẽtes
mulierẽ ipm esse viderũt. Stupefacti sunt oēs & p̄territi se in
dei famulã plimũ deliq̄sse fatenẽ. Currũt oēs ad tam grande
spectaculũ & veniã postulãt ignorãtie & delicti. corp? igit ei?
ī ecclia honorifice posuerũt. Illa aut q̄ famulã dei ifamauerat
a demõe arripit & scelus suũ ḡfitẽs & ad sepulçz virginis ve
niẽs & liberat. Ad cui? tumultũ populi vndiq; ḡfluũt & multa
miracula ibi fiunt. Obijt autem. xiiij. kal. Iulij.

De nomine.

Geruasius a iear quod ē facz a vās vel a gena quod ē incolatus & syoz puulus quasi facer p vite meritum vas p virtutum receptaculū. Peregrinus p mūdi cōtemptum. puulus per sui despe dūm.

Prothasius a prothos qd ē pmū a syos deus siue diuinus vel a procul a stasis qd ē positio quasi primū p dignitatem. diuinus p dilectionem. procul positus a mūdi affectione. Hōrum passionem Ambrosius i libello ad caput eozum posito scriptam inuenit.

De sancto Geruasio a Prothasio.



Geruasius & Prothasius gemi fratres filij sue runt scī vital' & beate valerie Qui omnia sua pauperibus erogantes manebant cum sancto Nazario q̄ apud ebruduū oratoxiū construebāt & ei celsus puer lapides p̄erigebat Quot vero nazarius iam celsuz habuisse narratur forte p̄ anticipationem accipitur cum lōge p̄

eum sibi fuisse oblatum ex hystoria Nazarij colligatur. Cuz autem omnes ad Neronem impatorem ducerēt sequebatur eos eiulans puer celsus Quē cum vnus militū alapis cederet a cedentem Nazarius increparet irati milites Nazariū calcibz ceciderunt a ipsum cum alijs in carcere recluserūt a postmodum in mare precipitauerunt. Geruasium vero & pthasium Mediolan duxerūt. Nazarius vero miraculose liberatus mediolis venit. Eo tempe supueniente Comite astasio q̄ contra marchomānos pficiscebāt ad bellū deoz cultozes eidē occurrerūt. asserentes q̄ dij sibi r̄ndere st̄pnerēt nisi prius Geruasius & ptha. imolarēt. st̄tinuo igit̄ tenent̄ vt sacrificēt iuitant̄. cui cū Geruasius oīa ydola surda a muta diceret & ipsum ab oīpotente deo victoriā h̄re doceret. Irat̄ tandiu eū plūbatis cedi iussit q̄ diu sp̄m exalarz. dein ptha. accersiri fecit. ei qz dixit. Miser vl' tu uuere stude & noli cum fr̄e tuo mala morte p̄ire.

Cui pthasiz. Quis ē miser Ego q̄ te nō timeo aut tu q̄ me timere p̄baris. Cui astasiz. ego te miser hō q̄io timeo. Cui pthasius. In hoc me timere & te ledi p̄baris si nō sacrificauero dijs tuis. Si enī te ledi a me nequa q̄ tieres nūq̄ ad sacrificiuz ydoloꝝ me ipse spelleres. Tunc eū comes ī eculeū suspēdi precepit. Cui pthasius. nō tibi comes irascō qm̄ cecos tui ocl̄os cōdis attēdo qui potiꝰ tui misereō q̄a nescis quid facias. age igit̄ qd̄ cepisti vt mihi cū fratre meo occurrere possit benignitas saluatoris. Tunc comes iussit eū decollari. Philippus auteꝝ seruus xp̄i cū filio suo cōpa eoz̄ rapuit. Et occuīte in domo sua in archa saxea sepeliuit & libellū eoz̄ cōtū finem & vitam stinentē ad eoz̄ caput posuit. Passi sunt aut̄ sub Nerone qui cepit circa ānos dñi quingentesimo quarto Fhoꝝ cōpa mltō tempe latuerunt. Sꝫ tempore beati Ambrosij hoc mō reperta fuerūt Ambrosius nāqꝫ in ecclia scōꝝ Naboris ⁊ felicis ī oratione posito ita vt nec vigilaret apte. nec dōmiret itegre apparuerunt ei duo pulcherrimi iuuenes vestibꝫ candidis id est colobio & pallio induti. caliculis calceati. secū manibꝫ extensꝫ orantes. Orauit igit̄ Ambrosiz vt si ē illusio nō vltra appareat si aut̄ veritas denuo reuelet̄. sili igit̄ mō canente gallo orantes secū iuuenes apparuerūt. Tertia vera nocte defecto iaz cōpe vigilijs nō dōmiēti sꝫ stupenti cū tertia sibi apparuere p̄sona q̄ sili paulo ap̄lo videbat̄. secundū q̄ ī pic̄tura prospexerat. Illisqꝫ tacentibꝫ ap̄lus sibi dixit. Ipsi sunt qui nihil terrenuz desiderantes monita mea secuta sunt quoz̄ cōpa in eo loco repies in q̄ stas duodecim pedum altitudine terra cooptam archam inuenies ⁊ ad caput eoz̄ libellum in q̄ cōtus eoz̄ cōtineē & finis. Cōuocatis igitur vicinis coepiscopis ipse prior terre fossor̄ accessit ⁊ oīa prout dixerat sibi paulus inuenit. & licet iam tricenti anni ⁊ vltra fluxissent. Ita tamē cōpa eoz̄ sunt reperta ac si ipsa hora ibidē fuissent posita. Insuper vero odor suauissimis & nobilis inde fragrabat. Cecus aut̄ quidaz tangēs ferretꝫ illuminatus est. Et multi alij meritis eoz̄ curati sunt. In hoz̄ so'emnitare pax iter lōgobardos ⁊ romanū īperiū reformata fuit. & ideo Gregorius papa loqueꝝ dñs pacem in plebem suā in introitu misse cantari instituit. Vnde & officia partim sanctis gveniūt. Partim euētibꝫ que ipsis contingere diebꝫ. Refert Augꝰ. i li. xx. de ci. dei. q̄ ipso presente & impatore ⁊ multa turba Quidā cecus apud mediolanum ad cōpa martiz̄ Geruasij & Prothasij lumē recepit. Vtz̄ autē sit predictus cecus an alius ignoz̄at̄. Idē q̄ refert ibidē q̄ q̄dam iuuenis in villa victoriana que ab ypporegio triginta miliaribus distat cū in quodā flumine equū lauaret continuo

dyabolus cum veaxuit & in flumen tanq̄ mortuū picit. cū autem vespere in ecclesia beatorum Geruasij & Prothasij que prope erant cantaretur ille vocibus illis quasi percussus cum grandi fremitu ecclesiam intrans altare tenebat. iude amoueri non valens tanq̄ si ibidem alligatus fuisset Et cum demō vt in exirz adiuraret. ille se ei? mēbra āputaē cū exirz miabaī cū g° adiurat? exirz oclōs ei? ī maxillā fufus tenui venula depē debat s; ī loco suo sicut potuerūt oculū reuocarūt & ecce itra paucos dies meritis scōz Geruasij & Prothasij plene sanat? ē Ambrosius q̄ in prefatione sic ait. Hii sunt qui vexillo celesti signati victicia apostoli arma sumpserant a mundanis nexibus absoluti nequissimi hostis vicioz aciem prosternētes liberi expedit xpm dominū sunt secuti O q̄ felix germanitas que sacris inixerendo eloqueis nullo potuit iterpellari cōtagio O q̄ glōiosa certamis causa vbi piter coronatur quos vnus vterus maternus effudit.

De nomine.

Iohannes baptista multipliciter noīat. Dē enī ppha amicus sponsi. lucerna. angelus vox helyas. Baptista saluatoris. Preco iudicis. & precursorē regis. In propheta designatur prerogatiua cognitionis. In amico sponsi prerogatiua dilectionis. In lucerna ardenti p̄rogatiua sanctitatis. In angelo prerogatiua virginitatis. In voce prerogatiua humilitatis. In helya prerogatiua feruoris. In baptista prerogatiua mirabilis honōis. In p̄coe p̄rogatia p̄dicationis ī p̄cursorē p̄rogatia p̄dicationis



De sancto Iohanne baptista.

Actiuitas iohannis baptiste ab archangelo gabriele hoc in anūciata fuit dauid enim Rex sicut habetur in hystoria scolastica volēs cultum dei ampliare. xxiiij. summos sacerdotes instituit quorum tamen vnus maior erat q̄ princeps sacerdotum dicebat

Statuit autem xvj. viros de eleazar & viij. de ytamar & secundum
fortes dedit unicuique ebdomadam vicis sue. Abyas autem viij.
ebdomadam habuit de cuius genere zacharias fuit. Erant autem
Zacharias & vxor eius senes & absque liberis. Cum ergo Zacha-
rias templum domini ut incensum poneret ingressus fuisset &
multitudo populi de foris expectaret apparuit ei Gabriel archa-
gelus. Cum autem Zacharias in eius visione timeret ait angel-
lus Ne timeas Zacharia quoniam exaudita est oratio tua. p-
prium est enim bonorum angelorum secundu[m] q[uo]d dicit glo.
ex sua visione territos benigna exhortatione protinus conso-
lari. Contra mali angeli se in lucis angelis transfigurantes si
quos ex sui presentia territos senserint ampliori eos horrore
concuciant. Annunciat igitur gabriel Zacharie se filium habi-
turum cuius nomen Iohannes esset qui vinum & siceram non biberet
& ante dominum in spiritu & virtute helie preceperat Iohannes vocari helyas rone
situs quia ambo in deserto ratione victus quia abbo victu parci
Rone cultus quia abbo vestitu iculti rone officij quia abbo precursores
Sed ille precursor iudicis iste saluatoris ratione zeli quia vtriusque
verbum quasi facula ardebat. Zacharias autem considerans
sui senectutem & vxoris sterilitatem dubitare cepit & more
iudeorum signum ab angelo requisivit. Angelus autem pro
eo quod verbis suis non credidit ipsum taciturnitatis plaga per-
cussit. Notandum autem quod dubitatio consuevit fieri & excu-
sari aliquando propter promissorum magnitudinem sicut legitur de ab-
raham. Cum enim dominus sibi promississet quod sanctum suum
terram canaan possideret dixit ad eum abraham. Domine de-
vnde scire possum quod possessurus sum eam. Et respondens do-
minus Sume inquit mihi vaccam. &c. Aliquando propter fra-
gilitatis proprie considerationem sicut patet in gedone qui
ait Obsecro mi domine in quo liberabo israhel. Ecce familia
mea infima est immanasse & ego minimus in domo patris mei & ex
hoc signum percipit & accepi aliquando propter nature impossibilitatem sic patet
in sara. Cum enim dixisset dominus reuertens veniam ad te
& habebit Sara filium risit sara post hostium dicens Postquam
consenui & dominus meus vetulus est. &c. Quid est ergo quod so-
lus Zacharias ex eo quod dubitavit plagam incurrit cum ibi esset
& magnitudo promissionis & consideratio proprie fragilitatis
qua talem filium se habiturum indignum reputabat. Et hec
impossibilitas naturalis Hoc multiplici de causa factum fuisse
putatur Primo secundum Bedam Quoniam discredendo lo-
cutus est. ideo silentio plebitur ut tacendo credere discat. Se-
cundo quoniam ideo mutus effectus est ut maius miraculum
in natiuitate filij appareret. Cum enim in natiuitate Iohannes pater

loquela redditur miraculum miraculo cumulatur. Tertio
quia congruū fuit vt vocem amitteret quando vox nascebat
& legi silentium imponebatur. Quarto quoniam ipse a dño si
gnū petijt & ipsam taciturnitatem in signū accepit. Cuz autē
Zacharias foras ad populum exisset & eum factum mutum
viderent cognouerunt ipso innuente q̄ visionem vidisset ī tē/
plo. Completa autem septimana officij sui abiit ī domū suaz
& cepit Elyzabet & mēsi b̄. v. se occultauit q̄a sicut ibi dicit
Ambrosius partus sui erubescere etatem ne ī senectute va/
casse libidini videretur. & tamen gaudebat sterilitatis carere
obprobrio quia obprobrium est mulieribus nō habere pre/
mium nupciarum propter quod nupcie celebrantur & car/
nalis coitus excusatur. Mense autē vi. b. Maria q̄ iā dñm con/
ceperat congratulans virgo fecunda ablata sterilitate & com/
patiens senectuti vēit ad Elyzabet Et cum eum salutasset be/
atus Iohānes iam spiritu sancto repletus sensit filium dei ve/
nire ad se & pregaudio in matris utero exultauit & tripudia
uit & motu salutauit quem voce non potuit. Exultauit enim
quasi gestiens salutare & domino suo assurgere. Māsit ergo
virgo beata cum cognata sua tribus mēsi b̄. ministrans ei
natumq; puerum. suis sanctis ināibus de terra leuauit vt ha/
betur in hystoria scolastica & q̄si mōez gerule officiosissime
peregit. Hic domini precursor̄ beatus nouem specialiter & sin/
gulariter priuilegijs clariuit. nam idem angelus qui dominū
anūciauit ipsum anūciauit In utero matris exultat. Mater
domini ipsum a terra leuat. Linguā patris referat. baptisimū
primus ordinat Christū indice demōstrat. Ipsum christū
baptizat. Ipsum p̄ omnibus laudat christus in limbo positus
christum venturum prenūciat propter hec. ix. priuilegia vo/
catur ab ipso domino propheta & plusq; propheta Cris. q̄re
dicatur etiam plusq; propheta sic ait. prophete est beneficiuz
a deo accipere Nūquit prophete est beneficium baptismatis
deo dare. pphe est vt ipse de deo, pphetiset Nūquit pphetisae
est vt deus de illo, pphetiset Omnes prophete pphauerūt de
christo. De illis autē pphatum non est. Ipse autem nō so/
lum pphauit de christo sed etiam alij pphē pphauerunt de
illo omnes ptiores verbi fuerunt. Iste autem ipsa vox q̄ tū
autem vox proximioz verbo non tamen verbum tantum Ioh/
hannes propinquoz christo. non tamē christus s̄m ābrofii
laus Iohannis ex quinq; colligitur vel comprehenditur scz
ex pentibus. ex mōib. ex miraculis. ex mūcre. ex prediciōe

Laus autem pentum hinc eundem ambrosium ex quibus manifestatur. Ait enim sic Plena laudatio que genus in moribus, mores in equitate. Officium in sacerdotio. factum in mandatis. Iudicium in iustificationibus apprehendit. Secundo ex miraculis que quedam fuerunt ante eius conceptionem in utero. scilicet angelica annuntiatio. nominis impositio et loquela patris amissio. quedam quantum ad eius conceptionem in utero scilicet supernaturalis conceptio. Eius in utero sanctificatio. et prophetalis doni repletio. Quedam quantum ad eius natiuitatem ex utero scilicet utriusque parentis spiritus prophetalis adeptio. quia et mater nomen sciuit et pater canticum edidit. Loquela patris reseratio. et spiritus sancti repletio. unde et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto. et Ambrosius respicite Iohannem. quanta vis fit in eius vocabulo cuius nuncupatio reddit muto vocem. patri proleque pietatem populo sacerdotem. Prius enim erat tacens lingua sterilis filio. priuatus officio. At ubi Iohannem nascitur fit repente pater propheta. loquela usum recipit. plenus a spiritu sancto suscepit sacerdotem functio recognoscit. Tertio ex moribus quia sanctissime vite fuit. De cuius sanctitate dicit Crisostomus. quersatorem Iohannem omnem vitam culpabilem faciebat apparere. Quod admodum enim si videres albam vestem dicis satis candida vestis. Si vero proposueris eam iuxta niuem incipit tibi sordida apparere. et si vere sordida non est. Sic quantum ad comparationem Iohannem. omnis homo videbatur immundus. Cuius quidem sanctitas triplex habuit testimonium. Primo a supercelestibus id est ab ipsa trinitate et primo a patre qui vocat eum angelum. Mattheus. Ecce mitto angelum meum. et angelus autem nomen est officii non nature et ideo dicitur angelus ratione officii. ex eo quod omnium angelorum officium exercuisse videtur. Habuit enim officium Seraphin interpretatur enim seraphin ardens quia illi nos ardentes faciunt et in dei amore plene ardet. et de Iohanne dicitur in ecclesiastico. Surrexit helyas quasi ignis. et ipse enim venit in spiritu et virtute helye. Secundo habuit officium cherubin. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie et Iohanne dicitur lucifer. Iob. xxxviii. ex eo fuit terrimus noctis ignorantie et initium lucis gratie. Tertio habuit officium tronorum. quorum officium est iudicare. et de Iohanne dicitur quia arguebat herodem dicens. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quarto habuit officium dominationum qui docent nos erga subditos dominum gerere et Iohanne erga subditos habeatur in amore. erga reges in timore. Quinto officium principatum qui docent nos superiores reuereri et Iohanne de se dicebat. Qui de terra est de terra loquitur. De christo autem qui de celo venit super. o. e. et. et te cuius non super dignum cor. cal. sol.

Sexto officium potestatum per quos potestates aeree vel cō-
trarie arcentur que non potuerunt nocere sibi iā sanctificato
A nobis etiam arcebat cum ad baptisimū penitentie nos dis-
ponebat. Septimo officium virtutum per quas fiunt miracu-
la & be. Iō. multa miracula in seipso ostendit. Magna enī mi-
racula mel siluestre & locustas edere pilos cameloru; iduere
& huiusmodi. Octauo officium archangeloru; quādo reue-
labat maiora sicut ea que spectant ad nostrā redemptionē cui-
dicebat. Ecce agnus dei. &c. Nono officium angeloru; quādo
anūciabat mīora sicut ea q̄ spectāt ad mores vt illud penitētiā
agite. &c. Itē neminē cōcuciat. &c. Secundo habuit testimo-
nium a filio sicut Nath. x. vbi eū xps̄ multipliciter & mirabile
gmedat dicens inter cetera Inter natos mulierū non surrexit
maior iō. bap. Petr. & damiani ab illo verbo Iō. sunt de p̄mpta
preconia per quod fundata est arida & mouēt sydera & sunt
condita elementa. Tertio aspectu cum per patrem suū dixit.
Tu puer propheta al. vo. &c. Secundo ab angelis vel celestibz
sicut patet lu. i. vbi eum angelus multipliciter cōmendabat
ostendens quante sit dignitatis quo ad deum cum dicit Erit
enim magnus co. do. Quante sanctitatis quo ad seipsuz cum
subdit vinum & siceram nō bibit & spiritus sancto re. abuc. &c.
quante vtilitatis quo ad proximum cum dicit. Et multos fili-
orū israhel conuertet. &c. Tertio a sub celestibz id est ab hōibz
sicut a patre suo & vicinis cum dicebāt quis putas puer iste
erit. &c. Quarto gphēdit laus Iohis ex munere. Fuit enī mun-
dū ī statu in vtero in egressu ex vtero. in mundi progressu & in
mundi egressu. In vtero habuit triplex mirabile munus grē
primo grāz qua in vtero sanctificat⁹ fuit vñ fuit añ sanct⁹ q̄
natus Iere. i. Priusq̄ te formarem in vtero no. te. &c. Secundo
gratiam qua prophetate meruit sicut quando in vtero ma-
tris exultans deum adesse ggnouit. vnde Crisostomus volēs
ostendere qualiter fuerit plusq̄ propheta dicit prophete est
pro merito conuersationis & fidei prophetiam accipere. nū-
quid prophete fuit vt prius fuerit ppheta q̄ homo & quia
consuetudo erat vt prophete inungerent. Tunc quādo beata
virgo Elyzabet salutauit christus Iohannem in prophetam
inunxit secundum q̄ dicit Crisostom⁹ ī hęc verba I deo xps̄
fecit mariam salutare Elyzabet vt sermo procedens de vtero
matris vbi habitat dominus Et p̄ aures Elizabeth igressus de-
scenderet ad Iohannem vt illic eum ungeret in prophetam.

Tertio gratiam quã suis meritis matri prophetie spiritũ tra-
didit. vnde Crisostomus volens ostendere qualiter fuit plusq̃ pphe-
ta ait. Quis ppbetarum cum esset propheta. prophetam fa-
cere potuit. Helyas quidem vnxit Heliseum in prophetã nõ
tamen prophetandi gratiam contulit. Iste aut̃ in vtero m̃ris
exiliens diuini introitus sciẽtiã matri donauit ⁊ os illiꝰ verbo
p̃fessionis aperuit vt cuius non videbat personam cognosceret
dignitatem dicẽs. Vnde hoc mihi vt mater domini mei ṽiat
ad me. In egressu ex vtero habuit triplex munus gratie qm̃
ortus eius fuit miraculosus sanctus ⁊ iocundus. Quia mira-
culosus excludit defectus ipotentie quia sanctus reatꝰ culpe
Quia iocundus lamentum miserie. Celebratur aut̃ eius ortꝰ
sive natiuitas secundum magistrum Guillelmũ altisiodonen-
triplici ratione. P̃rio ratione sanctificationis i vtero. Secũdo
ratione dignitatis in officio. Ipse enim tanq̃ lucifer venit ⁊
eternum gaudium nobis primus nunciatur. Tertio ratioẽ io-
cunditatis in ortu suo. Dixit enim angelus ⁊ multi in nati-
uitate eius gaudebunt ⁊ ideo dignum est vt ⁊ nos in natiui-
tate eius gaudeamus. In p̃gressu habuit similiter multiplex
munus. In hoc autem patent eius excellentissima ⁊ diuersa
munera gr̃e qm̃ perfectionem oĩm sanctoꝝ. Nam p̃pha fuit
quãdo dixit Qui post me ṽturus est. ⁊c. Plũq̃ propheta qñ
christum digito demonstrauit Apostolus quia a deo missus
fuit. Apostolus enim idẽ e q̃ missus. Vnde fuit hõ missus. ⁊c
Martir quia pro iusticia mortem sustinuit. Cõfessor quia cõ-
fessus est ⁊ non negauit. Virgo. vnde ⁊ propter ipsius virgi-
nitatem angelus est appellatus Mal. ii. Ecce ego mitto ange-
lum meum. ⁊c. In egressu de mundo habuit triplex munus.
Quia efficitur martir inuictus Tunc enim palmam martirij
adeptus est. Dirigitur nuncius preciosus. Ipse enim tũc illis
qui erant in limbo preciosum nuncium attulit scilicet de ad-
uentu christi ⁊ redemptione ipsoꝝ. ⁊ colitur exitus glorio-
sus. Eius enim exitus de omnibus qui ad limbum descende-
runt specialit̃ ab ecclia solemnizatur ⁊ gloriose colitur. Quĩto
ex predicatione Circa cuius predicationem angelus quatuor
ponit cũ dicit ⁊ multos fr̃. israhel con. ad d. deum ipsoꝝ ⁊
ipse precedet Et tangit quatuor scilicet fructum ordinem vir-
tutem ⁊ finem. sicut in littera patet. Et notandum q̃ predica-
tio Io. tripliciter fuit cõmẽdabilis. Ipse nãq; predicauit fru-
enter. efficaciter ⁊ prudenter. Feruenter cum dicebat Geni-
mina uipaz. ⁊c. qui quideꝰ feruor fuit inflãtatus caritate q̃a
erat lucerna ardens. Vnde ipse dicit in persona Tere. posuit os
meum quasi gladium acutum Informatus veritate q̃aerat

lucerna lucens. Vnde Iohannis .v. vos misistis ad Iohan-
nem & ille perhibuit testimonium veritati. Directus a di-
scretione siue scientia. Vnde turbis & publicanis & militibus
s̄m vniuscuiusq; exigentiā p̄p̄riam legē dedit firmus ḡstātia
vñ & tam constanter p̄dicauit q̄ ex hoc vitā amisit. Hec enī
c̄tuor̄ debet habere zelus s̄m q̄ dicit Bern̄. zelum tuū iñlāmet
caritas. Infor̄met veritas. Regat sc̄ia. & firmet constantia. Se/
cūdo efficaciter quoniā ad p̄dicationē eius multi ḡuersi sunt
Predicauit enī verbo per assiduitatē doct̄rine. & exemplo per
sanctitatē vite predicauit & ḡuertit meritis & orationib; deu-
tis. Tertio prudenter cuius prudentia p̄dicationis in tribus
fuit. Primo ī eo q̄ vsus fuit cōminationib; vt malos terreret
dicēs. Iā enim securis ad radicem ar̄. po. est. Secundo promis-
sionibus vt bonos alliceret dicens. Penitentiā agite ap. n. r. ce.
Tertio moderationib; vt mediocres paulatim ad p̄fectionē
attraheret. vnde turbis & publicanis & militib; lenia impōe-
bat vt postmodū ad maiora p̄ueherentur. turbis vt opa mi-
sericordie facerent publicanis vt se ab aliorū appetitu absti-
nerent Militib; vt neminē concuterent. nulli calumniam fa-
cerent & suis stipendijs contenti essent. Et notādum q̄ ioh̄es
euangelista hac die migravit ad dñm. S; ecclesia ipsius festū
in tertium diem post christi natiuitatem celebrandū instituit
q̄a tunc ei; ecclesia dēdicata fuit. Et solemnitas natiuitatis
be. Iō. bap. in suo die remansit Nimirum quia hec dies ab an-
gelo gaudio natiuitatis p̄cursoris autēticatus fuit. Nō autē
dogmatizandum ē q̄ euāgelista baptiste cessērit tanq̄ minor̄
maiori. Non enim decēs ē quis maior sit eorū disputare. quod
etiam quodam exemplo diuinitus ē ostensum. Erāt enī vt le-
gitur. duo doctores theologi quorū vn; Iō. baptistam Alter
vero Iō. euāgelistam p̄ferebat. tandē sup̄ hoc solenni dis-
putatione iudicāta quilib; valde sollicitus erat auctōritates &
efficaces rōnes inuenire quib; suū Iō. posset p̄ferre. Adueni-
ente autē disputationis die quilib; scōrū emulatoxi suo appa-
ruit ei; dixit Bñ concordes fumus in celis de nobis non dis-
putetis in terris Tunc illi sibi adinuicē & oī populo visionem
publicauerūt & dñm bñdixerūt Paulus hystōrioḡphus lon-
gobardoꝝ romane ecclesie dyacon; & cassinē monach; cuz
deberet quadam vice cereum ḡsecrare fauces eius rauce facte
sunt cū pri; vocal' ess; Vt ergo vox sibi restituerēt ymnū sc;.
Vt q̄ant laxis. &c. ad honore beati Iō. ḡposuit. Vbi in princi-
pio petit sibi vocē restitui sicut & Zacharie restituta fuit ossa
mortuorū aī aliū vndecūq; collecta in hac die ab aliquib; con-
buruntur. Cuius duplex est causa vt ait Iō. beletb Vna ē ex

antique institutōnis obseruantia Sūt ⁊ enī quedā animalia que dracones vocant que in aere volāt. ī aquis natant. ī terra ambulāt. Quādoq; autē dum p̄ aera ambularent ad libidinē concitabantur ⁊ in puteis ⁊ in aquis fluuialib; sp̄ma iactabant ⁊ inde sequebat̄ letalis annus. Contra hoc ergo istud inuentum fuit remedium vt de ossibus aīalium rogi fieri ⁊ sic talia animalia fum⁹ fugaret Et quia istud maxime hoc tēpore fiebat ideo istud adhuc ab aliquibus obseruatur Alia cā ē ad representandum q̄a ossa sancti Iohannis in sebastē ciuitate ab infidelib; combusta fuerunt. Feruntur etiam facile ardentē quia Ioh. fuit lucerna ardens ⁊ lucēs. Et rota vertitur quia sol tunc in circulo descendit ad significandum q̄ fama Ioh. qui christus putabatur descendit s̄m q̄ ipse testimoniū p̄hibuit dicens Me oportet mi. illum autē cre. Hoc significatū ē s̄m q̄ dicit Aug in eoz; or̄tibus ⁊ in eoz; mortibus. In eoz; or̄tibus quia circa natiuitatē Ioh. dies incipiūt decreſcere. circa natiuitatē xp̄i creſcere. Iuxta illud Solſticiū dec̄io xp̄m p̄it atq; Ioh. Item in eoz; mortib; quia cōp̄us christi in cruce fuit exaltatū Cōp̄us Ioh. capite min⁹ratū Refert Paulus ī hystoria longobardoz; q̄ rocharit Rex lōgobardoz; iuxta eccliaz sancti Ioh. baptiste cum multo or̄nato sepultus fuit Quīdam vero cupiditate illed⁹ nocte sepulc̄z ap̄iēs abstulit vniuersā Cui. b. Ioh. aparēs dixit Cur ausus fuisti tangere mihi om̄isum eccliaz meam de cetero ingredi nō valeb; Quod utiq; sic euēit Nā quādo cūq; predictā eccliaz intrare uolebat q. a valiſſimo pugile guttur ei⁹ feriebat ⁊ sic subito retro ruebat

De sancto Iohanne ⁊ Paulo.



U Obānes ⁊ Paul⁹ pri micerij Et prepositi cōstantie filij constantini au gusti fuerūt. eo autē tempe cū gens Cythica datiam ⁊ tratiā occuparet ⁊ gallicanus dux romāi exercitus contra p̄dictam gentē mitti deberet Cōstātiā filiā ḡstātini. p̄ mercede. laboris sibi in vxorez dari petebat

Quod etiam romani principes instantius fieri postulabant. pater autem plurimū tristabatur sciens filiam suam postq̄ a beata Agnete sanata fuerat in virginitatis proposito positaz facilius occidi posse q̄ ad consensum inclinari. Virgo tamen de deo confidens patri consuluit vt eam sibi spondeat cū vi/ctōz rediret. Verūtāmē duas filias suas q̄s ex vxōze defuncta susceperat idem gallicanus secum manere pmitteret vt p eas mōzes & votum patris scire posset. Et ipsa duos prepositos suos Iō. & paulum sibi concederet in spē quasi maioris firmi tatis. Rogans deum vt ipsum & filias conuerteret Quod vbi omnibus placuit gallicanus assumptis Iō. & paulo & copio so exercitu proficiscitur Sed tamen a cithcarum gente eius exercitus frangitur & in vrbe traciaz ab hostibus obsidetur. Tunc accedentes Iō. & paulus eidem dixerunt fac votum deo celi & cris victōz meliōz q̄ fuisti Quod cum fecisset iuuenis ī humero ferens crucem statim sibi apparuit ei q̄ dixit Sūme gladium tuū & sequere me Quem ille accipiens per media castra iuit & ad regem vsq̄ deueniens illum q̄ occidens solo timōze vniuersum exercitū subiugauit & Romanis tributarios fecit. Duo q̄ milites armati eidem apparentes eum hinc inde confirmabant. Factus igitur christianus romāi redijt & cū multo honore susceptus rogauit augustum vt sibi indulgerz si filiam mīme desponsaret eo q̄ de cetero christo stinēter vi/ uere proponeret Quod cū Augusto plimū placuisset & due filie gallicani a Constantia virgine ad xpm conuerse essent. ipse gallicanus ducatu cessit & omnia paupibz tribuēs xpo cum alijs seruis dei in paupertate seruauit. Multa autem miracula faciebat ita vt solo visu demones de obsessis corpōibus effugaret. Huius sacre opinionis fama in toto orbe terrarum intantum excreuit vt ab oriente & occidente venientes viderēt virum ex patritio consule lauāntem pedes pauperum. ponentem mensam. aquam manibus effundentem languentibus solite minitransem. & c. sancte seruitutis officia exhibentē. constantino igitur defuncto constantius constantini magni filiz arriana heresi deprauatus imperiū tenuit Verum cum constantius frater constantini duos filios scz Gallum & iulianuz reliquisset Constantius impator dictum gallū cesarem fecit & contra iudeam rebellantem misit Quē tamen postmodum interfecit Iulianus vero timens ne exemplo fratris a Cōstā/ tio perimeretur monasterium ingressus est Vbi magnā religionem simulans lectōz ordinatus est Qui per maleficum de monem consuluit respōsum accipiens q̄ ad imperiū sublimā/ dus esset Post aliquod tempus vrgentibz aliquibz negocijs.

Constantius iulianum cesarem fecit & ipsum in galliã desti-
 nauit Qui omnia strenue agebat Mox tuo autem vt dictum
 est Constantio & Iuliano apostota in imperium a Constã-
 tio sublimato iussit Iulianus vt Gallicanus aut dijs imola-
 ret aut abscederet. Tanto enim viro non audebat nec e inferre
 Ille igitur alexandriam perrexit & ab infidelibus per cor trã-
 fixus martirij coronam percepit At iulian? capt? cupiditate
 sacrilega auariciam suam euãgelij testimonio colorabat. naz
 facultates a christianis auferens dicebat xp̄us vester dicit in
 euãgelio Qui non renũciauerit oĩbus que possidet nõ potest
 meus esse discipulus. Audiens igitur q̄ Io. & paulus ex opi-
 bus quas virgo constãtia reliquerat christianos paupes su-
 stentabant mandauit eisdem q̄ sicut constãtino ita quoq; &
 sibi adherere deberent at illi dixerunt Dũ glorioſi impatores
 Constantin? & filius eius cõstanti? se esse seruos christi glo-
 riabantur nos fabulamur eisdem. Tu vero quia religionem
 plenam virtutibus reliquisti a te oĩno recessimus & tibi obe-
 dire contemnim? Quibus iulianus mandauit Ego in eccle-
 sia clericatum obtinui & si voluissem ad primũ ecclesie statũ
 peruenissem. Sed considerans vanum esse inerciam sectari &
 ocium milicie aĩm dedi Dijsq; sacrificans eoz suffragijs im-
 perium obtinui. Vnde vos in aula regia nutriti non debetis la-
 teri meo deesse vt primos vos in palatio meo habeam Quod
 si a vobis cõtemptus fuero agam necesse est vt contemni nõ
 possim Qui respondentes dixerunt Deũ tibi preponentes mi-
 nas tuas nequaq; timeamus ne dei eterni inimicitias incurra-
 mus ad hoc Iulianus. Si infra .x. dies vltro ad me venire con-
 temperitis coacti postmodum facietis qd sponte facere non
 curatis. Cui sancti responderũt Tam. x. dies p̄terisse estina
 & hodie facito quod tunc te facturũ esse minaris Quibus iu-
 lianus putatis q̄ martires vos faciant xp̄iani nisi mihi ofen-
 deritis puniã vos non vt martires s; vt publicos hostes. Tũc
 Io. & paulus per totos .x. dies elemosinas insistentes omnia
 sua paupib; erogabãt. decia aut die missus e ad eos Teretiã?
 q̄ dixit eis . dñs n̄r iuliã? statuiculu aureũ iouis ad vos misit
 vt idẽ thura icẽdatis Alioquĩ abo simul pibitis Cui sancti
 dixerũt. si tuus dñs e iuliã? hẽto pacẽ cũ illo. nob ali? ñ e nisi
 dñs ihs xp̄s. tũc iussit eos ocl̄te decollari & i fouea in domũ
 sepeliri famã facies q̄ i exiliũ eẽne missi. p̄ hoc fili? theretiã?
 a demõe arripit & intra domũ clamare cepit q̄ a demõe vre-
 retur Quod videns therentianus sc̄l? ofitẽ & xp̄ian? efficit.
 Passio scõz ab eo conscribit̄ & eius filius liberat. Passi sunt
 aut circa annũ domini. ccc. lxiij. Refert gre. i omelij euãgelij

Si quis vult venire post me q̄ quedam matrona dū eccliam
istorum martirum frequētius visitaret. ⁊ die quadam inde re
dieret duos stantes monachos sub pegrino habitu iuenit q̄s
peregrinos credens elemosinaz sibi dari precepit. Sed post q̄
dispensator eis ad largiendum appropinquass̄ astiterūt ei vi
cinius ⁊ dixerunt. Tu nos modo visitas. nos te in die iudicij
requiremus ⁊ quicquid poterimus tibi prestabimus. Quo
dicto ab oculis eius ablati sunt Ambrosi⁹ de hijs martirib⁹
in prefatōne sic dicit. Beati martires Iohannes ⁊ Paulus ve
raciter impleuerūt quod dauidica voce dicitur. Ecce q̄ bonū
⁊ q̄ iocundum habitare fratres in vnum. Nascendi lege con/
fortes fideli societate coniuncti passionis equalitate cōsimiles
in vno semper domino gloriofi.

De sancto Leo papa.



Leo papa vt
in miraculis
beate virgīs
legitur dum ī ecclia
sancte Marie maioris
missam celebraret ⁊
dum fideles per ordi/
nem cōmunicaret. ⁊
quedaz matrona ma
num ei⁹ osculata fu/
isset ex hoc ī eum ve
hemens carnis temp
tatio insurrexit. At
vir dei in semetipsuz
seuissimus vltor īsur
git. Et eadem die ma
num se scandalizantē

occlie pēit⁹ āputauit a se iicit. iterea murmur oriebat̄ ī p̄lo
eū summis pōtifex diuina moxe solito nō celebraret. Tūc leo
ad beatam virginem se conuertit ⁊ eius prouidentie totaliter
se cōmisit. Tunc ilia continuo sibi astitit ⁊ manum illis suis
sanctissimis manibus restituit ⁊ confirmauit iubēs vt proce
deret ⁊ filio suo sacrificium imolaret. Leo igiū oī populo q̄d
sibi contigerit predicauit ⁊ manum restitutam oīb⁹ euidenter
ostendit. Hic calcedonenē ꝓcilium celebrauit solas virgīes. ibi
dem instituit. Tbi etiaꝫ statutū fuit vt virgo Ma. mater dei ap
pellaret̄. eo q̄ tempe Attila ytaliā deuastabat. Igiū sanct⁹
Leo in ecclia aploꝝ trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹ oīo vacās p̄
hoc dixit ad suos. Qui vult me sequi. sequat̄. Cum igitur ad

attilā p̄pinq̄ss̄ ille vt beatū leonē vidit de eq̄o descēdit eiusq̄
 pedibz puolūt? rogauit vt peterz quicq̄d vellet Qui peccijt vt
 ab ytalia discederet ⁊ captiuos relaxaret Et dū argueretur a
 suis q̄ triūphator̄ orbis a sacerdote victus ess̄ R̄ndit prouidi
 mihi ⁊ vob. Vidi enī a dextris eius fortissimū militē euagiā/
 to gladio. stantē mihiq̄ dicentē Nisi huic parueris cū oībus
 tuis interibis. Cū beat? Leo eplā ad fabianū ep̄m Constā
 tiopolitān aduersuz euthiciū ⁊ nestoriū scripsiss̄ sup̄ sepul
 crum beati pe. ipsam posuit ⁊ ieiunijs oīoibus insistēs dixit.
 Quicq̄d in hac eplā vt homo erraui tu cui ecclesia cōmissā ē
 corrige ⁊ emenda Et post dies .xl. oranti illi Petrus apparuit
 dicens. Legi ⁊ emendāui accipiensq̄ Leo epistolam inuenit
 eā māibz apli cōrectā ⁊ emēdatā Alias etiā sepulcro b. pe. xl.
 diebz ieiunijs ⁊ oīoibz Leo astitit obsecrās vt suoz sibi p̄cōz
 veniā ipetraret. Cui pe. apparens dixit. deprecā? sum p̄ te dñm
 ⁊ oīa peccata tua dimisit Solūmodo de manuū ipositione de
 bes inquiri id est si bene siue aliter alicui manus iposueris ex
 igeris Obijt circa annos domini. cccc. lx.

De nomine.

Etrus trinomius extitit. Vocatus est enī Symon ba
 riona Symon interpretatur obediens vel ponēs tristi
 ciam Bariona filius columbe bar. lingua syra. filius
 igna. hebraice columba. Euit enim obediēs quādo xp̄s eum
 vocauit. quia ad vnus iussiois vocem dom̄no obediuit. ponēs
 tristitiam quādo christum negauit cum egressus foras fleuit
 amare. Filius columbe. quia deo simplici intentione seruiuit
 Secundo vocatus est cephas quod interpretatur caput. vel
 petra. vel increpās ore ratione gstantie in predicatione. Tertō
 vocatus est petrus quod interpretatur agnoscens vel discal
 cians vel dissoluens quia xp̄i diuinitatē agnouit cū dixit tu
 es xp̄s fili? dei viui. ⁊ pedes affectuū suoz ab oī ope mortuo
 ⁊ terreno discalciavit cū dixit. Ecce nos reliq̄mus oīa. ⁊c. Et
 vincula peccatoz a nob̄ dissoluit ⁊ hoc p̄ clauēs quas a dño.
 accepit. Habuit aut̄ triplex cognomē. Dictus est enim symō.
 Iohanna q̄ interpretat̄ dñi pulchritudo. Secundo symō ioh̄is
 q̄ interpretatur cui donatum est. Tertio symon bariona qui
 interpretatur filius columbe. per quod datur intelligi q̄ ipse
 habuit pulchritudinem mozum dona virtutum Abundantiā
 lacrimarum quia columba habuit gemitum p̄ cantu Istud
 autem nomen petrus ih̄esus primo sibi imponendum promi
 sit. Et dixit Ioh̄. i. Tu vocaberis Cephas quod interpreta/
 tur Petrus secundo promissum imposuit sicut dicit Mar. iij.

Imposuit symoni nomē petrū. Tertio impositū confirmavit cū dixit. Math. xxvi. et ego dico tibi quia tu es petrus et sup̄ hanc petram. et c. Eius martirium Marcellus linus papa Egisippus et Leo papa scripserunt.

De sancto Petro.



Petrus ap̄lus inter ceteros et sup̄ ceteros apostolos maioris feruoris extitit. nā et sciē dñi p̄ditorez voluit. quia vt dicit augustinus Si euz sciuisset dētibus discerpissit et ob hoc dñs p̄ditore suū nom̄inare nolebat. quia vt ait Crisostomus si ipsum nominasset petrus continuo surrexisset Et ipsum protinus trucidassit sup̄ mare ad dominum. Hic am-

bulauit In domi transfiguratione et puella suscitatioe a deo electus fuit. staterem in ore piscis inuenit. clauēs regni celoꝝ a domino accepit. pascendas oues a xpo suscepit tria milia hoim in penth. sua p̄dicatioe guertit Ananie et saphire morteꝝ p̄dixit eneaz paliticū curauit Cornelium baptizauit Tabithā suscitauit. umbra sui corp̄is infirmos sanauit. ab herode incarceratur. et ab angelo liberat. Qualis autē eiꝝ cibo vel indumentum fuerit ipse hoc in libro clemētis testat. Panis inq̄t solus ē mihi cū oliuis et raro cum oleribus in usu ē. Indumentum autē hoc ē mihi quod vides. tunica cum pallio. et hoc habens nihil aliud requiro. Fertur q̄ quia in sinu semp sudariū portabat quo crebro fluentes lacrimas tergebat. Quia quando dulcis allocutionis et p̄ntie dñi mem̄or erat p̄ nimia amoris dulcedine lacrimas ḡtere nō poterat. Quādo etiā culpā negationis ad mem̄oriaꝝ reducebat. vbertim lacrimas emittebat. vñ adeo in consuetudine habuit flere vt eius facies tota adusta lacrimis videretur sicut dicit clemēs. Idē etiā dicit q̄ audito in nocte gallicantu ad orationē surgere consueuerat. tunc simile ad fletū prorūpere consueuit. refert q̄ clemēs secūdū q̄ ī eccliaistica hystoria inuenit q̄ cū vx̄or petri ad passionē duceretur. Petrus ingenti gaudio exultauit ac eam proprio vocās nomē

post eam clamauit O cōiunx memento domini. Quadā vice dum petrus apostolus duos de discipulis suis misisset ad predicandum. dum viginti dietas iuissent vnus illoꝝ defunctus est Alter vero ad petrum redijt & quod acciderat nunciauit. Hic dicitur fuisse beatus marcialis. vel secundum quosdam maternus Alibi legitur q̄ primus fuit beatus franco socius qui defunctus est fuit presbiter georgius. Tunc petrus suuz baculum sibi tradidit precipiens vt ad socium pergeret & eū super se poneret Quod cū fecisset ille qui iam per .xl. dies iacebat mortuus protinus surrexit viuus. Et tempore erat ī iherusalem quidam magus nomine symō qui se primā veritatē dicebat & sibi credentes perpetuos effici asserebat & nulla sibi impossibilia dicebat. Legitur etiam in libro clementis ipsum dixisse adoraboꝝ vt deus publice diuinis donabor honoribus & quicquid voluero facere potero Aliquando cum mē mea Rachel iubret me exire ad campum vt meterem eius falcem videns positam precepi falci vt per se meteret & messuit decuplo amplius ceteris Addidit quoq; h̄m q̄ dicit Teronimus ego sum sermo dei ego speciosus. ego paclitus. ego omnipotens. ego omnia dei. Serpentes quoq; enecas faciebat se mouē Statuas enecas & lapideas ridere. & canes cantare. hic igit vt Linus ait volens disputare cum petro & ostendere q̄ deꝝ esset statuta die venit ad locū certamis petrus & astantibꝝ pe. dixit pax vobis fratres qui veritatem amatis Cui symō Nos tua pace opus non habemus. Si enim pax sit & concordia ad inueniendam veritatē nihil proficere poterimus. Habent enim inter se pacem latrones propter quod noli inuocare pacem sed pugnā. duobus enī dimicantibꝝ tunc erit pax cū alter fuerit supatus Et pe. cur times audire pacem. Ex peccatis enim bella nascunt. vbi aut peccatū non fit pax ē. In disputatiōibꝝ veritas in opibꝝ iusticia inuenitur & symō nihil dicis. Sz ego ostendā tibi deitatis mee potentia vt repēte adores me ego suz prima virtus & possum volare per aera. Nouas arbores facē lapides in panē mutare. in igne sine lesione durare & omnia que volo possum facere. Contra hūc igitur petrꝝ disputabat & omnia eius maleficia detegebat. Tunc symon videns quia petro nō posset resistere omnes libros sue magice artis ne forte magus proderetur. in mare proiecit & romani. vt ibi deus habeatur perrexit Quod vbi petrus compit ipsuz insequitur & romā vsq; pficiscit Quarto igit anno claudij Impatōis petrꝝ romā applicuit & ibi ānis. xxv. sedit Et duos episcopos.

Linū ⁊ cletū sibi coadiutores vt ait Iō. beletū vnū extra mu-
ros vr̄bis. aliū intra ordinauit. Predicationi aut̄ insistēs mul-
tos ad fidē guertebat ⁊ infirmos q̄ plures curabat. Sed ī p̄-
dicatione sua semp̄ laudās ⁊ preferēs castitatem. quatuor cō-
cubinas agripe prefecti ad eo guertit q̄ ad prefectum r̄dire
vlt̄erius recusarunt. vnde iratus p̄fectus aduersus petr̄ occa-
sionem querebat. Post hoc apparuit dñs p̄. dicens symon ⁊
nero contra te cogitant s̄ ne timeas quia tecū sum vt etiam
te ⁊ dabo tibi serui mei pauli solacium qui cras romā ingre-
dietur. Sciens igit̄ petrus vt ait linus quia velox ess̄ depositō
tabernaculi sui inconuētū fratrum positus manum Clemen-
tis apprehendit ⁊ cum in episcopium ordinauit ⁊ in cathedra
loco sui sedere cogit post hoc paul⁹ sicut dñs predixerat ro-
mā venit ⁊ cum petro christū predicare cepit. Symō autem
magis int̄m a nerone amabat̄ q̄ vite eius ⁊ salutis ⁊ tocius
ciuitatis custos sine dubio putabat̄. Quadā aut̄ die sicut di-
cit Leo papa dum ante neronem astaret eius effigies subito
mutabat̄ ⁊ mō senior mō adolescentiōe videbatur. Quod cuz
videret nero vez̄ hunc esse dei filium estimabat. dixit itaq̄ sy-
mon n̄ agus neroni sicut idem refert vt scias optime impator
me dei filiū esse iube me decollari ⁊ die tertia resurgā. Prece-
pit igitur Nero carnifici vt eū decollare deberet. Qui cū pu-
taret se decollare Symonem decollauit arietē. Symon autem
arte magica illesus euasit ⁊ arietis mēbra colligens ea absco-
dit ⁊ tribus diebus se occultauit. sanguis aut̄ arietis ibidē cō-
gelatus remansit. Die aut̄ tertio ostendit se Neroni dicēs. fac
sanguinē meum q̄ effusus est extergi. quia ecce ego qui decol-
latur fueram sicut promisi die tertia resurrexi. Quez nero vi-
dens obstupuit ⁊ ipsum vez̄ dei filium putauit. hec Leo ali-
quādo etiam cum in conclauī cum nerone esset. demon ī eius
specie foris populo loquebatur. Deniq̄ romani in tanta vene-
ratione eum habuerunt q̄ eidem ymaginem fecerunt ⁊ hūc
titulum superscripserunt. Symoni deo sancto Petrus autem
⁊ Paulus vt Leo testatur ad Neronem introierunt ⁊ omnia
eius maleficia detegebant. addidit q̄ petrus q̄ sicut ī christo
sunt due substantie scilicet dei ⁊ hominis. sic ⁊ in isto mago
sunt due substantie sc̄z hoīs ⁊ dyaboli. Dixitq̄ symō vt testat̄
sanctus Marcellus ⁊ Leo Ne diutius hunc patiar inimicuz
precipiam angelis meis vt vindicent me de isto. Cui petrus.
Angelos tuos nō t̄o s̄ ipsi me timēt Nero dixit. non timeo
symonē qui diuinitatē suā rebus affirmat. Cui petrus Si di-
uinitas ē in ipso dicat nūc̄ mibi q̄d cogito v̄ quid facio quā
cogitationē meā pri⁹ aurib⁹ tuis īsinuo vt nō audeat mētiri

Nero dixit accede huc & dic mihi quid cogitas. Petrus autē accedens secreto dixit Tūbe mihi panē & deaceū afferrī & occulte dari qui cum allatus fuisset & p̄ illū benedixisset & sub manica abscondisset dixit. Dicat symon qui se deum fecit q̄d sit cogitatum quid dictum vel quid sit factum. Respondit symon Petrus magis dicat quid cogitem ego dixitq; petrus Quid cogitet Symon me scire docebo dum quod cogitauerit fecero Tunc symon indignatus clamauit Procedāt canes magni & deuorēt eum. Et subito canes maximi apparuerūt & in petrum impetum fecerunt. Ille uero panem benedictum obtulit & subito ipsos in fugam conuertit. Tunc dixit ad nerone[m] p̄. Ecce ostende me nosse quid contra me cogitauerat symon nō uerbis sed factis. Nam qui promiserat contra me angelos venturos exhibuit canes ut ostendat se diuinos angelos non habere sed caninos. Dixitq; Symon Audite p̄ & paulum. Si h̄ uobis nihil possum facere ueniam? ubi oporet me uos iudicare. Ego autem modo uobis parco. h̄ Leo. Tūc symon ut ait Egisippus & linus in supbiā elatus ausus est se iactare q̄ posset mortuos suscitare. Et accidit ut quidaz iuuenis mōeretur. Vocatis ergo p̄ & symone hanc omnes de uoluntate symonis sententiā firmauerunt ut ille occideretur qui mortuū suscitare nō posset. Symō igit̄ dū super mortuū suas incantationes faceret uisus est a circūstātibus caput agitare defunctus. Tunc omnes exclamantes petrū lapidare uolebāt petrum Petrus autem uix impato silentio dixit si uiuit defunctus surgat ambulet & loquat̄. Alioquī sciatis fantasma esse q̄ caput mortui smouetur. separet̄ symon a lectulo ut plene fragmenta dyaboli denudent̄ separet̄ igit̄ symō a lectulo & puer immobilis remansit. Petrus autem a longe stans & orōe facta exclamauit dicens Adulescens in noīe ihesu christi nazareni surge & statī uiuus surrexit & ambulauit Cum autē popululus uellet symonem lapidare ait petrus. Satis est illi ad penaz q̄ se ī suis artibus agnoscit supatum. magister autem noster nos docuit ut pro malis bona reddamus. Dixit autem symō scitote uos petre & paulē. Non uobis contigit quid cupitis ut martirio uos digner. Adueniat nobis quid cupimus. tibi aut̄ nūquam bene sit quia quecūq; loqueris mētiris. Tūc symō ut ait sanctus Marcell⁹ uiuit ad dominum marcelli discipuli eius ligauitq; maximum canem ad hostium eius domus dicens. Nunc uidebo si Petrus qui ad te venire consueuit īgredi poterit Post Paululū uenit Petrus & facto signo crucis canem soluit. Canis autem omnibus alijs blandus solum.

Symeon persequabatur. Qui apprehensus euz ad terrā sub/
tus se deiecit ⁊ eum strangulare volebat. Accurrēs autē petr⁹
cani clamauit ne ei noceret. Et canis quidē cōpus eius nō le/
fit sed vestes adeo lacerauit vt ille nudus positus remaneret.
Populus autem ⁊ maxime pueri cum cane tamdiu post euz
cucurrerūt donec illum quasi lupū de ciuitate fugaret. Cui⁹
obprobri pudorem non ferens per annū nusquā comparuit
Marcellus autem hec miracula videns deinceps Petro adhe/
sit. Postea autem symon rediens itez in Neronis amicitia est
receptus. Symon igitur vt refert Leo populū conuocauit ⁊
se a galileis grauius offensum phibuit ⁊ ideo urbem quam
tueri solebat se deserere velle dixit ⁊ diē statuere qui ī celiz
deberet ascendere quia non dignabatur in terris amplius ha/
bitare. Statuto igitur die turrem excelsam vel fm Linū ca/
pitolium conscendit ⁊ inde se deiciens cōonat⁹ lauro volare
cepit. Dixit autem paulus ad petrum. Meū est orare ⁊ tuuz
est impare. Dixitq; nero. verax est hic homo. vos autē seducto
res estis. Petrus autem dixit ad Paulum. Paule erige caput
⁊ vide. Cūq; eleuasset caput ⁊ vidiss; Symonē volantē dixit
ad petr⁹. Petre quid cessas p̄fice qđ cepisti. Tā eniz vocat nos
dñs. Tunc Pe. ait. Adiuro vos angeli sathane q̄ eum in aera
fertis p̄ dñm nostrum ihesum xpm vt ipsum amplius non fe/
ratis sed cōruere dimittatis. Et continuo dimissus cōruit ⁊
sfractis ceruicib; expitauit. Audiēs hoc Nero talem viz se
perdidisse doluit. Dixitq; aplis suspecto aīo me fecistis prop/
terea malo exemplo vos p̄dam hec Leo Deditq; eos ī manu
Paulini viri clarissimi. Et paulinus tradidit eos in custodia
Mamertini sub cura militum p̄cessi ⁊ martiniani Quos mi/
lites petrus ad fidem conuertit vnde carcerē aperuerunt ⁊ eos
liberos dimiserunt. Qua propter paulinus p̄ passionē apo/
stolorū processum ⁊ martinianū accersuit. Et cōpto qđ chri/
stiani eēt capite cesi sunt. Rogabāt ergo fratres petrū vt īde
discederet ⁊ cum discedere nollet tandē victus precibus ab/
cessit ⁊ cum veniss; ad p̄rtam vt leo ⁊ linus testantur ad lo/
cum vbi nūc dī sancta maria ad passus vidit xpm sibi occur/
rentē ⁊ ait Domine quo vadis. Qui rñdit. Venio romā iterū
crucifigi. Cui petrus domine iteruz crucifigeris. Cui domi⁹
etiam Petrus vero ait Ergo domine reuertar vt tecum cruci/
figar. Hīs dictis dñs vidente petro ⁊ lacrimāte in celū ascē/
dit. Quod cñm de sua passione dictū intelligeret rediit Cūq;
hoc fratribus retulisset a ministris Neronis capitur ⁊ p̄fecto
agrippe presentatur. Factaq; est eius facies sicut sol vt ait Li/
nus. Cui dixit Tu ne es ille qui in plebibus ⁊ muliercul⁹ qs.

a thoro virorū se pas gloriaris. Quē apl's increbans dicebat se in cruce domini gloriari. Tunc petrus tanq̄ alienigena iustus ē crucifigi. Paulus vero quia ciuis erat romanus iustus ē capite truncari. De hac aut̄ sententiā in ip̄os data dicit dyonisius in epistola ad thimo. de morte pau. in hec verba. O frater mi thi. Si vidisses agones cōsumacionis ip̄oz defecisses q̄dem pre tristitia & dolore. Quis non flere illa hora q̄ p̄ceptum sentencie egressum in eo est vt pe. scz crucifigeret & paulus decollaretur. Vidisses tūc turbas gentiliū & iudeorū percutiens eos & expuentes in facies eoz. Adueniente aut̄ terribili tempore cōsumacionis ip̄oz cū separentur abinuicem ligauerunt columpnas mundi nō utiqz absqz fratru gemitu & plāctu. Tunc inquit paulus petro. pax tecū fundamentū ecclesiaz & pastor ouiu & agnorū xp̄i. Petrus ait ad paulū. Vade i pace p̄dicator bonoz morū. Mediator & dux salutis iustorum. Cū aut̄ elongassent eos abinuicem secutus sum mḡm meuz non enī in eodem vico occiderūt eos. Hec dyo. Petrus aut̄ vt. Leo & marcellus testant. Dum venisset ad crucem ait. Quoniā dñs meus de celo ad terrā descendit recta cruce sublimatus ē. Me aut̄ quē de terra ad celū vocare digna crux mea caput meum interra debet ostendere & pedes ad celum ditigere. Ergo quia non sum ita in cruce esse dignus vt dñs meus crucez meam girare & capite demisso me crucifigite. Tūc illi crucem verterunt & pedes sursum. manus aut̄ deorsum fixerunt. Tunc pl's furore repletus volebat. Neronem & p̄fectū occidere & apostolum liberare. Qui eos rogauit ne passionem suam impedire deberent. Dominus autez vt ait egisippus & Linus aperuit oculos eorum qui ibi flebant & viderunt angelos stantes cum coronis de floribus. Rosarum & liliorum & petrū in cruce stantem cū eis & librum a xp̄o accipientem & ea verba q̄ loquebatur ibi legentem. Tunc petrus vt testatur idem. Egisippus de cruce dicere cepit. Te dñe imitari optaui sed recte crucifigi non vsurpauī. Tu semper rectus excelsus & altus. Nos p̄mi hominis filij qui caput suū dimerisit in terra cuius lapsus significat species generacionis humane. sic enim nascim̄ vt pro ni in terram videamur effundi. Mutata q̄z condicione vt hic putet mundus dextrum qd̄ constat esse sinistrum. Tu domine michi omnia es totum q̄ es tu michi totum & nichil aliud nisi tu solus gracias tibi ago spiritu toto. q̄ viuo. quo intelligo quo interpello. Vti duo alie raciones tanguntur. quare Rectus noluit crucifigi. Vidensqz petrus q̄ fideles gloriam suam vidissent gracias agens deo cōmendat spiritum emisit. Tunc marcellus & Apuleus fratres discipuli eius eum de cruce.

deposuerunt & diuersis condientes aromatibus sepelierunt
Ysi. in libro de ortu & obitu sanctorum sic ait. Petrus postq̄
anthiocenā fundauit ecciam sub claudio. Cesare contra symo-
nem magū. Romā pergīt ibiq; predicans euangeliū xx ānis
eiusdem vrbis pontificatū tenuit xxx. aut sexto anno a passio-
ne dñi a. Nerone deorsum vt ipse voluit crucifixus ē hec ysi.
In ip̄a aut die pe. & pau. dyonisio apparuerūt secundū q̄ ipse
ait in p̄dicta epistola in hec verba. Attende miraculum vide
p̄digium frater mi thimo. diei victimacionis ipsorum. Nam
presto fui in tempore separacionis ip̄oz. Post mortem autez
illorū vidi eos inuicem manu ad manum intrantes portas vr-
bis & indutos vestes luminositatis. vel veste luminis & coroīs
claritatis & lucis ornatos hec. Dyonisius. nero aut impunit̄
non extitit super hoc scelere & alijs que commisit. Nam manu
ppria se peremit. Quorum scelerum hic aliqua breuiter ifera-
mus. Cum seneca magister suus vt ī quadam hystoria licet
apocryfa legitur cōdignam mercedem laboris sui speraret ius-
sit. Nero ipsum eligere in cuius arboris ramo suspendiū affecta-
ret dicens q̄ hoc premium laboris sui ab eo recepturus esset.
Cum autem seneca requireret. vnde hoc mortis supliciū me-
ruisset acutum gladium super eius verticem crebro vibrari fe-
cit Seneca autem nutu capitis minanti gladio cedebat vehe-
menter timens peclitari mortis piculo. Cui nero ait. Magi-
ster vt quid nutu capitis minanti gladio cedis. cui. Seneca re-
spondit homo sum. & ideo mortem vereor & inuitus morior.
Cui nero ait Sic ego adhuc te metuo vt puer metuere cōsue-
ui. Quare te viuentē quiete non potero viuere. Dixitq; seneca
Si me mori necesse est saltem michi cōcede vt q̄d voluero eli-
gam genus mortis. Cui nero festin̄ eligas tantū mori ne dif-
feras. Tūc seneca balneo in aqua facto in vtroq; brachio sibi
minui fecit & sic nimio sanguinis fluxu ibidem vitam finiuit. &
sic quodam p̄sagio seneca quasi se necans. quia quodāmodo
licet coactus manu ppria se necauit. Hic seneca duos fratres
habuisse legitur vnus fuit. Tullianus gallio declamator egre-
gius qui manu ppria se peremit. Alius. mela pater lucani poe-
te Qui lucan̄ iussu Neronis incisione venarū obisse legitur.
Rursus nero nefaria mētis vesānia duct̄ vt ī eadem hystoria
apocryfa reperitur matrem occidi & scindi iussit vt videret q̄li-
ter ī eī vtero fouebat Phisici vero eū de m̄ris p̄dicōe arguē-
tes dicebāt. Tura negāt & fas p̄hibet vt filī m̄rez necet q̄ ip̄m
cū tāto dolore peperit & cū tāto labore & sollicitudinē enutriuit.

Quibus nero faciatis me puero ipregnari postea parere ut
 q̄tus dolor matri mee fuerit possim scire. Hanc insuper volun-
 tatem pariendi conceperat eoq̄ per urbem transiens quandā
 mulierē parientē nociferantē audierat. Dicunt ei non ē possi-
 bile q̄d nature contrariū ē nec ē facile q̄ rationi nō ē consen-
 taneum. Dixit ergo eis. Nero nisi me feceritis impregnari &
 parere omnes vos faciam crudeli morte interire. Tunc illi eū
 ipocionantes ranā sibi occulte ad bibendū dederunt & eā arti-
 ficio suo in ei⁹ ventre excrescere fecerūt. Et subito venter ei⁹
 nature contraria non sustinens itumuit ita ut. Nero se puero
 grauidum estimaret. Faciebantq̄ sibi seruare dyetam qualē
 nutriendum rane nouerant conuenire dicentes q̄ p̄pter con-
 ceptū talia eū obseruare oporteret. Tandem nimio dolore vel-
 xatus medicis ait. Accelerate tempus ptus quia lāguore pa-
 riendi. Vix anhelitū habeo respirandi. Tūc ipm ad vomituz
 ipocionauerunt & ranām visu terribilem humorib⁹ infectā &
 sanguine edidit cruentatā. Respiciensq̄. Nero partum suum
 ipm abhoruit & mirabaī a deo monstruosum. Dixerunt autē
 q̄ tam deformem fetum ptulerit ex eoq̄ temp⁹ partus nolue-
 rit expectare. Et ait. fui ne talis de matris egressus latibulis &
 illi etiam. Precepit ergo ut fetus suus allereī & testudini lapi-
 dum seruand⁹ includereī. Hec autē ī cronicis non legunt sed
 apocrypha sūt. Deinde mirat⁹ qlis & q̄ta fuerit succensio troie
 Romā p̄ vij. dies & noctes succendi fecit q̄d ex altissima turri
 p̄spectans letatusq̄ flāme pulchritudine turgido habitu hely
 adam decantabat. Hic sicut habeī ī cronicis retib⁹ aureis pi-
 scabaī cantib⁹ intendebat ita ut omnes. Cytharistas & trage-
 dos suparet virū in vxorem duxit. Ip̄e a viro & vxor accep-
 tus est ait orosius. Romani vero ei⁹ vesaniā vlteri⁹ nō feren-
 tes in eū impetū fecerūt & vsq̄ extra ciuitatē p̄secuti sūt. Qui
 videns q̄ euadere nō posset fustē denciū morsib⁹ exacuit & se
 per mediū palo traifixit & tali morte vitā finiuit. Alibi tamen
 legiī q̄ a lupis deuoratus sit. Reddeutes. Romani ranam in
 testudine latitantē inuenerunt & ipam extra ciuitatē p̄ciētes
 cōbufferūt. Vñ & ps illa ciuitatis ut aliq̄ dicūt vbi latuerat
 rana lateraī. nomē accepit. Tempore s̄cti Cornelij papa gre-
 ci fideles aploꝝ corpora furati eadem asporabant. Sed demo-
 nes in ydolis habitantes diuina coacti virtute clamabant. Vi-
 ri romani succurrite q̄a dii vestri auferunt. Qua p̄pter fide-
 lib⁹ intelligentibus de apostolis. ḡtilib⁹ vero de suis dijs mul-
 titudo adunata fidelīū & infidelīū illos persequit. Vnde greci
 timentes apud cathacumbas apolloꝝ corpora in puteum
 proiecerunt. sed a fidelib⁹ inde postmodū sūt extracta grego.

tamen in registro dicit q̄ tanta eos vis tonitruū atq; fulguris
terrui ac dipsit vt ea apud cathacūbas dimitterent. Sed cum
dubitarent que ossa essent. b. pe & que b. pauli orantibus fidel/
libus & ieiunijs insistentibus de celo eis responsum est. Maior
ra ossa sunt p̄dicatoris. Minora veto piscatoris & sic ossa abin/
uicē sepauerūt & in suis ecclesijs q̄s cuilibet edificauerant po/
tuerunt. Alij vero dicunt q̄ siluester papa volens ecclesias cō/
secrare tam magna q̄ parua ossa in lance summa reuerencia
ponderauit & medietatē in vna ecclesia & medietatē in alia col/
locauit. Refert gregorius in dyalogo q̄ in ecclesia sancti petri
vbi corpus eius requiescit q̄ quidem erat agonti? noīe mag/
ne humilitatis & sanctitatis existens. Cum vero quedam pul/
ella palitica in eius ecclesia p̄manens manibus repet & disso/
lutis renibus corpus p̄ terram traheret diuq; a beato petro
sanitatem peteret ei p̄ visionem astitit dicens. Vade ad agon/
cium mansionariū & ip̄e te saluti restituet. Cepit igitur illa p̄/
ecclesie loca se huc atq; illuc trahere & quis esset agonicius n̄
uestigare. Cui repente obuiam ip̄e factus est quem q̄rebat ei
q; dixit. Pastor & nutritor noster. b. pe. apl's ad te me misit vt
ab infirmitate mea me liberes. Cui ille R̄ndit. Si ab ip̄o missa
es surge. Apprehensa q; ei? manu ipsam leuauit. Illa q; nullo
languoris vestigio remanente plena sanata fuit. In eodem q;?
libro ait gre. q; galla vr̄bis Rome nobilissima puella symachi
consulis ac patricij filia marito tradita in vni? anni spacio ei?
est morte viduata. Quā dū ad iterandū thalamū etas & opes
vocarent elegit magis spiritualib; nupcijs copulari deo in q;
bus a lectu incipitur sed ad eterna gaudia peruenitur q̄ car/
nalib; nupcijs subici q̄ a leticia sēper incipiūt & ad finē cum/
luctu tendunt. Huic autem cū valde ignea conspersio corpo/
ris inesset ceperunt medici dicere quia nisi ad amplexus viri
rediret calore nimio contra naturam barbaram habitura esset.
Quod ita post factum est. Sed illa nichil exterius deformital/
tis timuit que interiorē speciē amauit. Hec verita est si hoc in
ea fedaret q̄d a celesti sponso nō amaret. Abiecto igitur secula/
ri habitu apud ecclesiaz sancti petri monasterio se dedit ibiq;
multis annis ī simplicitate oracionib; & elemosinis deo serui/
uit. Tandem cancri vlcere in mamilla pcussa dū ante ei? lectū
duo candelabra semp lucerēt quia velut amica lucis non solū
spiritualis sed etiam corporales tenebras odio habebat. vidit
b. pe. aplm in? ip̄a duo cādelebra ante ei? lectulū stitisse Qui
ex amore sumēs audaciā exultauit & dixit q̄d ē domine meus

Dimissa sunt michi peccata mea. Cui illa benignissimo vultu inclinato capite annuit dicens. Dimissa veni et illa. Rogo ut soror benedicta veniat mecum et ille non sed talis veniat tecum. Illa abbatissa indicans die tertia cum illa defuncta est. In eodem in super libro. Gregorius ait quod dum presbiter quidam magne sanctitatis ad extrema deductus esset cum magna leticia clamare cepit dicens. Beneveniunt domini mei bene veniunt domini mei. Quid ad tantillum seruum vestrum dignati estis venire. Vento venio gratias ago gratias ago. Cumque qui astabant quibus haec diceret interrogarent ille ad mirandum respondit. Numquid convenisse hic factos apostolos petrum et paulum non videtis. Cum vero iterum prius repeteret sancta illa anima a carne soluta est. Dubitavit autem ab aliquibus ut rursus eadem die petrus et paulus passi sunt dixerunt ei quodammodo quod ea die reuoluto anno sed Iero. et omnes fere sancti qui de hoc tractant in hoc concordat quod ea die et anno passi sunt sicut manifeste etiam habet ex epistola dyonisi et sicut dicit. Leo vel maximus secundum quosdam in quodam sermone ubi sic ait. Non enim sine causa factum putamus quod una die in uno loco unius tyranni tolerauere sententiam. In uno die passi sunt ut ad christum pariter perveniret uno loco ne alteri Roma desisset sub uno persecutore ut ecclesie crudelitas utrumque constringeret. Dies ergo pro merito locus autem pro gloria persecutore decretus est quod virtute haec Leo licet autem eadem die. Et hora passi sunt non tamen eodem loco sed in diversis. Et quod dicit leo quod eodem loco passi sunt hoc dicit ex eo quod ambo. Rome passi fuerunt. De hoc quidam sic versibus dixit. Ense coronavit paulus cruce petrus eodem sub duce luce loco dux. Nero roma locus. Et tamen alii. Ense sacrat paulum pax lux dux. Verbs cruce petrum. Licet autem eadem die passi fuerint Ordinavit tamen gregorius ut ipsa die specialiter fieret quo ad officium sollemnitatis petri. Et in sequenti die commemoratio pauli. Tamen quia ea die fuit dedicata ecclesia sancti petri tamen quia maior est dignitate tamen quia prior conversione tum quia primatum obtinuit Rom

De nomine



Namque interpretatur os tube vel os eorum seu electum mirabile vel electionis miraculum vel Paulus a pausa quod est requies. vel dicitur modicum latine. Per hoc intelligitur vii. prerogative quas habuit. Primum est lingua fructuosa quia ab ylerico usque iherusalem replevit euangelium et ideo dicitur os tube. Secundum caritas viscerosa quia quas infirmavit et ego non infirmavit. Et inde dicitur os eorum os scilicet cordis de quo ipse dicit os nostrum patet ad vos o corinthi. cor nunc

dilatatu e. Tercium e conuersio miraculosa ⁊ inde dicitur electum mirabile quia mirabiliter electus ⁊ conuersus fuit. Quantum e man⁹ operosa ⁊ inde dicit electionis miraculu. Magnum eni miraculu fuit qn elegit sibi pprijs manib⁹ sūptus acquirere ⁊ incessanter predicare. Quintu fuit contemplacō de liciosa quia raptus est vsqz in terciu celu ⁊ inde fuit dñi req⁹ es q̄a in cōtemplacōne exigit req⁹es mentis. Sextu e humilitas virtuosa ⁊ inde dicit modic⁹. De h⁹ aut noie paulus tres sūt opiniones. Origenes vult q̄ semp fuerit binomi⁹ ⁊ vocatus sit semp saulus ⁊ paulus. Rabanus vero vult q̄ ante dictus e saul⁹ a saule rege supbo. Sed post cōuer⁹ onē vocat⁹ e paulus q̄si paruulus a modico ⁊ humili spiritu. Vñ ⁊ nomē suū inter p̄dicacō dicebat. Ego sum minim⁹ apostolorum ⁊c. Beda aut vult q̄ dicit⁹ e paul⁹ a sergio paulo p̄consule quez ad fidez cōuertit. Passionem sancti pauli. Lin⁹ papa sicripit.

De sancto paulo aplo

PAulus ap̄ls post sui conuersionē multas p̄secuciones passus est. Quas beatus hylari⁹ breuiter enūmerat dicēs. Paulus ap̄ls in philippis virginis cedit i carcere ponitur ⁊ ligno pedib⁹ affigitur in listris lapidat⁹. In yconio ⁊ thesalonica ab iniq̄s persequit⁹. In epheso feris datur. In domasco p̄ sportam e mulro deponit⁹. in iberusa



le sistit⁹ creditur ligatur. insidiatur. in cesarea clauditur. criminatur. Nauigans in ytaliā piculo dirigit⁹ Romā veniēs sub Nerone iudicat⁹ ⁊ occisus finit⁹. Hec hylari⁹ apostolatū intergentes accepit. Quendā cōtractū in listris erexit. Iuuenē qui de fenestra ceciderat ⁊ expirabat suscitauit ⁊ multa alia miracula fecit. apud Mitilenē insulā vipa manū ei⁹ iuasit s̄ nichil eū lesit. q̄npoci⁹ in ignē ip̄am excusit. Dicit⁹ q̄ q̄ omnes q̄ de progenie illius hominis qui paulū suspicio suscepit nascuntur a venosis vllatenus non leduntur. vnde cū pueri nati sunt in cunis eoz⁹ serpentes ponunt vt p̄bent si veri eoz⁹ filij sunt.

Innuitur autem aliquādo q̄ palus est minor petro quādoq̄ maior quandoq̄ equalis. Sed reuera minor dignitate. maior predicacione. ēqlis sanctitate. Refert haymo q̄ paulus a pul-
lorum cantu vsq̄ ad quintam horam labori manuū infiste-
bat. Deinde predicacioni vacabat. itaq̄ plerumq̄ vsq̄ ad noc-
tem sermonem protraherat. Residuū vero temporis cōmestio-
ni sompno oracioni satis necessarium erat. Dum venisset vero
romam cū. Nero nondum esset in imperium confirmatus &
etiam audiens q̄ de lege iudeorum & fide xp̄ianorū inter pau-
lum & iudeos questio vertebatur non multū inde curauit &
sic paul⁹ q̄ volebat libere ibat & libere predicabat. Ter onim⁹
q̄ in libro de viris illustribus ait q̄ xxv. anno a passione dñi
hoc est. Neronis secundo paulus Romā vind⁹ mittitur & per
biennium in libera manens custodia aduersus iudeos disputa-
uit. Deinde a Nerone dimissus euangelium in occidentis p̄ti-
bus predicauit xiiii. vero Neronis anno eodem anno & die q̄
crucifixus est petrus capite truncatur hoc. Ter o. Eius autē sa-
piencia & religio ubiq̄ diuulgabatur & ab omnib⁹ admira-
bilis habebat. Multos etiam de domo cesaris sibi in amiciciā
copulauit & eos ad xp̄i fidem cōuertit. Quedam etiam scripta
eius coram cesare recitata sunt & ab omnib⁹ mirabiliter cō-
mendata. Senatus etiam de illo alta non medio crite-
fenciebat. Quadam vero die dum pau. circa vesp̄as in quodam so-
lario p̄dicaret q̄dam iuuenis nomine patroclus pincerna. He-
ronis & sibi ad modum dilectus vt paulum p̄pter multitudi-
nem comodius audiret fenestram ascendit & paululū ibi dor-
mitando decidens expirauit. Quod audiens Nero plurimum
de eius morte doluit & statim alium in eius officiū ordinauit
Paulus vero per spiritum hoc cognoscens dixit astantibus
vt illuc irent & patroclum cesaris carissimū ad se defunctū
afferrent quē allatū paulus suscitauit & ad cesarem cū socijs
suis misit. qui cum morte eius lamentaretur ecce patroclus
uiuens adesse p̄foribus nunciatur audiens. Nero patroclum
uiuū quē pa. ante nouerat mortuū plurimū. q̄deꝫ expauit &
eum ad se ingredi recusauit sed tandem p̄suasi amicorū intro-
ire pmisit. Cui nero ait patrocle uiuis & ille cesar uiuo. & Ne-
ro quis te fecit viuere. cui ille dñs ihesus xp̄s omniū rex secu-
lorum. iratus. Nero dixit ergo ille regnabit in secula & resol-
uet oīa regna mundi. Cui patroclus etiam cesar. Tūc nero de-
dit ei alapam dicens. Ergo militas illi regi. & ille utiq̄ milito
quia me a mortuis excitauit. Tunc quinq̄ ministri imperato-
ris qui ei iugiter assistebant dixerunt ei. Cur imperator percu-
tis iuuenem prudentem & veraciter respondentem. Nā & nos

illi Regi inuictissimo militamus. Quod audiēs Nero eos re-
clusit in carcerem vt nimiū torqueret q̄s ante nimis dilexerat
Tunc omnes xp̄ianos fecit inquiri & omnes sine interrogacō
ne p̄ tormēta varia puniri. Tunc paulus vincit̄ inter ceteros
ante. Neronem duct̄ ē. Cui nero O homo magni regis seruū
michi aut̄ vincit̄. Cur milites meos michi subtrahis & tibi re-
colligis. Cui paulus nō solū de tuo angulo milites collegi. sed
etiā de orbe vniuerso quibz rex n̄ dona talia que nunq̄ defici-
ent ⁊ que omnē excludent indigenciā largiet̄. Hinc si subiect̄
esse volueris saluū eris. Qui tante extat potencie vt iudex om-
nium veniat & mundi huius p̄ ignē figurā resoluat. Hoc audi-
ens. Nero ⁊ ira succensus q̄a figurā mūdi p̄ ignē paulus dixit
rat dissoluēdam omnes milites cristi igne iussit cremari. Pau-
lum vero tanquā maiestatis rerū capite truncari. Tanta aut̄
xp̄ianorū tunc occisa ē turba vt populū romanū palaciū vir-
tute irrumperet & sedicionē contra eū excitare moliens p̄cla-
maret pone modū cesar t̄pa occisionē vel iussionem nostrates
sunt q̄s perdis. Romanū tuentur imperium. Timens imperator
mutauit edictum vt nullus cristianos tangeret donec. Impe-
rator de eis pleniū iudicaret. Qua p̄pter paulus iterū est reduc-
tus & aspectui. Neronis oblatus. Quem vt Nero vidit vehe-
mentissime exclamauit. Tollite maleficium decollate imposto-
rum. nec sinite viuere criminatore. perditē sensuū alienatorem
Auferte de superficie terre menciū immutatorē ad quē paulus
ait. Nero tempore modico paciar. sed viuā eternaliter domino
ihesu xp̄o. Nero dixit Auferte ab eō caput vt me regē suo foe-
tiorē intelligat qui cū deuici. Et videam̄ si semp viuere valeat
Cui paulus vt scias me post mortē corpis einalit̄ viuere cum
michi caput abscisū fuēit viuū tibi apparebo & tūc cognoscē
poteris quia xp̄s ē deus vite ⁊ nō mortis. Et hijs dictis ad lo-
cum supplicij ducitur. Qui cū duceret̄ dixerūt ei tres milites
qui eū ducebant. Dic nobis paule quis ē ille rex vester quem
tantū diligitis q̄ pro eo magis mori q̄ viuere eligitis & q̄lez
inde mercedem habebitis. Tunc paulus de regno dei & pena in-
ferni adeo eis p̄dicauit q̄ eos ad fidem quertit. Qui cū roga-
rēt eū vt libere abiret q̄ vellet ait. Absit fratres vt fugiā. Non
ei sū p̄fugus sed miles xp̄i legitimus. Scio enī q̄ p̄ hanc vitam
t̄sitoria ad vitā transibo eternā. Mox aut̄ vt fuero decollatus
viri fideles rapiant corpus meū. Vos aut̄ locū notate & illuc
eras mane venite. Inuēietis eī iuxta sepulcr̄ meū duos viros.
orātes. sc̄ tytū ⁊ lucā. q̄bz cū dixēitis q̄ de cā vos ad eos n̄ ip̄i vos.

baptizabunt ⁊ regni celestis facient coheredes. Quod cū loq̄
 retur misit. Nero duos milites vt viderent si adhuc esset occi-
 sus ⁊ cum eos vellet conuertere illi dixerunt. Cum mortuus
 fueris ⁊ resurrexeris tunc credemus hijs que dicis. Nunc
 aut cito veni qđ meruisti accipe. Cūq; ad locū passionis du-
 ceretur in porta hostiensi cuidam matrone nomine plantille
 discipule pauli q̄ secundū dyonisiū alio noīe dicebat lemobia
 quia forte binomia fuit obuiam habuit. Que flens suis ora-
 tionib; se recōmendare cepit. Cui paulus vade plantilla eter-
 ne salutis filia comoda michi velum q̄ caput tuū tegis ⁊ inde
 oculos meos ligabo ⁊ postmodū tibi restituum illud. Quod
 dū sibi traderet irridebant ei carnifices dicentes. Quid impo-
 stori isti ⁊ mago tam preciosum pannū tribuis vt ipm amit-
 tas. Cum ergo ad locū passionis Paulus venisset ad orientē
 versus ⁊ manib; in celū extēsis diutissime cū lacrimis patria
 voce orauit ⁊ gracias egit. Post hoc vālefaciens fratrib; ocu-
 los sibi de velo plantille ligauit vt vtrūq; genu in terra figens
 collum extendit ⁊ sic decollatus est. Mox ei; caput de corpo-
 re exillens ihesus xps qđ sibi in vita tam dulce extiterat ⁊ tā
 crebro nominauerat hebraice clara voce insonuit. Dicit enī
 ipm in suis epistolis xpm vel ihesum vel vtrūq; quingentis
 vicibus nominasse. De eius aut muliere vnda lactis vsq; in ve-
 sti menta militis exiliuit. ⁊ postea sanguis effluxit. in aere lux
 immensa emicuit. de corpore odor suauissim; emanauit. Dyo-
 nysius aut in epistola ad thim. de morte pauli sic dicit. In hora
 aut illa tristicie plena frater mi dilecte dicente carnifice. Pau-
 lo collū para. Tunc beatus apostolus suspexit in celum muni-
 ens frontem ⁊ pectus suū signo crucis ⁊ dixit. Dñe mi ihesū
 xpe in man; tuas omendo spm meum ⁊ tūc absq; tristicia
 ⁊ cōpulsione extendit collum suum ⁊ suscepit coronam per-
 cuciente aut carnifice ⁊ amputante pauli caput. Tunc beatif-
 simus in ipso ictu explicuit velū ⁊ collegit sanguinē pprium
 in velo ⁊ ligauit eum ⁊ obuoluit ⁊ tradidit illi femine ⁊ re-
 uerso militi carnifici dixit lemobia vbi dimisit magistru me-
 um. Paulum respondit miles. Cum socio iacet ibi extra vrbez
 in valle pugilum ⁊ velo tuo velata est facies eius. Tpa aute;
 Rñdens ait. Ecce intrauerunt nunc petrus ⁊ paul; induti ve-
 ste preclara. Et coronas fulgentes luce radiantes habebāt in
 capitib; suis ⁊ ptulit velum sanguine cruentatū ⁊ monstra-
 uit eis ppter qđ opus multi crediderunt domino ⁊ cristiani
 facti sunt. hec dyonysius audiens. Nero que contigerant vehe-
 mēter extimuit ⁊ de hijs omnibus cum philosophis. Et ami-
 cis loqui cepit. Dum hec inuicem loquerentur venit Paulus
 ianuis clausis. Et ante Cesarem stans ait Cesar ecce Paulus

regis eterni & inuidi miles. Vel nunc crede quia nō sum mōr-
tuus sed viuus. Et tu miser eterna morte morieris. Eo q̄ sanc-
tos dei iniuste interficis. Et hijs dictis disparuit. Nero aut̄ ex
nimio timore velut amens effectus quid ageret ignorabat &
suasu consilio amicorum patroclum & barnabam cū alijs sol-
uit. Et quo vellent libere abire permisit. Illi vero milites Lon-
ginus magister militum & accessus ad sepulchrū. Pauli ma-
ne venerunt. Et duos viros sc̄; tytum & lucam orantes. Et in
eorum medio. Paulum stantem viderunt. Quos tytus & lu-
cas videntes vehementer territi fugere ceperunt. & Paul⁹ di-
sparuit. Illi aut̄ post eos clamantes dicebant. Non vt putatis
vos persequimur. Sed a vobis baptizari volumus sicut. Pau-
lus nobis dixit quem modo uobiscū orantē vidimus. Hoc illi
audientes reuersi sunt & cū magno gaudio eos baptizauerūt.
Caput aut̄ pauli in quandā vallem proiectum est. Et pre mul-
titudine aliorum qui interfecti fuerūt. Et illuc proiecti inue-
niri non potuit. Legitur aut̄ in eadem epistola dyonisi q̄ cū
quadaꝫ vice fouea mundaretur. Et caput illud. Pauli cū alijs
purgamentis proiectum fuisset quidam pastor illud in vir-
ga sua leuauit. Et iuxta caulas ouium fixit. Vidit aut̄ p̄ tres
noces continuas ip̄e cū domino suo super predictum caput
lucem ineffabilem refulgere. Quod cum episcopo & fidelibus
nunciatū fuisset dixerūt. Vere hoc ē caput. Pauli Egressus
igitur episcop⁹ & vniuersa fideiū multitudo caput illud se-
cum detulerunt. Et in quadam mensa aurea illud deponētes
illud corpori coniungere volebant. Quibus patriarcha respō-
dit. Nos scimus q̄d multi fideles occisi sunt. Et eorum capita
sūt dispersa. Vnde dubito illud caput corpori Pauli coniūge-
re. Sed caput hoc ad pedes corporis ponam⁹. Et omnipoten-
tem dominum exoremus. Vt si caput suū ē conuertat corp⁹
Et capiti coniungat. Quod cū omnib⁹ placuisset caput ipsi⁹
ad pedes corporis pauli posuerunt. Et ecce cunctis orantib⁹
Et stupentib⁹ corpus se conuertit. Et in loco suo capiti se iun-
xit. Et sic omnes deum benedixerūt & hoc esse caput pauli ve-
raciter cognouerūt. Hec dyonisi⁹ Refert gregori⁹. Furoneñ. q̄
tempore iustini iunioris claruit q̄ quidam desperans laqueū
sibi parabat. Nomen tamen Pauli inuocās semper dicebat ad
iuua me sancte paule. Tunc affuit quedam vmbra squalida hor-
tans eum ac dicens. Eya bone vir age quid agis. moram ne fe-
ceritis. Ac ille semp̄ parans laqueū dicebat. Beatissimi pauli
le adiuua me. Expedito iam laqueo affuit alia vmbra tanquā

hominis dicens illi qui hominem hortabatur fuge miserime quia paulus aduocatus aduenit. Tunc squalida umbra euauit et homo ad se rediens et laqueum proiciens penitentiam et dignam accepit. Gregorius in registro ex cathenis beati pauli multa miracula demonstratur et dum multi parum quod ex limatura petunt assistit sacerdos cum lima. Et aliquibus petentibus ita concite aliquid cathenis ipsis excutitur ut nulla mora sit. Quibusdam vero petentibus diu per cathenas ipsas lima ducitur et tamen ut aliquid inde exeat non obtinetur. In eadem quae epistola que supra dicta est beatus dyonysius mortem pauli magistri sui pijs verbis deplorat dicens. Quis dabit oculis aquas et populis nostris fontem lacrimarum ut ploremus die ac nocte lumen ecclesiarum quae extinctum est. Quis non induet fletum et gemitum aut non vestietur lugubribus et mente attonitus non obstupescet. Ecce et enim petrus fundamentum ecclesiarum gloria sanctorum apostolorum a nobis recessit et nos orphanos dereliquit. Paulus quoque gentium familiaris consolator parentum defecit nobis et ulterius non inuenitur. Qui fuit pater patrum doctor doctorum pastor pastorum. Abissum sapientie fistulam altisonam predicatorum veritatis infatigabilem paulum dico nobilissimum apostolum. Hic angelus celestis et homo terrestris. Ymago et similitudo deitatis et spiritus deiformis omnes nos dereliquit. Nos inquam inopes et indignos in hoc mundo contemptibili et maligno ingressus est ad deum suum dominum et amicum. Heu frater mi thimothee dilecte anime mee ubi est pater tuus magister et amator. Unde te ulterius salutabit. Ecce enim orphanus factus es et remansisti solus iam nequaquam scribet tibi sua sanctissima manu dicens tibi fili karissime veni frater mi thimothee. Quid hic accidit tristitie et tenebrarum et damni quia orphanus factus sum. Nam non venient ad te epistole eius in quibus scriptum sit. Paulus modicus seruus ihesu christi. Nam non scribet de te ulterius ciuitatibus dicens. Suscipite filium meum dilectum. Complica frater libros prophetarum et signa super eos quae neminem habemus interpretem parolarum et per adigmatum et eloquiorum ipsorum. Dauid propheta plangebatur filium suum et dicebat ve michi fili mi ve michi. Ego autem ve michi magister mi vere ve michi. Ammodo defecit et cessauit concursus discipulorum tuorum. Romam veniencium et querencium nos. Nam nemo dicitur est eamus et videamus doctores nostros et interrogemus eos quomodo nos regere oporteat ecclesias nobis commissas et interpretabuntur nobis eloquia domini nostri ihesu christi et eloquia prophetarum vere ve

hijis filiis frater mi q̄ priuati sunt patribus spūalib⁹ quibus
priuatus est grex & nobis etiam frater ve qui priuati sumus
magistris nostris spūalib⁹ qui collegerant intellectu ac scien
ciam veteris ac noue legis & colligauerant in suis epistolis.
Vbi est cursus pauli & labor sanctorū pedū eius. Vbi est os
loquens & lingua consulens & spiritus bene placens deo suo
Quis non ploret & vlulet. Nam qui meruerunt gloriā & hol
norem apud deum tanq̄ malefactores traduntur in mortem
Ve michi quoniam in illa hora intuitus sum corpus sanctū
sanguine innocēti cruentatum. Heu michi pater mi magister
& doctor non quidem reus tali morte extitisti. Nunc ergo q̄
ibo te querere gloria xp̄i amorum & laus fidelium. Quis con
ticescere fecit vocem tuam fistula ecclesiarum ⁊ fistula altifol
na plectrum psalterij decacordi. Ecce introisti ad dominum
deū tuū quē desiderasti & toto affectu concupisti. Iherusalez
⁊ roma praua amicicia equales facte sunt in malo. Iherusale
lem crucifixit dñm n̄m ihesum xp̄m. Roma vero apostolos
eius interemit. Iherusalem autē seruit ei quem crucifixit. Ro
ma autē solennizando glorificat quos interemit. Et nunc frat
mi thimothee quos dilexisti & toto corde desiderabas. saul di
co regem & Ionatam in vita sua non sunt separati nec ī mō
te. Et ego non sum separatus a domino mḡro meo nisi cum
separauerūt nos hoīes pessimi & iniqui & sepacio hui⁹ hore
non erit semper. Aīa ei⁹ agnoscit dilectos. etiā secū dū hoc q̄ ei
loquant̄ q̄ nunc ab eo elongati sūt. In die autē resurrectionis
magna lactura esset separi ab eis hec dyonisi⁹. Tho. crisostim⁹
in libro de laudib⁹ pauli hūc gloriosum aplm multipliciter o
mendat sic dicens. Nichil. p̄sus errauit q̄ paratū in signe vir
tutū ac padisum specialē pauli animā nūcupauit. Que autez
lingua laudib⁹ eius inueniat equalis cū oīa que sunt in omni
bus bona aīa sua vna possideat & ea cuncta plene accumulante
nec solū hominū. sed etiā q̄d ē ampli⁹ angelorū. Nec tamen
idcirco reticebim⁹ q̄n poci⁹ pauca dicem⁹. Est eī hoc maximū
laudis gen⁹ cū oracionis copiam virtus superat & magnitu
do laudati. Sicq; vinci multo ē nobis gloriosius q̄ sepe vicisse
vñ igit̄ oportū⁹ laudū ei⁹ sūem⁹ exordiū n̄ ab h° ip̄o p̄mū vt
ostendam⁹ eum bona omniū possidentem. Abel obtulit sacri
ficiū ⁊ inde laudat̄ sed si pauli hostiam adducam⁹ in medium
q̄rtū celū a terra superior apparebit. Siq̄dem semetip̄m per di
es singulos ymmolabat. Quā tam̄ hostiam dupliciter offere
bat tum in corde. tū in corpore mortificationem circūferens.
Non enī oues offerebat aut boues sed seip̄m dupliciter ym
molabat. Neq; hijs contentus fuit sed etiam orbem vniuersū

studuit offerre q̄ terrā ac mare greciam atq; barbariē om-
 nemq; sub sole regionē q̄si volitans circūiuit ex hominibus
 angelos faciens. q̄nymmo ip̄os hoīes q̄si ex demonib; in an-
 gelos p̄uehens. Quid huic hostie repiēt equale quā paulus
 gladio spiritus sancti ymmolauit & in illo altari q̄d super cel-
 lum locatū ē obtulit. Sed abel dolo germani p̄cussus occu-
 buit. Paulus vero ab eis interfectus est q̄s ab innumeris ma-
 lis cupiebat eruere. Vis aut̄ ei? innumeras tibi ostendi mor-
 tes tot utiq; q̄t etiā dies vixit. Noe se tantū in archa legi ser-
 uasse cū liberis hic aut̄ multo scuiore iundate diluuiō nō arch-
 am coaptando a sp̄aginib; tabular; sed epistolas sponēdo p̄
 tabulis vniuersū orbē piclitate ex medijs fluctib; liberauit.
 h̄ aut̄ archa nō vno loco circūferē q̄ orbis termios s̄prehēdit
 nec bitumie ac pice sed spiritu sancto ei? tabule sūt puncte-
 hic suscipiēs bñ irrōnabilib; aīalib; stulciores imitatores ef-
 ficit angeloz. Hic q̄ illā vincit archā q̄a illa coruū recipiens
 coruū rursū emisit & includēs lupū feritatē ei? mutare nō po-
 tuit. Hic vero accipi tres miluosq; suscipiēs fecit colūbas &
 excludēs omnē feritatē māsfuetudinē sp̄s introduxit. Abrahā
 mirāt oēs q̄a ad dei p̄ceptū pat̄az atq; s̄gnatos reliq̄t. S; q̄mō
 pau. possit eq̄ri qui nō tantūmō patriam vl' s̄gnatos sed ip̄m
 quoq; mundū reliquit ymmo etiā celum & celum celi & hec
 omnia x̄pm suscipiendo despexit vnū p̄ cunctis istud solū id/
 est x̄pi caritatē requirens. neq; p̄sencia inq̄t. neq; futura neq;
 altitudo &c. Sed & abrahā in piculū se tradens hostib; filium
 fratris eripuit. At paul? vniuersū orbē vt de ip̄a dyaboli ex-
 traheret manu innumerabilia picula sustinuit. p̄p̄isq; mortib;
 maximā securitatē alijs compauit. filiū quoq; abrahā voluit
 ymmolare. paul? vero semetip̄m milies ymmolauit. In ysaac
 paciēciā aliq̄ admirant̄ q̄mō puteos a se factos obstrui pacie-
 bat. At pau. vero puteos cernēs lapidib; obrutos s; p̄p̄rium
 corp? nō solū sic ille cedebat. s; eos etiā a qb; paciebat i celuz
 studebat euehere. Quāto ei ampli? obruebat iste fōs tāto ma-
 gis erūpebat. ac pluries a se effūdēdo fluuios manabat. De lō
 ganimitate atq; paciēcia iacob scrip̄a mirāt & q̄ nā illa ē a da-
 mātia aīa q̄ pauli paciēcia possit imitāi. Neq; ei vii. annoz. sed
 toci? vite seruiciū p̄ sp̄osa ptulit x̄pi. Non adustus solū estu-
 diei & noctis gelu s; tēptacōnes mille p̄petiēs & nūc quidem
 vēberib; nūc vero lapidib; scissus atq; collisus & int̄ certamīa
 vbiq; prosiliens captas oues ex dyaboli faucibus abstrahē-
 bat. Sed ioseph pudiciēcie virtute decorat? ē & ego vereor ne
 iam ridiculū sit hanc etiam laudare qui semetipsum crucifi-
 gens non solum humanorum corporum pulchritudinis. sed

omnia etiam que videntur rebus clara ac decora cernebat. que admodum nos fauillam cineremque conspicimus qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Stupent iob omnes homines est enim athleta mirabilis. at paulus non mensibus tantum. sed annis pluribus in agone perdurans tam clarum emicuit non teste gleba fame carnis radens sed in ipso intelligibile os leonis frequenter incurrens & pugnans aduersus temptationem inumeras omnium erat apud tolerantior. Qui non a tribus & quatuor amicis. sed a cunctis infidelibus a fratribus etiam obprobria sustinebat. conspuitur ab omnibus male dictus. Et illius erat magna hospitalitas & cura pauperum. Sed quam ille curam impendebat carne debilibus. hanc iste animis morbidis exhibebat. Illius omnium aduenienti aperiebatur domus. huius vero anima uniuerso patebat orbi. Et ille qui dem cum oues & boues haberet inumeros erat in pauperes liberalis. Hic vero nichil amplius corpore suo possidens de hoc sufficienter indigentibus ministrabat. Quod alicubi commemorans necessitatibus inquit meis & hijs qui mecum erant ministrauerunt manus iste. Sed etiam vermes atque vulnera senos sancto. Iob interferebant dolores. Sed si pauli verbera fame cathenasque seu picula consideres que a domesticis ab extraneis a certo paciebatur orbe sollicitudinem quam ipse pro ecclesijs vitionem quam pro scandalizatis singulis proferebat videbis quod omni erat saxo durior. anima illa & ferrum. atque adamantem firmitate superabat. Que enim ille corpore hec mente. Paulus sustinuit. Quem omni merore molestior de singulis quibusdam labentibus meliticia consumebat. Unde & iuges ex eo fontes lacrimarum non diebus sed etiam noctibus effluebant. omni que muliere parturienti vehementer affligebatur in singulis. propter quod etiam dicebat. Filioli mei quis iterum parturio. Moyses pro iudeorum salute deleri elegit de libro. Moyses itaque se cum ceteris obtulit pro peccatis. Paulus pro ceteris non enim cum peccatis pro peccatis voluit. Sed ut alij saluarentur ipse de gloria eternitate decidere. Et quidem ille pharmoni hic dyabolo cotidie repugnabat. Ille pro una gente iste pro uniuerso orbe certauit non sudore sed sanguine. Iohannes in cibum locustas & mel siluestre sumebat. sed paulus ita in medio mundi strepitu quemadmodum ille in heremo quiete versatus est. Non quidem passus locustus aut melle siluestri. Multo autem victu vilioribus hijs contentus est ac necessario quidem ibi indulgens cibo feruenti studio predicanti. Verum illius aduersus herodyadem apparuit magna constancia. Et ille non unum aut duos aut tres. Sed innumeros & simili positos potestate corripuit ymo longe illos seniores tyrannos. Restat ut paulum iam angelis comparemus in quibus magnificum predicamus qui cum omni cura

deo obediunt. Quod dauid ammirando dicebat. potens virtute
 facientes verbum eius &c. Quid vero aliud propheta in ange
 lis miratur. Qui facit inquit angelos. s. spūs & ministros suos ig
 nem vrentem. Sed hoc in paulo possumus inuenire qui velut
 ignis ac spūs totū terrarū purgavit orbem. Sed nondū celū
 iste sortitus est & hoc est omnino mirabile. quia talis versatur
 in terris quā mortali adhuc carne circūdatus. Quāta ergo nos
 condemnatione digni sumus cū vno hoīe bona in se oia con
 gregante nec minimā quidem partem eorū studemus imitari. Nō
 enī aliam est ille sortitus naturam nec dissimile naturā animā
 nec alterū habitans mundū. sed in eadez terra eademq; regio
 ne sub eisdem etiam legib; nutritus & morib; cunctos quā nūc
 hoīes sūt vel fuerūt cū virtute transcendit. Nec vero in illo hō
 solum mirabile ē quod pre habundancia deuotionis quodāmodo
 non sensit dolores pro virtute susceptos. sed quod virtutez ipam pro
 mercede pensauit. Nam nos quidem propterea ne proposita merce
 de certamus quā ille cōplectēs etiā sine premio diligebat. cūc
 ta illa que asperitate sui vident impedire virtutem cū omni
 mansuetudine propeciens. cotidie celsior. cotidie assurgebat ar
 dendior. Et in tantis sibi piculis noua semper alacritate pug
 nabat. Qui cum sibi mortem iam iminentem videret ad con
 munione delectacionemq; gaudij alios prouocabat dicens gau
 dete & congratulamini michi. Itaq; ad confusione & iniurias quās ob
 pdicandi studiū sustinebat magis quā ad bonorū oblectamen
 ta properabat mortis potius quā vite desiderij appetens paupertatis
 quā opulencie & multo amplius labores quā alij requie potius
 laborem ac merore magis eligens quā alij voluptatē studiosius
 pro inimicis & fructuosius orās quā alij aduersus inimicos. Vn
 illi formidandū erat atq; metuendū offensa nimiz dei nec de
 siderabile aliud erat nisi placere deo semper. Non dico autē quod
 nichil presenciu desiderabat sed nec futuroz. Nō enī michi di
 cas mercedes & gentes exercitus pecunias pro uincias potestates
 Hec enim nec quasi arane aurum fila reputauit sed ea que
 promittuntur in celis & tunc eius ardentem in xpō amorem
 videbis. Hic siquidem pro eius amore non angelorum non
 archangelorū dignitatem nec quodquā horū simile concupiuit
 Quod enī erat maius omnib; xpī amore fruebatur cū hō bea
 tiorē cunctis se putabat sine hoc autē neq; dominanciu neq;
 principatum socius esse cupiebat. sed cum hac dilectione ma
 gis esse vel extremus ymmo etiam ex numero punitorum quā si
 ne hac inter sumos honores sublimes. Hoc enim erat illi ma
 ximum ac singulare tormentum ab hac caritate discedere

Hoc illi erat gehenna hoc sola p̄na hec infinita & intolerāda
supplicia sicut perfui caritate xp̄i. Hoc illi vita hoc mundus.
hoc regnū hec p̄missio hec bona videbantur in numera. Sic
despiciēbat vniuersa que timem⁹ vt solet herba iam putrefac
ta contempnī. Tyrannos vero ac plurimos spirantes furore
velut quosdam esse culices estimabat. Mortē vero atq; crucia
tus. Et mille supplicia q̄si ludū putabat esse puerorū. Dū mō
p̄ cristo aliq̄d sustineret. Decorabat enī vincit⁹ cathena ma
gis quā dyademate coronat⁹. Etenī coartat⁹ carcere habita
bat ī celo. Ac libenci⁹ verbera recipiebat & vulnera q̄ alij bra
uia detipiam & dolores non minus quā premia diligebat cū
īpos vtiq; dolores loco duceret premiorū p̄pterea īpos etiā
graciam nominabat quoniam que nobis sunt cause tristitie
hoc illi maximam p̄iebant voluptatem. Merore quoq; ma
ximo vrebatur p̄pter q̄d & dicebat. Quis scandalizatur & ego
non vror. Etiam si in merore dicat quis inesse aliqua; volup
tatem. Multi enī qui filiorū mortib; vulnerantur. Aliquid cō
solacionis accipiunt cū suis fletibus relinquūtur magisq; do
lent cū dolore p̄hibentur. Sic & paulus nocte ac die cōsolacō
nem accipiebat ex lacrimis. Nullus quippe tanto affectu ma
la p̄pria quanto ille deflebat aliena. Quēadmodum eī illū opi
naris afflictum cū p̄dicionē defleret peccatorū q̄ vt illi salui
fierent a celorū gloria cupiebat excindi. Nā non saluari illos
multo a cerbius estimabat q̄ semetip̄m p̄ire. Hunc ergo cui
nam rerū poterit quis cōparare cui ferro cui adamāti. Quid
nā aliquis appellet animā aureā vel magis adamantinā. Nam
& omni erat adamante forcior auro gēmisq; preciosior & alte
ram quidem materiam firmitate alteram supabat preciosita
te. Cui igitur rei huius ab aliquo anima op̄etur. Earū quide;
que sūt om̄io nulli. Quod si vel auro adamantis fortitudo vl
adamanti honō daretur auri tunc forti aliquo mō compacō
eius pauli posset aīe conuenire. Sed quid ego adamantē auz
ad similitudinem adduco pauli. mundum si ex diuerso appen
das omnē & tunc videbis apte pauli ingens pondus exam̄is.
Mundo igitur & omnibus que in mundo sunt. Paulū dicim⁹
digniozem. Si igitur mund⁹ eo dignior non ē sed forte vel ce
lum sed istud quoq; inuenitur inferius. Si enī non solū celū
sed etiam que habentur in celis dei. postposuit caritati q̄mō
non magis domin⁹ qui tanto enī benignior Paulo q̄to malici
am bonitas an tecellit innumeris celis eum iudicat digniozem
Non enim nos tantū dilexit deus q̄tum a nobis ip̄e diligitur
sed tanto effusius q̄to nec sermo suffieit explicare. In paradi
sum q̄ hunc deus rapuit & in celū terciū subleuauit. Nec
in merito si quidem paulus in terra gradiens sic se gerebat ī

cunctis quasi angelorum societate fruere. Nam visibilis ad/
 hac corpori colligatus illorum perfectione gaudebat tantis fra/
 gilitatibus subditus in nullo inferior supernis virtutibus ap/
 parere certabat. Nam & tanquam pennatus totum docendo pro/
 lauit orbem & velut in corpore laboris picula que contempsit
 & quasi iam celum possidens cuncta proorsus terrena despexit & tan/
 quam cum ipsis iam in corporeis virtutibus degens iugi mentis
 intencione iugilauit & angelis quidem sepe diuersarum genium
 cura commissa est sed nullus illorum ita creditum sibi populum gu/
 bernauit ut paulus vniuersum orbem. Sicut autem aliquis in/
 dulgentissimus pater afficitur erga filium frenesi comprehensum
 cuius quomodo magis conuicijs ictibusque pulsatur tanto eius potius
 miseratur & deflet ita paulus istis a quibus affligebatur maio/
 ra adhibebat fomenta pietatis. Namque sepe pro illis qui eum
 quinque verberauerant & eius sanguinem siciebant lacrima/
 batur & vehementer dolebat & pro eis orabat. fratres inquit
 voluntas quidem cordis mei. Et cum vehementer quod mordeba/
 tur ac penitus discabatur cum eos pereuntes videret. ut enim
 missum in ignem ferum totum profecto ignis efficitur. sic pau/
 lus caritate succensus effectus est totus caritas. Qui quasi com/
 munis totius mundi esset pater ita in amore vel actione homi/
 num & ipsos eorum imitabatur penes ymmo cunctos non car/
 nales verum etiam spirituales patres solitudine ac pietate su/
 perabat. Omnem enim proorsus hominem deo exhibere cupiebat
 quasi cum vniuersum mundum ipse genuisset sic omnes in dei
 regno festinabat inducere corpus & animam pro hiis quos
 diligebat impendens. Homo iste ignobilis & circumferarius
 qui artem exercebat in pellibus. tanta virtute progressus est
 ut vix xxx. annorum spacio & Romanos & persas & parthos
 & medos indos & sithas ethiopes & saramathas atque sarace/
 nos & omne proorsus hominum genus sub iugo mitteret veritatis.
 Et sicut in stipulas aut fenem ignis inmissus. Sic omnia demo/
 num opera consumpsit. Paulo enim insonante lingua & omni
 igne vehemencius irruente cedebant omnia atque fugiebant &
 demonum cultus & tyrannorum mine & domesticorum insi/
 die. Magis autem sicut radijs solis orientibus & tenebre fugan/
 tur & adulteri ac fures foueis conduntur & latrones recedunt
 homicide ad antra fugiunt. Omniaque lucide efficiuntur & cla/
 ra desuper illustrantur radijs. Sic ubique euangelio disseminate
 paulo fugabat error & veritas inmeabat. Adulteria & alia dicta
 feda defecerunt atque confuta sunt isto ignis vapore palearum vice pen/
 tes. Clara vero in hac ueritatis fama seu flama sorgebat resplendens.

et usque ad celi sublimitatem conscendens ab hijs potissimum subleuata qui eam opprimere videbantur nec pericula aut impetus processum eius impedire potuerunt. Erroris vero talis est condicio quod nullo sibi obsidenti confenescit ac defluit vel definit. Talis autem est diuerso veritatis status quod multis impugnantibus suscitatur et crescit. Quonia igitur ita genus nostro non bilitauit deus ei similes studeamus inueniri. Neque impossibile istud putemus quoniam tale illi quod nobis corpus fuit talis anima tales cibi. Et deum illum teque formauit et quem admodum illius ita est et deus tuus. Vis dei dona in paulo cognoscere vestimenta eius terror demonibus erant. Hec vero amplius ad miranda quae Paulus nec cum in pericula irrueret temeritatis argui poterat nec cum pericula surgerent timiditatis. Amabat enim presentem vitam ob lucrum docendi. Et rursus eam valde despiciebat ob philosophiam ad quam illum mundi contemptus euexerat. Denique cum videris paulum pericula fugientem non minus illum admiseris quam cum se periculis gaudet opponere. Vt enim hoc fortitudinis ita illud est sapientiae. Et cum videris illum de seipso aliqua sonantem. Similiter admireris ac si videris illum semetipsum despiciere ut enim illud humilitatis est ita istud magnamentis. Magis enim merebatur loquendo de se quam tacendo. Quoniam nisi fecisset istud culpabilior illis esset quam seipsum importune laudare didicerunt. Nisi enim gloriatus fuisset creditos sibi omnes perdidisset quia dum se humiliasset eos extulisset. Amplius tunc paulus placuit gloriarum quam alter laudes proprias occultando. Nec tantum quisque profuit cum sua merita celaret quam iste cum perderet. Est autem grande malum de seipso grande aliquid dicere atque mirabile extremeque demencie est nulla imminente necessitate reze violenta prorsus laudibus velle decorari. Non hoc secundum deum loqui iudicium est sed potius insanie est. Hoc enim omnem mercedem euacuat laboribus sudoribusque consistam. Etenim alcius de se efferre sermonem gloriosi est et insolentis se seque iactantis. Dicere autem illa que presenti cause tantum necessaria sunt fructum amantis et multorum remedia cogitantis sicut et fecit paulus quod dum a pseudo capetur in laudes suas ire compulsus est maxime que dignitatem suam ostenderent. Plura autem et maiora celauit. Veniam inquit ad visiones et redeparco et cetera. Tanta Paulus tamquam crebra cum deo habens eloquia quanta nec prophetarum nec apostolorum ullus habuit pro ea ipse humilior reddebatur visus est plagas metuere ut disceres quia secundum naturam vnus erat ex pluribus pro voluntatem non solum supra multos homines. Verum etiam vnus ex angelis erat neque vero metuere plagas reprehensione dignum sed plagarum metu aliquid indignum pietate committere hoc ipso enim quo

plagas timet qui in certamine nō vincitur admirabilior ostēditur q̄ ille qui non timet. Sicut nec merere culpabile est sed per merorem dicere aut facere aliquid eorum que deo displicent. Hinc q̄lis fuerit paulus ostenditur quia in tali natura viuens potuit q̄dammodo supra naturam q̄ si mortem timuit nec ipsam quidem recusabat. Non enim naturam habere in firmitatibus subditam sed seruire infirmitatibus criminofuz est vt merito ille mirabilis habeatur q̄ imbecillitatem nature voluntatis virtute superauit q̄ si Iohannem qui dicebat̄ marci a consorcio sepauit. Nec itaq̄ rectissime per predicacōis officium effecit cū siquidem qui istud suscipit officium non oportet esse mollem aut resolutum sed fortem & percuncta robustum. Neq̄ enī aliquis debet attingere preclari hui⁹ muneris functionem nisi patus sit animā milies tradere in morte atq̄ discrimina. Qui enim non tali animo cum multos alios suo perdet exēplo. Magisq̄ vtile ē si q̄scat sibiq̄ tātū vacet nō ita gubernatorē nō ad bestias dimicatē nō ludo gladiatores destinatū. nō quēpiā omīo sic ad discrimina atq̄ mortes patū ai mam oportet habere vt eum qui officium suscepit predicādi Nam & picula p̄fecto maiora & aduersarij seuiores nec vsq̄ prorsus simili condicōne certatur. Celum namq̄ in premio ī supplicio gehenna p̄ponitur. Si vero aliq̄ inter eos conuocō facta est noli hoc delictum putare. Non enī conuoceri malū est sed irracionabiliter nulloq̄ iusto flagitante negocio conuoceri malum est. Hunc enī affectus prouidus nobis creator inseruit vt dormientes animas atq̄ resolutas ab inercia atq̄ desidia suscitaret. Quasi enim gladio aciem ita menti nostre ire acumen imposuit vt cum oportet vtamur. Benignitas autē semper bona est. sed cum illa tempus esflagitat. Quando vero id nō adest etiā illa viciosa ē. Ita & paul⁹ sepe vsus ē affectu & imoderate loq̄ntib⁹ melior ēat irat⁹. Hoc autē ī eo erat mirabile q̄a cū vicul' verberib⁹ atq̄ vulnerib⁹ lōge splēdidior erat dyadēate purp̄a q̄ fulgētib⁹. Cūq̄ vidē p̄ tā vastū pelag⁹ ducebat̄ ita gaudebat tanq̄ ī maximū īperiū duceret. Post q̄ vō. Romā īgress⁹ ē nec ibi stare cōtent⁹ ē s̄ ī hyspaniā percurrit nec vnū q̄dez diē ī ocio pass⁹ ē ⁊ q̄ete trāsire s̄ ī pdicādi ardore ip̄o igne ardēci⁹ nec picla timuit nec irrisiones erubuit. h⁹ vō maiori admiracōe dignū ē q̄ cū tam audax esset ac velut ad pugnā semper accinctus & ignem quendam belli aspirans. Rursus placabilem atque flexibilem se prebebat. Nam seuienti vel potius feruenti preceperunt vt iret tharsuz non recusauit. dixerunt p̄ murū cū oportere deponē ⁊ pass⁹ ē

Fluius rei gēcia ita faciebat vt p̄dicacioni diucius insisteret ⁊ multis hīc credentibꝫ iret ad x̄pm. Metuebat p̄fecto ne forte paup̄ hinc atqꝫ inops salutis mltoꝝ abscederet. Ceterū cūqꝫ hī q̄ sub vno pugnant magistro viderint infixā vulnēra fluē tē sanguine ⁊ ne sic hostibꝫ aliqñ cedentē sed stantem fortiter hastasqꝫ vibrantē ⁊ crebris ictibꝫ aduersarios cōruere faciē tem nec omnino dolori p̄centē maiora absqꝫ dubio tanta diu ci a claritate subduntur. Hoc ita factū est in paulo. Videntes enī illū ligatū cathenis ⁊ nichilominꝫ in carcere p̄dicantē vi dentes etiā vi lneratū ⁊ tñ verberantes ip̄os sermonē capien tē maiorē p̄fecto fiduciā colligebant id q̄d significans ait ita vt plures efratribꝫ confidentes in vincul̄ meis habundanter auderent sine timore verbū dei loqui. Tunc cerciorē alacrita tē ⁊ ip̄e capiebat ac vēxemenciꝫ in aduersarios ferebat. Sicut enī ignis in diuersas pl̄imū materias incidens auget magis ⁊ incrementa sortiū sic etiā ligna pauli quibuscūqꝫ fuisse admo ta ad se eos continue transferebat. ⁊ npugnatores qꝫ in eiꝫ pa bulū spirituale efficiebat quia per ip̄os euangelij flamma ma gis crescebat. Hec Criso.

De septem fratribꝫ q̄ fuerūt filij be. felicitatis



Sep̄tes fratres fuerūt filij be. felicitatis qꝫ noīa sunt ianuariꝫ. fe lix. philippꝫ. siluanus alexāder. vitalis. mar/ cialis. Hos omnes cū matre iussu imperato ris anthonij bublius p̄fectus a se vocari fecit. Sua sitqꝫ matri vt sui ⁊ filioꝝ suoruꝫ misereri deberet. q̄ ait Neqꝫ blandicijs tuis potero allici nec terro ribꝫ frāgi. Secura eī sum de spiritu sancto

quē habeo q̄ te sup̄abo iuua ⁊ meliꝫ vincā occisa. Et cōuersa ad filios ait videte filij in celū ⁊ sursum aspiciate carissimi. q̄a ibideꝫ x̄ps nos expectat. fortiter p̄ x̄po pugnate ⁊ fideles vos in x̄pi amore exhibete. Quod p̄fectus audiens eam alapis cedi iussit. Cū ergo mater ⁊ filij in fide cōstantissimi apparerēt

omnes matre vidente & confortante diuersis sunt suppliciis pempti. Hanc bea. felicitatem vocat grego. plusq̄ matrem q̄a sepcies passa ē in vij. filiis & octauo in corpore suo. Gregori⁹ in omelijs beata felicitas que credendo extitit ancilla xpi predicando etiam facta est martir cristi septem quippe filios sic post se relinquere timuit viuos ī carne sicut carnales parētes solent metuere ne mortuos premittant parturriuit spū quos carne peperat vt predicando pareret deo quos carne peperat mundo filios suos quos carne suam esse nouerat sine dolore non potera morientes videre. Sed erat vis amoris interior q̄ dolorem vinceret carnis. Recte ergo hanc feminam ultra matrem dixerim que tociens in filiis est & tam desideranter extita. Dum enim multiplex martirium obtinuit ipsa quoq; martiriū palmam vicit. Quia ⁊ amore xpi sola mors sua ei minime suffecit. Passi sunt circa annos domini. M. ix.

De sancta Theodora



Theodora nobil' mulier & sponsa apud alexandriam tempore zenonis imperatoris virum habebat diuitem ac timentē deum. Dyabolus autem Theodre inuidens sanctitati virum quendam diuitem in illius cōcupiscenciam incitauit. Qui eam crebris nuncijs & muneribus molestabat vt assensum sibi preberet. Sed

illa nuncios respuebat & munera contēpnebat. Intantū autē eam molestabat q̄ ipsam quietem habere non permetteret. Et pene deficere videretur. Tandem quandam magam ad eā misit que eam vt viri illius miseretur sibiq; consentiret plurimum hōetabatur. Que cum diceret se coram oculis dei cuncta cernentis tam grande peccatum nunquam committere malefica. Adiunxit quidq̄ in die fit hoc utique deus scit ⁊ videt. Quidquid autem aduesperascente & occidente sole committit deus minime intuetur. Dixitq; puella malefice. Nunquid veritatem dicis. Et illa etiam dico veritatem. Decepta puella verbis malefice dixit vt aduesperascente die virum ad se venire faceret & voluntatem suam adimpleret. Quod cum iuro retulisset ille vehementer exultans hora qua condixerat ad eam venit secumq; concubuit ⁊ abcessit. Theodora autem ad seipsam rediēs amarissime flebat & faciem suā percuciebat dicēs

Heu heri me perdidisti animam meam destruxisti aspectum decorem
mei. Vir autem eius domum rediens & uxorem suam sic desolatam
& merentem videns causam tamen nesciens eam consolari nitentur.
Sed illa nullam consolationem percipere volebat. Mane autem facto quoddam monasterium monialium adiit & abbatissam interrogauit an deus quoddam graue delictum quod die aduersperascente commiserat scire posset. Cui illa. Nihil deo abscondi potest & deus scit & videt omne quod fit quacumque hora illud committat. Que flens & amare dixit. Da mihi librum sancti euangelii ut sortiatur me metipsam. Aperiens reperit quod scripsi scripsi. Rediens ergo domum dum quadam die vir suus abesset comam suam precidit. Vestimenta viri assumens ad quoddam monasterium monachorum quod per viii milia distabat festinauit & ut ibidem cum monachis reciperetur petijt & quod petijt impetrauit. Interrogata de nomine dixit se theodora nuncupari. Illa vero officia omnia humiliter faciebat & eius seruiciu omnibus gratum fuit. Post aliquot ergo annos abbas fratrem theodorum vocauit & ut boues iungeret & oleum de ciuitate afferret precepit. Vir autem eius plurimum flebat timens ne cum viro altero recessisset. Et ecce angelus domini sibi dixit. Surge mane & sta in via martiri petri apostoli. Et quae tibi obuiauerit ipsa tua uxor erit. Quo facto theodora cum camelis venit & virum suum videns & recognoscens intra se dixit. Heu me vir bone meus quantum laboro ut eripiar a peccato quod feci in te. Cum autem appropinquasset salutauit eum dicens. Gaudeat dominus meus. Ille autem eam penitus non cognouit. Sed cum diutissime expectaret & se deceptum clamaret facta est vox ad eum dicens. Ille qui te heri mane salutauit uxor tua erat. Tante autem sanctitatis fuit beata Theodora ut multa miracula faceret. Nam & hominem a bestia laceratum eripuit & suis precibus suscitauit. Ipsam bestiam insecuta maledixit quae subito mortua corruit. Dyabolus autem sanctitatem suam ferre non valens eidem apparuit dicens. Meretrix pro omnibus & adultera reliquisti virum tuum ut huc venires & me contempneres per virtutes meas tremendas in te suscitabo prelium. & si non te fecero crucifixum negare non dicas quia ego sum. Ipsa autem in signum crucis sibi edidit & protinus demon euauit. Quadam autem vice dum de ciuitate cum camelis rediret. Et in quodam loco hospitata fuisset puella quaedam nocte ad eam venit dicens. Dormi mecum. Que cum respueret iuit ad alterum quod in eodem loco iacebat. Cum autem eius ueter intumuisse & de quo ceperisset;

interrogata fuisset ait. Monach⁹ ille theodor⁹ dormiuit mecum
 Natum igitur puerum ad abbatem monasterij transmiserunt
 Qui cum theodorū increparet et ille sibi indulgeri peteret scalpulis
 suis puerum imposuit et de monasterio proiecit. Illa
 autē abiecta per vij. annos extra monasteriū mansit et de lacte
 pecorū infantem nutriuit. Dyabolus autē tante eius paciencie
 inuidens in speciem viti sui se transfigurauit eiq; dixit Quid
 hic agis domina mea ecce langueo pro te nec aliquam conso-
 lationem recipio veni ergo lux mea quia si cū viro alio iacui
 isti hoc tibi iudulgeo. At illa credens virum suū esse dixit ad
 illū nunq̄ amplius tecum manebo quia filius iohannis mili-
 tis iacuit mecum et volo agere penitentiā de eo q̄ in te peccaui
 Et cū orasset statim euauit et demonem fuisse agnouit. Alte-
 ra iterū vice dyabol⁹ volens eam terrere in similitudinem fera-
 rum terribiliū demones ad eam venerūt et vir quidam insti-
 gas eas dicebat Comedite meretricem hanc illa autē orauit ⁊
 euauerunt. Altera vice multitudo militum veniebat quā pri-
 ceptus precedebat et eum ceteri adorabant. Dixerūtq; milites
 theodore Surge et adora principem nostrum. Que respondit
 dominū deum adoro. Quod cum principi nunciatum fuisset
 iussit eam adduci et tot tormentis affici vt mortua putaretur
 et postmodum omnis turba euauit. Alia iterū vice vidit ibi-
 dem aurū multū que signans se illud refugit et deo se recōmē-
 dauit. Altera etiā vice vidit quendam camstrū plenum omni
 genere ciborū ferentem et dicentem sibi Dicit princeps qui
 te cecidit tolle comede quia nesciens fecit hoc. Illa autē se sig-
 nauit et p̄tinus euauit. Cōpletis autē vij. annis abbas pacien-
 ciam eius cōsiderās eam recōciliauit ⁊ cū puero suo in mona-
 steriū introduxit. Vbi cū duos postmodū annos laudabili-
 ter peregisset puerum accepit et secum illū in cella sua clausit
 Quod cū abbati reuelatū fuisset misit quosdam monachos
 qui diligentius ascultarent quid nam cum eo loqueretur. Illa
 autē puerū amplexans et deosculans dixit Fili mi dulcissime
 tempus vite mee venit Relinquo te deo ip̄m patrem et adiu-
 torem habeas fili dulcissime ieiunijs et orationib⁹ insistas et
 fratrib⁹ tuis deuo e seruias et hec dicens spiritū tradidit et in
 domino feliciter obdormiuit circa annos dñi cccc. lxx. Quod
 puer cernens plurimū flere cepit. In ip̄a autem nocte visio
 abbati monasterij monastrata est in hunc modum nupcie
 maxime parabantur et veniebant ordines angelorum et p̄-
 phetarum et martirum et omnium sanctorum et ecce in me-
 dio eorū mulier sola gloria ineffabili circūdata et venit vsq;
 ad nupcias et sedit super lectū et oēs astantes adorabant eam

Et ecce vox dicēs .Hic est abbas theodor⁹ qui falso de puero
 accusatus est .Vij tempora super ea mutata sunt .castigata est
 enī quia cubile viri sui coinquinauit .Excitat⁹ autem abbas
 concitus cum fratrib⁹ ad cellam ei⁹ iuit & eam iam defunctā
 inuenit Et intrantes ⁊ disco opientes ipsam esse feminā inue/
 nerūt .misit q; abbas p̄ patre puelle q̄ eā infamauerat ⁊ dixit
 illi Vir filie tue mortu⁹ est Et auferens vestimētum mulierē
 esse cognouit .Factus est igitur timor magnus super omnes
 qui hoc audierunt Angelus autez domini abbati locutus est
 Surge velociter equum ascende ⁊ vade in ciuitatem & si quis
 obuiauerit assume & tecum adduc qui dum pgeret quidam
 vir currens sibi obuiauit .Quem cū abbas interrogaret quo
 pergeret ille ait .Mulier mea mortua est & vado videre eam .
 Et assumpsit abbas virum Theodore in equum Et venientes
 plurimum fleuerunt & ipsam cum multis laudib⁹ sepelierūt
 Vir autē eius cellam vxoris sue theod .accepit & ibidez perma/
 nens tandē in domino obdormiuit .Puer autē theodore nutri/
 cem sequens omni morum honestate pollebat ita q; mortuo
 abbate monasterij in abbatem ipse vnanimiter est electus .

De nomine



Argareta dicitur ⁊ quada; preciosa gē/
 ma que margarita vocatur Que gēma
 est candida .parua & virtuosa .Sic bēa
 margareta fuit candida per virginitatē
 parua per humilitatē .Virtuosa per mi/
 raculorum operatiōem .Virtus autem
 huius lapidis dicitur esse contra sang/
 uinis effusionē .contra cordis passionē
 ⁊ ad spiritus confortacionem .Sic beata marga .habuit vir/
 tutem contra effusionem sui sanguinis .per cōstanciam quia
 in suo martirio cōstantissima extitit .Contra cordis passionē
 idest demonis temptationem per victoriam quia ipsa dyabolū
 superauit .Ac spiritus confortacionem per doctrinam .quia p̄
 suam doctrinam multoꝝū animos confortauit ⁊ ad fidem xp̄i
 conuertit .Cuius legendam theotinus vir eruditus scripsit .



Margareta
de citate a/
thiochie fi
lia fuit theodosij gē
tiliuz patriarche. hec
nutrici tradit & ad
adultam etatem vel
niens baptizat & pp/
ter hoc exosa p̄ri pli
mum habebat. Qua
dam igitur die dum
iam ānū. xv. attigiss̄
Et cuꝫ alijs virgini
bus oues nutriticis cu
stodiret prefectus oli
brius inde transiuz
faciens & puellā taz

spetiosam considerans mox eius amore exarsit & pueros ad
se concitus misit dicēs. Te & eam comprehendite vt si libera
est eam mihi in vxorē accipiā. Si ancilla ē eā mihi i cōcubinā
habeā. Cū ergo eius fuiss̄ cōspectui presentata eā de genere
suo ac nomine & religione requisit. Illa autem respondit se
genere nobilem noīe Margaretham ac religione cristianam.
Cui prefectus Duo prima tibi recte ueniūt quia nobil' ha/
beris & pulcherrima margarita cōprobaris. Sed tertiuꝫ tibi
non conuenit vt puella tā pulchra & nobilis deū habeat cru
cifixū. Cui illa. Vñ scis xpm fuisse crucifixū. Et ille ex libris
xpianoz. Cui Margaretha. Cū igitur legatur pena christi &
glōria que verecundia est vestra vt vnū credatis & alterz de/
negetis. Cum autē Margaretha eū spōte crucifixū fuisse pro
redemptiōe n̄a assereret s̄ nunc eū in eternū viuere affirma/
ret. iratus p̄fectus eā i carcerē mitti iussit. Sequēti autē die eam
ad se vocari fecit. Eiqꝫ dixit. vana puella miserere pulchritu/
dinis tue & deos n̄os adora vt tibi bñ sit. Cui illa. illū adora
quē terra tremiscit. mare formidat & omnes creature timēt
Cui p̄fectus nisi mihi p̄sentias corpus tuū faciaz laniari. Cui
Mar. xps in mortē semetipsum p̄ me tradidit & ideo p̄ xpo
mōi desidero. Tūc p̄fectus iussit eā in eculeū suspēdi & tā cru/
deliter p̄rio virgis. deinde pedinibz ferreis vsqꝫ ad nudationez
ossū laniari q̄ sanguis de eius corpore tanqꝫ de fonte purissi/
mo emanauit. flebāt autem qui ibi aderāt & dicebāt O Mar
garetha. vere de te dolemus quia corpus tuum taz crudeliter

laniari conspiciamus. O qualem amisisti pulchritudinē .ppter
tuam incredulitatē . Tamē nūc vel saltem crede vt viuas Qui
bus illa . O mali cōsiliarij recedite ⁊ abite hec carnis cruciacō
est anime saluatiō Dixitq; ad prefectū Impudens canis ⁊ in
satiabilis Leo in carne potestatē habes sed animā xps reseuat
Prefectus autem faciem clamide operiebat .Nec tantam sang
uinis effusionem videre poterat . De inde eam deponi fecit ⁊ eā
in carcerem recludi iussit ⁊ mira ibi claritas fulsit .vbi dū eff
orauit dominū vt inimicū qui secuz pugnat sibi visibiliter de
monstraret .Et ecce draco in mansissimus ibidez apparuit qui
dum eā deuoraturus impeteret signū crucis edidit ⁊ ille eua
nuit . Vel vt alibi legit os super caput eius ponens ⁊ linguaz
super calcaneum porigens eam protinus deglutiuit . Sed duz
eā absorbere vellet signo crucis se muniuit . Et ideo draco vir
tute crucis crepuit ⁊ virgo illesa exiuit . Istud autē q; dicit de
draconis deuoratiōe ⁊ ipsius crepatione apocrifum ⁊ friuolū
reputat . Dyabolus iterū vt eam decipere posset in speciem ho
minis se mutauit . Quem videns in oratione se dedit ⁊ dum
surrexisset dyabolus ad eam accessit ⁊ manum tenens dixit .
Sufficiant tibi que fecisti ⁊ deo nūc cessa de mea persona . Illa
autem eum per caput asphendit ⁊ sub se ad terram deiecit ⁊
super ceruicem eius dextre pedem posuit ⁊ dixit . Sternere su
perbe demon sub pedib; femine Demon autē clamabat . O bñ
Margareta superatus sum . Si iuuenis me vinceret nō curassem .
Ecce a tenera puella superatus sum ⁊ inde plus doleo q; a pa
ter tuus ⁊ mater amici mei fuerunt . Illa vero eum coegit vt
diceret cur venisset . qui se venisse ait vt sibi cōsuleret q; moitis
presidis obediret . Coegit q; vt diceret cur xpianos tam mul
tipliciter temptaret Qui respondit . Naturalem odium sibi eē
contra viros virtuosos . Et q; quis sepe ab eis repellat sed tamen
desiderio seduceudi ipse infestus existit . ⁊ quia inuidet homi
de felicitate quam ipse amisit q; uis eam recuperare non possit
ipsam tamen alijs auferre contendit . Addiditq; q; Salomō in
finitam demonum multitudinē in quodam vase inclusit post
mortem suam cum de illo vase demones ignē mitterent ⁊ ho
mines ibidem magnum esse thesaurum putarēt vas confrege
runt ⁊ demones exeuntes aërem impleuerunt . His dictis vir
go pedem subleuauit ⁊ dixit . Fuge miser ⁊ demō statim eua
nuit . Secura igitur efficitur quia que principem vicerat mini
strum proculdubio superaret . Sequenti igitur die conuenien
tib; populis iudici presentat ⁊ sacrificare stempnēs exiit . cor
pusq; facib; ardentib; cōburit . ita vt cūcti mirarent quō tam
tenera puella tot poss; tormēta sustinē . Deinde i vase pleno ac;

ipsam ligari & poni fecit vt ex punitum commutatione cresceret vis doloris. Sed subito terra concutit. Et cunctis videntibus virgo illesa egreditur. Tunc v. milia virorum crediderunt & pro nomine christi capitalem suam acceperunt. Prefectus autem timens ne alij conuerterentur concitavit beatam maria; Margaretham decollari precepit. Illa autem impetrato orandi spacio pro se & suis persecutoribus necnon & pro eius memoria; agentibus & se inuocantibus deuote orauit. Addens vt quecuq; in partu peclitans se inuocaret illesam prolem emitteret. Facta; est de celo q; in suis se nouerit petitionibus exaudita; surgensq; ab oratione dixit spiculatori frater tolle gladium tuum & percute me. Qui percutiens caput eius vno ictu abstulit & sic martirij coronam suscepit. Passa est autem xiiij. kal. augusti vt in eius historia inuenitur. Alibi legitur q; iij. ydus Iulij. De hac san- virgine sic dicit quodam sanctus be. Margareta fuit timoris dei plena iusticia pedita religione copta. Compunctione pfusa honestate laudabilis. patientia singularis. Nichilq; in ea stratiu religione cristiane inueniebatur odiosa patri suo delicta domino iesu christo.

De sancto Alexio.



Alexius fuit filius Euphemiani viri nobilissimi Romanorum & in aula imperatoris pmi Cui tria Milia puerorum assistebant. q; zonis aureis cingebatur & vestimentis sericis induebant. Erat autem pfectus Euphemianus valde misericors & singulis diebus in domo sua tres menses pauperibus orphanis viduis & peregrinis pabant quibus strennue

huiebat a hora ix. ipse cum viris religiosis cibum in timore domini capiebat. Cui vxor nomine Aglaes eiusdem religionis ac ppositi erat. Cum autem filium non haberent ad preces tamen suas dominus eis contulit filium. Post quem ipsi deinceps in castitate viuere firmauerunt. Traditus autem puer liberalibus disciplinis cum omnibus pbie artibus ipse floretet & iam ad puberem etatem venisset puella sibi de domo impali eligitur. Et sibi in coniugem copulatur. Venit nox in qua

cum sponsa sua suscepit secreta silentia. Tūc sanctus iuuenis cepit sponsam suam in dei timore instruere ac ipsam ad virginitatis puocare pudorem. Deinde anulū suū aureū & caput baltei quo cingebatur sibi seruanda tradidit dicens. Suscipe hoc & serua donec deo placuerit & dominus sit inter nos. Post hoc de substantia sua accipiens ad mare descendit. Ascēdensq; occulte nauem laodiciam vsq; deuenit. Inde q; p̄gēs in edisā ciuitatē sirie p̄fectus ē. Vbi ymago dñi n̄ri ihesu xpi sine hūa / no ope facta in sindone habebat. Quo pueniēs oīa q̄ secū detulerat pauperib; distribuit & vestimta vilia iduēs cū ceteris pauperib; ī atrio dei genitricis M. sedere cepit. De elemosinis vero q̄ntū sibi sufficē poterat sibi retinebat. Cetera vero alijs pauperib; erogabat. At vero p̄ de recessū filij plurimū ingemiscēs p̄ vnūq; mūdi ptes pueros suos misit q̄ eū inq̄rerēt diligenter. Quorū cū aliq; ad ciuitatē Edissā venissent ab eo cogniti sed ipsi eum n̄ime cognoscentes eidem cū ceteris pauperib; elemosinas tribuerūt. Quas accipiens deo gr̄cias agēs dixit. Gr̄cias tibi ago domine q̄a a seruis meis elemosinā recipere me fecisti. Reuersi autē pueri nūciant patri q̄ nūq; valeat repiri. Mater igit̄ sua a die sui recessus sacco in pavimento cubiculi sui strauit. Vbi euulans lamētabiles voces dabat dicens. Hic semper in luctu manebo donec filiū meū recuperauero. Sponsa vero ad focū dixit. Donec audiā de sponso meo dulcissimo instar turturis solitaria tecū manebo. Cū igitur alexius in p̄dicto atrio xvij. anno maneret in dei seruicio ymago tandē beate virginis q̄ ibidē erat custodi ecclesie dixit. Fac introire hominē dei q̄a dignus est regno celorū & spūs dei requiescit sup eum. Nam oratio eius sicut incensum in cōspectu dei ascendit. Cū autē custos de quo nā iterū ei dixit. Ille qui foris sedet in atrio ipse est. Tunc custos festinus exiit & ipm in ecclesiam introduxit. Quod factū dū cunctis innotesceret & ab oīb; venerari cepisset humanā gloriā fugiēs inde recessit & laodiciā venit. Ibiq; nauē ascēdēs cū in tharsū cilicie vellet p̄gere dispensante deo nauis a ventis pulsa in romanū portū deuenit qd̄ cernēs. Alexius ait intra se. In domo patris mei igit̄ notus manebo nec alteri onerosus ero. Patrē igit̄ a palacio redeuntē mltitudīe obsequēciū circūdatū obuiū hūit. ac post eū clamare cepit. Serue dei me pegrinū in domo tua suscipi iubeas & de micis mēse tue me nutrirī facias. vt tui q̄ pegrini dignet̄ dominus misereri. Qd̄ audiēs p̄ ob amorē filij sui eum suscipi iussit & locū p̄priū in domo sua constituit. Et cibū de mēsa sua tribuit & ministrum proprium delegauit. Ipse autē in oracionibus perseverabat & corpus suum ieiunijs & vigilijs macerabat. Famuli autem dominus ipsum multipliciter

deridebant & aquam utensilium super caput eius frequenter fundebant. Sed ipse ad omnia patiens valde erat. xvij igitur annos in domo patris permansit sic ignotus. Videns g̃ per spiritum q̃ appinquaret terminus vite sue cartam cum atramento petiit. & totum ordinem vite sue ibidem conscripsit. dominica igitur die post missarum solennia ī sanctuario vox de celo insonuit dicens. Venite ad me. o. q̃. l. & o. e. & e. r. vos q̃d audientes omnes territi in facies suas ceciderunt. Et ecce vox secundo dicens. Querite homines dei vt orēt pro Roma. Querentibus illis & minime inuenientibus iterum dictū est. In domo Euphamiani q̃rite. Reqsitus ille se nichil scire de hoc dicebat. Tunc imparatores archadius & honorius vna cum pōtifice, Innocentio ad domum predicti viri venerunt. Et ecce minister alexij ad dominum suum venit dicens. Vide dñe ne ille peregrinus noster sit. quia magne vite & patientie homo est. Currens igitur Euphemianus eum defunctum reperit & vultum eius tanqm̃ angeli rutilantem vidit. Voluitq; cartā quam in manu habebat accipere. Sed nequiuit. exeūte igitur eo cum hoc imparatores & pontificibus retulisset & illi ad euz intrassent dixerūt. Quamuis peccatores simus regni tñ gubernacula gerimus & hic curam vniuersalem regiminis pastoralis. Da igit̃ nobis cartā vt sciam⁹ que in ea scripta sunt. Et accedens pontifex cartam de manu sua accepit & ille eam statim sibi dimisit. Fecitq; eam legi coram omni populo & multitudine & patre ipsius. At euphemianus hoc audiens nimio dolore conturbatus obstupuit & factus exanimis resolutusq; viribus in terram decidit. Cum vero aliquantulū ad se redisset vestimenta sua scidit. Cepitq; canos capitis sui euellere barbā trahere atq; semetipsuz discerpere ac super filij sui corp⁹ exclamabat. Heu me fili mi quare me sic cōtristasti & per totos annos michi dolores & gemitus incussisti. Heu me miserum quia te video baculum senectutis mee in grabato iacentem & non loquentem michi. Heu me qualem consolationem de cetero habere poterō. Mater vero eius hoc audiens quasi leona rumpens rete scissis vestimentis ruens. coma dissoluta ad celum oculos leuabat. Et cum pre nimia multitudine sanctorū corpus adire non posset clamauit dicens. Date michi viri adiutum vt videam filium meum. vt videam consolationem anīe mee. Et qui suxit vbera mea. Et cum peruenisset ad corpus incumbens super illud clamabat. Heu me fili mi lumen oculorum meorum quare sic fecisti & tam crudeliter nobiscum egisti. Videbas patrem tuum & me miseram lacrimantes & non ostendebas teipsum nobis. Serui tui iniuriabant & sustiebas.


& iterū atq; iterū, psternebat se supra corpus ⁊ nūc brachia
 sup illud expādebat nūc manib; angelicū vultū cōtrectabat
 osculansq; clamabat plorate mecū omnes q̄ adestis quia per
 xvij. annos eum in domo mea habui ⁊ non cognoui q̄a vnice
 filius meus esset. Serui eum etiam conuiciabant ⁊ alapis per
 cuciebāt Heu me quis dabit oculis meis fontem lacrimarū
 vt plangam die ac nocte dolorē anime mee. Sponfa vero eius
 induta veste adriatica cucurrit plorans ⁊ dicens. Heu me q̄a
 hodie desolata sum. ⁊ apparui vidua iam non habeo in quē
 conspiciam nec in quē oculos leuem nunc ruptū est speculū
 meū ⁊ perijt spes mea. Ammodo cepit dolor qui finē nō ha
 bet. Populus autē audiens hoc lacrimabiliter flebat. Tunc pon
 tifex cum imperatorib; posuerūt corpus in honorato feretro
 ⁊ duxerunt in mediam ciuitatē ⁊ nunciatū est populo inue
 tum esse hominē dei. Quē ciuitas tota querebat ⁊ omnes ob
 uiam currebant sancto. Siquis autē infirmus illud corpus sa
 cratissimum tangebāt protinus curabatur ceci visum recipie
 bant. demomaci curabantur. Imperatores autem tanta mira
 bilia videntes ceperunt per se cū pontifice lectum portare vt ⁊
 ipsi sanctificarētur ab eodem corpore sancto. Tunc Imperato
 res iusserunt copiam auri ⁊ argenti in plateis spergi vt turbe
 occuparent amore pecuniarū ⁊ sinerēt corpus sanctū perducī
 ad ecclesiam. Sed plebs amore pecuniarū se posito magis ac
 magis ad tactū sacratissimi corporis irruerat. Et sic cū mag
 no labore ad templum sancti bonifacii martiris illud tandem
 perduxerunt ⁊ illic per vij. dies in die laudib; persistentes ope
 rati sunt monumentū ex auro ⁊ gemis ⁊ lapidib; preciosis
 in quo sanctū corpus cum magna veneratione collocauerūt
 De ipso q̄ monumento ita suauissim⁹ odor fragrauit vt oib;
 viderēt aromatib; esse plenū. Obijt autē xvi. kal. aug⁹ti circa
 annos domini dcc. xcvij.

De sancta Braxedis.

Braxedis virgo fuit beate potenciane soror que fuerūt
 sorores sancti donati ⁊ thimothēi qui ab aplis infide
 eruditi sunt. Qui cum persecucione seuiente multoꝝ

xp̄ian̄ or̄ corpora sepelissent ⁊ facultates suas pauperibus erogassent tandem in pace quieuerūt . Circa annos domini c. lv. sub marco ⁊ anthonio secundo .

De nomine



Maria interpretatur amarū mare vel illūi-
natrix Aut illūinata . Per hec tria intelli-
guntur tres partes optime quas elegit
scilicet pars penitentie pars contemplatio-
nis in terne ⁊ pars celestis glorie . De q̄
triplici parte intelligit̄ q̄d dicit domin⁹
maria op . p . e . x̄c . Prima enim pars nō
auferetur ratiōe finis que est cōsecutio

beatitudinis . Secunda ratione continuitatis q̄a contemplatio
vie continuatur cum contemplacōne patrie . Tercia ratiōe sue
eternitatis . Inquātū igitur elegit optimam partem penitēcie
dicitur amarum mare quia ibi multam amaritudinē habuit
q̄d patet quia tot lacrimas fudit q̄ inde pedes dom̄i lauit . In
quantum elegit optimā partem contemplationis interne d̄r̄
illūinatrix quia ibi hausit auidē q̄d postmodū effudit abūde
ibi lumen accepit quo postmodum ceteros illustrauit . Inq̄n-
tum elegit optimā partē celestis glorie dicitur illuminata q̄a
nunc illuminata est ⁊ lumine perfecte cognitionis in mente ⁊
illuminabitur lumine claritatis in corpore . Magda'ena dicit̄
quasi manēs rea vel magdalena interpretatur munita vel inuic-
ta vel magnifica per que insinuat̄ qualis fuit ante cōuersio-
nem qualis in conuersione ⁊ qualis post conuersionem . Nā
ante cōuersionem fuit manens rea per obligatiōē ad penam
eternam . In conuersione . vel munita vel inuicta per penitencie
armaturam . Optime enim omnibus armis penitencie se mu-
niuit quia q̄t in se habuit oblectamenta . tot de se reperit hōc/
causa . Post conuersionem magnifica per gratie superabun-
danciam q̄a vbi abundauit delictū superabūdauit ⁊ gracia .

De sancta maria Magdalena.



Maria magdalēa a magdala castro cognominata clarissimis est octa natalibus utpote ex regia stirpe descendenti cuius pater syrus mater vero eucharistia nuncupata est hec cum fratre suo Lazaro et sorore sua marta magdalu castro quod est secundo miliario a gēzaret Bethaniā que est iuxta iherosalem & magnam Te

rosolimorum partem possidebat. Qui tamen omnia inter se taliter diuiserunt quod maria magdalēa a quo et magdalena nuncupata est Lazarus partem urbis iherosalem et martha bethaniam possiderunt. Cum autem magdalena deliciis corporis se totam exponeret et Lazarus plene milicie vacaret Martha prudens partes sororis et fratris sui strenue gubernabat et militibus et famulis suis ac pauperibus necessaria ministrabat. Omnia tamen hec post ascensionem domini vendiderunt et ad pedes apostolorum precium posuerunt. Cum igitur magdalena diuitijs abundaret quia rerum affluentiam voluptas comes sequitur quanto diuitijs et pulchritudine splenduit tanto corpus suum voluptati substravit. Unde iam proprio nomine perditio peccatrix consueuerat appellari. Sed cum tristis illic et alibi predicaret illa intuitu inspirata diuino ad domum symonis leprosi ubi audiuit eum discubere properauit et non audens ut peccatrix inter iustos comparere retro secum pedes domini mansit. Vbi pedes eius lacrimis lauit capillis terxit et unguento precioso perunxit. Nam incole regionis illius propter vehementissimum solis ardorem unguentis et balneis utebantur. Cuius symon phariseus intra se cogitaret quoniam si hic esset propheta a peccatrice tangi se nequaquam permetteret dominus illum re superbia iusticia redarguit et mulieri omnia peccata dimisit. Hec est igitur illa maria Mag. cui dominus tanta beneficia contulit et tanta signa dilectionis ostendit. Nam ab ea septem demonia expulsi in suo amore eam totaliter accedit familiarissimam sibi constituit hospitam suam fecit et procuratricem suam.

eam sibi constituit hospitam suam fecit et procuratricem suam
eam in itinere habere voluit et eam semper dulciter excusauit. Nam
excusauit eam apud phariseum qui dicebat ipsam immundam et apud
sororem suam que dicebat ipsam ociosam et apud Iudam qui dice-
bat eam prodigam lacrimantem videns lacrimas continere non potuit
Cuius dilecte quodriduanum fratrem suum resuscitauit Cuius amo-
re martha sororem suam a fluxu sanguinis quem septem annis pressa
fuerat liberauit. Cuius meritis marcellam sororis sue famulam
ut illud tam beatum et tam dulce verbum exclamans diceret beatum
venter qui te portauit dignam fecit. Nam secundum ambrosium illa fuit
martha et hec eius famula. Hec est in qua illa qui domini pedes lacri-
mis lauit capillis terxit et unguento punxit qui in tempore gratie
solemne penitentiam primo fecit qui optimam partem elegit qui ad pedes
sedens domini verbum eius audiuit et domini caput punxit que iuxta
crucem in domini passione fuit qui unguenta parans corpus eius un-
guere voluit qui a monumeto discipulis recedentibus non recessit. Cui
christus resurgens primo apparuit et apostolorum apostolam fecit. Post
ascensionem igitur domini scilicet anno xiiii. a passione cum iudei stephanum
iam diu occidissent et ceteros discipulos a iudee finibus eiecissent
diuersarum gentium discipuli subeunt regiones. verbum domini ibidem
seminantes. Erat autem tunc temporis cum apostolis beatus Maximinus
unde de lxxii. domini discipulis cui a be. p. ma. Magda. fuerat com-
mendata. In hac igitur dispersione beatus maximinus. maria M.
Lazarus frater eius martha soror ipsius et marcella pedisequa
marthe necnon et beatus cedonius qui cecidit a natiuitate extiterat sed
a domino fuerat liberatus omnes hijs in simul et plures alij christiani nauis
ab infidelibus impositi et pelago sine aliquo gubernatore expositi ut
omnes. scilicet. submergerentur domino tandem nutu marsilia aduenerunt
Vbi cum nullos qui eos hospicio recipere vellent iuenissent sub quadam
porticu qui phano gentis illius terre preerat morabantur. Cum autem be-
maria Mag. videret populum ad phanum confluere ut ydolum ymola-
ret assurgens vultu placido facie serena lingua diserta eos ab
ydolorum cultu reuocabat et christum instantissime predicabat et ami-
rati sunt vniuersi. pro specie pro facultate pro dulcedine eloquencie illius
Nec mirum si os quod tam pia et tam pulchra pedibus saluatoris infix-
erat oscula ceteris amplius verbi dei spiraret odorem. Post hoc autem
aduenuit princeps puencie illius cum uxore sua ut pro habenda prole
ydolis ymolarerent. Cui magda. christum predicans sacrificia dissuasit
Interea euolutis aliquot diebus curriculum apparuit in visu Magd.
illi matrone dicens Quare cum tot diuicijs abundes scilicet deus fame
et frige mori pro mittitis addidit et mercedem nisi marito suo psua-
deret ut sanctorum inopiam reuelaret iram dei omnipotentis incurreret.

Ipſa autem viro ſuo viſionem indicare timuit. Sequēti igit̃ nocte eidem ſimilia dicens apparuit ſed adhuc viro ſuo hoc i dicare neglexit. Tertio vero ſub intempeſte noctis ſilentio. ap paruit vtriq; fremens ⁊ irata vultu igneo ac ſi tota dom⁹ ar deret ⁊ ait. Dormis ne tyrāne mēbrum patris tui ſathane cū vīpa giuge tua que tibi indicare noluit verba mea. quieſcis ne crucis chriſti inimice diuerſis cibōrum generibus ventris tui reſecta ingluuie ⁊ ſanctos dei fame ⁊ ſitis permittis pīre Facce ne in palatio pannis inuolutis ſericis ⁊ illos deſolatos ſine hoſpicio vides ⁊ preteris. Non ſic inique non ſic euades nec in pīne feres q̃ tantū eis benefacere diſtulisti. Sic locuta eſt ⁊ abſceſſit. Cūq; matrona vigilans ſuſpiraret ⁊ tremeret viro ſuo eadem de cauſa ſuſpiranti ait. Domine mi vidisti ne ſomnium quod vidi. Vidi inquit ⁊ admirari ⁊ pauere non deſiro quid inde faciemus. Cui mulier vtilius eſt ei obtēpare quā irā dei ſui quez predicat icurrere. Quapropter ip̃os hoſ picio recepunt ⁊ eis neceſſaria miniſtrauerunt. Cum autem quadam die M. Magdalena predicaret predictus princeps dixit ei. Putas poſſe defendere fidem quam predicas. Cui illa Equidem illam defendere preſto ſum vtpote cotidianis mira culis ⁊ predicatione magiſtri mei petri qui rome preſidet ro boratam. Cui princeps cū coniuge dixit. Ecce dictis tuis per omnia obtempare pati ſumus ſi a deo quem predicas nobis filium impetrabis propter hoc inquit magdalena non rema/ nebit. Tunc beata Magdalena pro ipſis dominuz exorauit vt ſibi filium concedere dignaretur. Cuius preces dominus ex/ audiuit ⁊ matrona illa concepit. Tunc vir eius cepit velle p̃fi ciſci ad petrum vt probaret ſi vt maria Magdalēa de chriſto predicauerat ſic veritas ſe haberet Cui vxor dixit. Quid ē do mine putas ne ſine me proficiſci. Abſit. Te enim recedente re/ cedam. te veniente veniam. te quieſcēte quieſcam. Cui vir ait. Non ſic fiet domina etenim cum ſis grauida ⁊ in mari ſint in finita pericula de facili pereclitari poſſes. Domi igit̃ quieſcēs ⁊ poſſeſſionibus noſtris curam impendes. E contra illa inſta/ bat femineum nec mutans femina mōem. Et cū lactimis pe/ dibus eius obuoluta quod petebat tandem obtinuit. Maria ergo humeris eorum ſignum crucis impoſuit ne eos antiqu⁹ hoſtis in aliquo in itinere impediret. Nauem igitur omnib⁹ neceſſarijs copioſe onerantes cetera que habebant in marie Magdalene cuſtodia relinquētes proficiſci ceperunt. Jamq; vni⁹ diei ⁊ noctis curſu ſumato cepit nimiū mare itumeſcē Ventus flare ita vt omnes ⁊ maxime matrona granida ⁊ de bilis tam ſeuā inundatione fluctuum quaſſati grauiffimis

angustiis uegerentur .intantum q̄ in ea subito dolor partus
 irruit & inter angustias ventris & pressuras temporis filium
 parturiens expirauit. Natus igitur puerulus palpitabat. Et
 mamillarum maternarum querēs solacia .Lamentabiles da
 bat vagitus. procholor Et natus est infans uiuus & matri
 da .effectus moti cum conuenit cum non sit qui uite tribuat
 alimentum .Quid faciet peregrinus & cum uxorem mortuaz
 videat & puerum vagientē querulis vocibz matris mammas
 appetentem .Lamentabatur plurimum .Et dicebat Heu heu
 miser quid facies filium habere desiderasti & matrem cuz filio
 perdidisti. Naute acclamabant dicētes proiciat in mare .Hoc
 corpus anteq̄ in simul peream? .q̄ diu enim nobiscuz fuerint
 hec q̄ssacio non cessabit & cum corpus apprehendissent ut illud
 in mare ictarent .parcite inqt̄ peregrin? parcite. Et si nec mihi
 nec matri p̄cere uolueritis miseramini saltē paruuli vagientes
 Sinite modicuz & sustinete si forte mulier pre dolore in extasi
 posita adhuc valeat respirare & ecce non procul a nauī q̄dam
 collis apparuit quo viso uilius esse credidit corpus & pueru/
 lum illuc deferri q̄ matris beluis ad deuorandum dari .Et
 iuxta nautis prece & precio extorsit ut illic applicarent .Cūqz
 illic pre duricia foueam non potuisset effodere in secretiori pte
 collis clamide supposita corpus collocauit & puerulum mam
 mis eius apponens cū lacrimis ait .O maria Magda .cur ad
 perditionis mee cumulum marsilie .applicuisti cur infelix am
 monicōne tua hoc iter arripui .petisti ne deum ut mulier mea
 hac de causa conciperet ut periret. Ecce enim concipit & pari/
 endo mortem subiit Conceptusqz est natus ut pereat cum nō
 sit qui enutriat. Ecce quod prece tua obtinui Tibi enim omīa
 mea commendauī .Deoqz tuo cōmendo Si potens es memōr
 sis anime matris Et prece tua misereatur ne pereat nar? .Tūc
 clamide sua corp? cum puero circumquaqz operuit .Et post
 modum nauem conscendit .Cumqz ad petrum venisset petr?
 ei obuius fuit .Qui viso signo crucis in humero suo quis es?
 & unde ueniret sciscitatus est Qui omnia sibi per ordinē nar
 rauit .Cui petrus Pax tibi fiat Bene uenisti .Et utili consilio
 credidisti. Nec moleste feras si mulier tua dormit. Si paruul?
 cum ea quiescit .potens enim est dominus cui uult dona dare.
 data auferre .ablata restituere .& merorem tuum in gaudiuz
 cōmutare .Petr? autem ipm in Ierosolimā duxit & oīa loca
 in qbz xps p̄dicauit .miracula fecit .locū etiā ī q̄ pass? ē & ī q̄

 Tūc iussu regis aquilina suspendit et ligato ad eius pedes in/ genti saxo mēbra ei? omnia disrūpūnt Que cū migrasset ad/ dominum sōxor ei? Nicea in ignem picitur sed inde illesa exi/ ens p̄tinus decollatur Post hoc cristoforus regi presentatur
 Qui iussit eum virgis ferreis cedi et cassidem ferream et igneā in caput eius poni Deinde scamnū ferreum fieri fecit et cri/ stoforum ibidem ligari Et ignem iniecta pice succendi sed in/ star cere scamnū confringitur et cristoforus illesus egrediē
 Deinde iussit eum ad Iupitem ligari et a cccc militib; sagita/ ri sagitte aut omnes in aere suspendebant nec ip̄m aliqua con/ tingere potuit Rex autē putans ip̄m a militib; sagitatu cum/ eidem insultaret subito vna de sagitis ab aere veniēs et retro/ se vertens Regem in oculo percussit et ip̄m protinus exceca/ uit Cui cristoforus Crastina die cōsūmandus sum Tu igi/ tyranne lutum de sanguine meo facies oculum inunges et sa/ nittatem recipies Tūc iussu regis ad decollandum ducitur et ibi fusa oratione decollatur rex aut modicum de sanguine/ eius accipiens et super oculum suum ponens ait . In nomine/ dei et sancti cristofori Et continuo sanus effectus est Tūc rex/ credidit dans preceptum vt siquis deum et sanctum cristoso/ rum blasphemaret continuo gladio feriretur Ambrosius au/ tem in prefacione sic ait de hoc martire cristoforo tante vir/ tutis cumulum ⁊ doctrine gratiam domine cōtulisti vt xlviij/ milia hominum de gentilitatis errore ad cristiani dogmatis/ cultum coruscantibus miraculis reuocaret Quiq; Niceam ⁊/ aquilinam publico lupanari longo tempore sub meretricia/ sōrde famulantes ad castitatis habitum reuocauit easdemq; coronam percipere edocuit p̄pterea inter igneum rogam fer/ reo scamno constrictus nimium calorem non timuit atq; p̄/ diem integrum omnium militum sagittis transfigi non potu/ it . Ceterum vna ex hijs carnificis oculum collisit cui tamen/ be. martiris cruœ terre lumen restituit et corpore cecitatem/ tollendo illuminauit et mentem Nam et apud te veniam im/ petrauit atq; vt morbos et infirmitates repellat supliciter ob/ tinuit

Sequitur alia legenda

De septem dormientibus



Septem dormientes in ciuitate elixi orti sūt Decius autem imperator persequens xpianos cū venisset ephesum iussit edificari tēpla in medio ciuitatis cum omnes cū eo miserent sacrificijs ydolorum Cum ergo omnes xpianos inquiri iussisset et vinctos aut sacrificare aut mori oppelleret tantus penarum terror cūctis inerat q̄ amicus amicum et filium pater et patrem

filium ab negabat · Tunc in illa vrbe inuenti sunt cristiani vij Maxianus malchus marcianus dyonisius Thersapyon et constantinus Qui hoc videntes nimis dolebant Et cum essent p̄mi palacij sacrificia ydolorū spernentes in domo sua se celabant et ieiunijs et orationibz vacabant · Accusati igitur ante decium statuuntur et cōprobatī veraciter xpiani dato eis resipiscendi spacio vsqz ad reditum Decij dimittuntur At illi parimonium suū interim in paupes expendentes inito cōsilio ī monte celion cesserunt et ibi esse secrecius decreuerūt Diu ergo sic latentes vnus eorū semper ministrabat et quociens intabat urbem figura se mēdici a habitu vestiebat Cū ergo decius in urbem redisset et eos ad sacrificandum p̄quiri iussisset Malchus mister eorū territus ad socios redijt et eis furorem imperatoris indicauit Qui cū grauiter terrerētur malchus allatos panes eis apposuit vt cibo cōfortati fortiores ad prelium redderentur Postq̄ autem cenabant sedentes et colloquētes in luctu et lacrimis subito sicut deus voluit dormierunt Ma ne facto cū quesiti fuissent et inueniri non possent et decius doleret q̄ tales iuuenes perdidisset accusati sunt q̄ hucusqz in monte celion latuissent a sua xpianis pauperibz erogantes in suo proposito p̄manerent Iussit ergo decius vt parentes eorū adessent et cōmīatus est eis mortem nisi de eis dicerent q̄d scirent Illi aut eos similiter accusauerūt et diuicias suas cum pauperibz expendisse cōquesti sunt Tūc cogitans quid de eis

faceret nutu dei iussit os spelūce lapidibꝫ obstrui vt ibi fame
 mœrentur et inopia circūclusi Quod ministri quidem fecerunt
 ⁊ duo cristiani theodorus ⁊ rufinꝫ eorū martiriū descri-
 bentes caute inter lapides posuerūt Mœtuo igit̃ decio et tota
 illa generatione pꝫ annos ccc.lxxii.āno xxx. imperij theodosij
 pullulauit heresis eorū qui negabāt resurrectionē mœtuorū
 vnde cōtristatꝫ theodosius xpianissimꝫ impatorꝫ q̃a fidem tā
 impie agitari videbat indutꝫ cilicio sedēs in interiori loco pꝫ
 singulos dies flebat Quod videns misericors deꝫ cōsolari lus-
 gentes et cōfirmari spem de resurrectionē voluit mœtuorum et
 thesaurū sue pietatis apiens ita pꝫdictos martires fuscitauit
 Misit siquidē cor cuiꝫdaꝫ ciuis ephesi vt in illo mōte edifica-
 ret stabula pastoribꝫ suis Cemētarijs speluncā apientibꝫ sur-
 rexerūt sancti et se inuicē salutātibꝫ putabant se tantum vna
 nocte dormisse et pꝫdianā tristitiā recordantes interrogauerūt
 malchū qui eis ministrauerat q̃d de eis decio decreuisset At
 ille respondit Sicut dixi in sero quesiti fuimꝫ vt ydolis ymole-
 mus Ecce q̃d de nobis cogitat impatorꝫ r̃ndit maximianꝫ et
 deus scit qꝫ nō sacrificabimꝫ Cumqꝫ socios cōfortasset iussit
 malcho vt empturꝫ panes ad urbem descenderet et plures qꝫ
 heri ferens panes q̃d iussisset impatorꝫ rediēs nūciaret Tollēs
 ergo malchꝫ .v. solꝫ de spelūca exijt et videns lapides miratꝫ est
 Sed aliud cogitās parū de lapidibꝫ cogitauit Veniens igit̃ ti-
 midꝫ ad portā vrbis valde miratus est videns suppositū signū
 crucis vnde pꝫgens ad alterā partem dū idem signum inuenit
 vltra modū miratꝫ est videns omnes portas signo crucis ap-
 posito et mutatā ciuitatē Signāsqꝫ se ad pꝫmam portā redijt se
 existimās somniare Itēꝫ se cōfirmās et vultū operiēs urbem
 ingredit̃ et veniēs ad venditores panū audiuit hoīes loquētes
 de cristo Et ampliꝫ stupefactꝫ ait Quid est inqꝫt qꝫ heri nemo
 audebat xꝫm noīare et nūc omnes cristū cōfitentur Puto qꝫ
 hoc nō est ephesioꝫ ciuitas q̃a aliter edificata est sed aliam ci-
 uitatem nescio talē Et cū interrogās audisset hāc esse ephesū
 errare veraciter se putauit et redire ad socios cogitauit Acces-
 sit tñ ad eos qꝫ panem vendebāt et cū argenteos pꝫtullisset mi-
 rati venditores dicebāt adinuicē qꝫ ille iuuenis antiquum the-
 saurū inuenisset Malchꝫ vero eos adinuicē loquentes vidēs
 putabat qꝫ vellent eum trahere ad impatorem et territus ro-
 gauit eos vt se dimitterent et panes et argenteos retinerent
 At illi tenentes eum dixerunt ei Vnde es tu quia thesau ros
 antiquorum imperatorum inuenisti indica nobis et erimus
 socij tecum ⁊ celabimus te Et quia aliter celebrare non potes

Malchus vero non inueniebat quid diceret illis pre timore
Illi vero videntes eum in tacentem misso fune in coilo eius tra-
hebant per vicos vsq; in medium ciuitatis et exiit rumor ad
omnes q; quidam iuuenis thesauros inuenisset Congregatis
ergo ad eum vniuersis et eum mirantibus volebat eis satisfac-
cere q; nihil inuenerat et circumspiciens omnes a nemine cog-
nosce poterat et prospiciens in populū volebat cognoscere ali-
quem de sanguineis suis q; veraciter viuere putabat et nul-
lum inueniens stabat quasi insanus in medio populi ciuita-
tis Quod cum audisset sanctus martinus episcopus et antij pa-
ter proconsul qui nuper in vrbe aduenerat manducauerunt
ciuibus et eum caute adducerent Et argenteos eius Cumq;
a ministris traheretur ad ecclesiam putabat q; duceretur ad
imperatorem Episcopus igitur et proconsul mirantes argente-
os interrogauerunt eum vbi thesaurū incognitum inuenisset
At ille respondit nihil penitus inuenisse Sed de sacco paren-
tum suorum eosdem denarios habuisse Et interrogatus cuius
ciuitatis esset rēdit bene scio quod huius ciuitatis sum si tamē
hec est ciuitas Ephesiorū Proconsul dixit Fac venire paren-
tes tuos vt testentur pro te Quos cum nominasset et nullus
eos cognosceret dicebant eum fingere vt aliquo modo euade-
ret Et ait proconsul Quomodo credimus tibi q; hoc argentū
parentum tuorum fuerit cum scriptura eius habeat plusq;
tricentos septuagintasetem annos Et sic primorum dierum
Decij imperatoris et in nullo similes sint argenteis nostris et
quomodo parentes tui ante tantū tempus fuerūt Tu vero iu-
uenis vis deciperi sapientes et senes ephesi Idcirco iubeo te
legibus tradi donec confitearis quid inuenisti Tūc proci-
dens Malchus ante eos dixit Pro deo domini dicite mihi qd vos
interrogo a ego dico vobis quod est in corde meo Decius im-
perator qui fuit in hac ciuitate vbi est episcopus dixit Fili nō
est hodie in terra qui decius nominetur Imperator autem fu-
it longum tempus Malchus autem dixit In hoc domine ita
stupeo et nemo credit michi Sed sequimini me et ostendam
vobis socios meos qui sunt in monte celio et ipis credite hoc
enī scio q; a facie Decij imperatoris fugimus et ego sero vidi q;
ingressus est decius in hanc vrbe si tamen hec ē ciuitas ephē-
si Tūc episcopus cogitans in semetipso dixit proconsuli quia
visio est quam deus vult ostendere in iuvene isto Perrexerūt
ergo cum eo et ciuitatis plurima multitudo et ingressus est
primo malchus ad socios suos et post eum episcopus ingre-
diens inuenit retro lapides litteras sigillatas duobus sigillis
argenteis et conuocato populo legit eas et audientibus et

videntibus & admirantibus cunctis sanctos dei sedentes in spelunca
 & facies eorum tanquam rosas florentes procidentes glorificaverunt
 deum. Statimque episcopus & proconsul miserunt ad theodosium
 imperatorem rogantes ut cito veniret & mirabilia dei nuper
 ostensa videret. Qui protinus surgens de humo & de sacco in
 quo lugebat glorificans deum venit a constantinopoli ephesum
 & obviantibus ei cunctis ascenderunt simul omnes ad spelun-
 cam. Et mox ut sancti viderunt imperatorem resplenderunt fa-
 cies eorum sicut sol. Et ingressus imperator procidit ante eos
 glorificans deum & surgens amplexatus est eos & super singu-
 los fleuit dicens Sic video vos tanquam si viderem deum resusci-
 tantem Lazarum. Tunc dixit sanctus Maximianus ad eum
 Crede nobis quod propter te resuscitavit nos deus ante diem ma-
 gne resurrectionis ut credas indubitanter quod resurrectio mor-
 tuorum est. Vere enim resurreximus & vivimus. & sicut infans
 est in utero matris non sentiens lesionem & vivit sic fuimus
 viventes iacentes & dormientes & non sentientes. Et hijs di-
 ctis videntibus cunctis inclinantibus capita sua in terram obdor-
 mierunt & tradiderunt spiritus suos secundum dei imperium. Sur-
 gens autem imperator cecidit super eos flens & deosculans eos
 & cum iussisset fieri loculos aureos in quibus mitterentur in
 ipsa nocte apparuerunt dicentes imperatori ut sicut actenus
 in terra iacuerunt & ex terra resurrexerant. ita eos dimiteret
 donec deus iterum eos suscitaret. Tussit ergo imperator locum
 illum miratis lapidibus adornari & omnes episcopos resurre-
 ctionem confitentes absolvi. Quod .ccc. lxxij. annis dormisse di-
 cuntur dubium esse potest quia anno domini .ccc. xlviii. suum
 rexerunt. Decius autem regnavit vno tantum anno & tribus
 mensibus scilicet anno domini .cc. liij. & ita non dormierunt ni-
 si .ccc. vij. annis.

De nomine.

Nazarius dicitur quasi nazareus quod interpretatur con-
 secratus vel mundus vel separatus vel floridus aut cu-
 stodiens. In homine repiuntur hec quinque scilicet cogitatio
 affectio intentio actio & locutio. Cogitatio autem debet esse san-
 cta affectio munda intentio recta actio iusta & locutio mode-
 rata. Hec omnia fuerunt in beato Nazario habuit enim cogitationem
 sanctam. Et inde dicitur consecratus. Affectio mundam & inde
 dicitur mundus. Intentionem rectam & inde dicitur separatus. Inten-
 tio enim est que separat opera quia ex oculo simplici corpus
 lucidum. Ex oculo nequam corpus tenebrosum creatur. Actio-
 nem iustam & inde dicitur floridus quia iustus florebit sicut lili-
 um.

Locutionem moderatam & inde dicitur custodiens quia custodiuit vias suas & non deliquit in lingua sua. Celsus quasi excelsus quia se supra se extulit dum etatem puerilez virtute animi superauit. Horum vitam & passionem Ambrosius in libro Geruasij & prothasij repisse dicit. In quibusdam autem libris legitur quod quidam phis Nazario deuotus eius passionem descripsit quam cerarius qui sanctorum corpora sepeliebat ad caput ipsorum posuit

De sancto Nazario



Nazarius filius illustrissimi viti nomine africanus sed iudei & beate petre christissime & romanorum nobilissime & a beato Petro apostolo baptizatus cum haberet ix. annos plurimum mirabatur videns patrem suum & matrem in obseruatione religionis tam dissimiliter variari & quod mater sua legem baptismi. Pater vero suus legem sab

bati sequeretur. Vnde cui magis adherere deberet plurimum dubitabat cum vterque ad fidem suam eum attrahere niteretur. Tandem nutu dei vestigijs matris adhesit & a beato Lino papa sacrum baptismum suscepit. Quod pater intelligens cepit ipsum a sancto apostolo auertere & tormentorum genera que christianis inferunt per ordinem explicare. Quod autem dicitur eum a Lino papa baptizatum forte intelligitur non qui tunc papa erat sed qui futurus erat. Nazarius enim post baptismum sicut infra patet annis multis superuixit qui tamen a Nerone martirium pertulit qui petrum anno ultimo sui imperij crucifixit. Linius autem post mortem petri papa fuit. Cum autem patri nullatenus assentiret sed potius christum constantissime predicaret ad preces parentum que ne occiderent timebant de vrbe Roma exiit & vii. samarios de parentum diuicijs oneratos accipiens per ciuitates italie venit & omnia pauperibus erogauit. Decio autem anno digressionis sue a Roma placentiam & inde mediolis adueniens sanctos Geruasium & prothasium ibidem in carcere detineri reperit. Audito autem quod Nazarius predictos martires animaret cito ad prefectum pertrahit & in confessione christi perdurans fustibus verberat

Et sic ex vrbe illa proiectus dum de loco ad locum pergeret mater eius que obierat sibi apparuit & filium suum exortans vt ad gallias pperaret admonuit. Cumq; ad urbem gallie q̄ gemellus dicit aduenisset & ibidem plurimos ouerisset que dam matrona filium suum nomine celsum eleganter puerū sibi obtulit rogans vt ipm baptisaret & secum duceret. Quod pfectus galliarum audiens ipm cum puero cello retro manibus vinctum & collo catxena constrictum in carcere reclusit vt eum in crastino tormentis afficeret. Tunc vxor sua misit ad eum asserens iniustum esse iudicium vt innocentes occideret & deos omnipotentes vindicare presumeret. Quibus verbis p̄ses correctos sanctos absoluit sed ne ibi predicare presumeret admonuit & interdixit. Venit autē ad urbem treueris & ibi xpm primus predicans & multos ad fidem xpi conuertens ibidem sibi ecclesiam edificauit. Quod audiens cormelius vicarius Neroni imparatori mandauit. Quic milites ad euz capiendū misit. Quē cum illi iuxta oratoriuz quod sibi construxerat inuenissent manus eius ligauerunt dicentes. Magnus nero te vocat. Quibus nazarius incompotitus Rex incompotitos milites habet. Quare enī venientes honeste non dixistis. Nero te vocat & venisset. Vinctum igit ad neronem ducebāt & puerum celsum plorantez alapis cedentes vt sequeretur vt gebant. Quos cum Nero vidisset iussit eos in carcere recludi donec ipsos supplicijs excogitatis perimeret. Interea cu; Nēo quadam vice ad capiendas feras misisset Venatores subito ferarum multitudo erumpens viridarium neronis intrauit vbi multos lacerauit & plerosq; occidit. In tantum vt Nero turbatus diffugeret. Et vulnerato pede vix ad palacium perueniret. Multis autem diebus illius vulneris dolore decumbens tandem Nazarij meminit & putauit deos sibi iratos fuisse eo q̄ tamdiu ipsos viuere permisit. Insu igitur imparatoris milites Nazarium calcibus tundentes & puerum verberantes de carcere eduxerunt & coram imparatore statuerunt. Videns autem Nero faciem eius instar solis se fantastice deludi putauit & vt magicas artes deponeret sibi dixit. Ac vt dijs immolaret precepit. Ductus ergo Nazarius ad templum rogauit vt omnes exirent. Et sic eo orante omnia idola sunt confracta. Quod audiens nero iussit eum in mare precipitari precipiens vt si forte euaderet ipsum insequentēs igni comburerēt & puluerem eius in mare proicerent. Nazarius igitur & puer celsus naui imponuntur & in medium pelagius perducti ibi precipitantur. Sed statim circa nauem tempestas maxima cōcitur & circa sanctos tranquillitas magna cernitur. Cumq;

illi periclitari timerent ⁊ malorum que in sanctos comiserant peniteret ecce Nazarius cum puero cello super aquas ambulans hylari vultu eiusdem apparuit ac super nauem conscendens ipsis iam credentibus oratione sua mare placauit ac inde cum eis ad locum per passus fere de iuxta urbem Tanuen. p/uenit Vbi cum diuicius predicasset mediolis tandem vbi sanctos Geruasium ⁊ prothasium reliquerat venit. Quod cum anolmus prefectus audiuisset eum remanente cello in domo cuiusdam matrone in exilium direxit. Nazarius vero Romam veniens ⁊ patrem suum iam senem ⁊ christianum inueniens quomodo conuersus fuit inquisiuit. Cui dixit apostolus petrum sibi apparuisse ⁊ vt precedentes ad christum uxorem ⁊ filium sequeretur admonuisse. Deinde a templorum pontificibus ad urbem mediol. Vnde romam missus fuerat redire cum iniuria multa compellitur. Vbi cum puero cello presidi presentatur. Qui eductus extra portam Romanam in loco qui dicitur tres muti cum puero cello decollatus est Quorum corpora cum christiani rapuissent ⁊ in ortis suis collocaissent in ipsa nocte sancti cuidam nomine cerasio apparentes dixerunt vt eorum corpora in domo sua propter Nerone profundius sepeliret Quibus ille Queso domini sanate prius filiam meam paraliticam, Que cum continuo sanata fuisset corpora eorum tulit ⁊ vt iusserant sepeliuit. Post longum vero tempus dominus corpora eorum beato Ambrosio reuelauit. Celsum vero in loco suo relinquens Nazarium cum sanguine recenti quasi eadem hora sepultum miro odore fragrantem integrum ⁊ incorruptum cum capillis ⁊ barba reperiens ipsum ad ecclesiam apostolorum transtulit ⁊ ibi honorifice sepeliuit. Passi sunt autem sub Nerone qui cepit circa annos domini. lviij. de hoc martire sic dicit Ambrosius in prefatione Martir sanctus roseo iustratus cruore Nazarius celeste meruit conscendere regnum. Qui dum per innumera tormentorum supplicia crudelius vexaretur tyrannicam rabiem fidei constantia superabat. Nec potuit persecutorum illatis cedere minis quando pro se certante ipse actor victorie christus dominus dimicabat. Ducitur interea ad templum idolis prelebare prophanis quorum portenta diuino fultus presidio mox vt ingressus est redegit in puluerem Ob hoc liquidas maris inundas logis a terra pietatis angelici numeris famulatu solida inter fluctus vestigia presfigebat.

O felix ⁊ inclitus domini preliator qui mundi congressus p̄cipem innumeram populi multitudinem vite sociavit eterne
 O magnū ⁊ ineffabile sacramentum vt de illoꝝ potius salute letetur ecclesia quos punisse mundus exultat .O beata mater natoꝝ suoꝝ glōrificata tormētis q̄s non planctu nō gemitu ad inferna dēducit sed ad celestia eterna migrantes perpetua laude p̄sequitur .O testis fragrantissime nitōre celesti fu' gide cuius inestimabilis odor sabcicis prepollet aromatibꝫ .Quem ambrosius reperiens pennem patronū dedit ⁊ modicū fidei p̄pugnatoꝝ sacri prelij bellatoꝝem .Tu dudum multo latitātem puluere dragmam .Tu uenis accensa uerbi uirtute supna Vt pateant cunctis tua x̄p̄e munera sedis .Angelicos cernāt humanaqꝫ lumina uultus hec ambrosius.

De sancto Felice papa.



Felix loco li/berij i papaꝝ eligi ⁊ ordi/natur. Cum enim li/berius papa nollet arriane heresi assen/tire missus est in exilium a constantino filio sstantini ⁊ ibi p̄ trienniū moꝝatus est. Qua p̄pter uni/uersus clerus roma nus loco eius Felicē ordinauerunt ipso Liberio uolente ⁊ ssentiente. Qui q̄dēꝫ Felix concilio guo/

cato corāꝫ xlviij. episcopis Constantinū impatoꝝem arrianū hereticū ⁊ duos presbros sibi fauentes condempnauit . Qua p̄pter sstantinus indignatus Felicē de episcopatu suo deiecit et liberium eo pacto reuocauit vt scꝫ solummō constantino ⁊ alijs quos felix damnauerat s̄municaret. Liberius igit̄ tedio affectus exilij in heretica prauitate subscripsit ⁊ sic intantum persecutio excreuit vt q̄ plurimi sacerdotes ⁊ clerici Liberio nō p̄hibente intra ecclesiam sunt necati. Felix uero de episco/patu deiectus cum in predio suo habitaret inde eductus martiriū capitis obtruncacōe p̄meruit. Circa annos dñi ccc. xl.

De sancto Simplicio ⁊ Faustino.



Simplicius ⁊
faustina fr̄es
cū sacrificiæ
stenerent sub Dyo/
cleciano rome m̄ta
suplicia pertulerunt
⁊ tandem data super
eos sn̄ia decollati sūt
et in tyberim cōrpa
eoz̄ pieta s̄or̄ aut̄
eoz̄ nomine beatrix
eoz̄ cōrpa d̄ flumie
leuauit ⁊ honorifice
sepeliuit. Lucrecius
aut̄ prefect̄. Et eius
vicarī dū predium

ipsoz̄ abiret eā teneri fecit ⁊ vt ydolis ymolaret p̄cepit. Quā
rēnuentē lucrecī nocte a suis suis p̄focari p̄cepit. Cō corp̄
lucia virgo rapiēs iuxta fratres suos sepeliuit. Prefect̄ p̄ h̄
lucrecī prediū ip̄m intrauit. vbi facto amicis suis quiuio cū
martirib̄ insultaret. Infantul̄ q̄daz lac̄es p̄anis inuolut̄ de
gremio matris q̄ ibi aderat cūctis audiētib̄ exclamauit audi
lucreci. Occidisti ⁊ inuasisti. Ecce dat̄ es ī possessionē inimici
Statiq̄ lucrecī timēs ac tremens a demone arripit ⁊ p̄ tres
horas adeo ē vexat̄ vt in ip̄so quiuio m̄oreret̄. q̄d vidētes qui
aderant ad fidē ḡsi sunt. Et narrabant oib̄ passionem sancte
Beatrix virginis in continuo vindicatam. Passi sunt aut̄ circa
annos domni. cc. lxxxvij.



Martha hospi
ta cristi syro
p̄re Eucha
ria matre regali ex
progenie descendit.
P̄r̄ eī s̄irie ⁊ mariti
me multazq̄ orarū
dux extitit. Tria aut̄
oppida sc̄z magdalu
et bethaniam vtrāq̄
et ierosolimitane ve
bis p̄re; martha cū
s̄or̄e iure matre
hereditatis posside
bāt. Nunq̄ aut̄ legi
virum habuisse aut
hoim̄ stubniū sb̄isse

Ministrabat autem domino nobilis hospita & sororem piter ministrare volebat quia videbatur sibi q̄ ad seruiendum tanto hospiti non sufficeret etiam totus mundus. Post ascensionē domini cum facta esset dispersio discipulorū ipsa cum fratre suo Lazaro & sorore sua maria. Magd. necnon & beatus Maximinus qui eas baptisauerat & cui a spiritu sancto fuerant cōmendate multiq; alij ablatis remis vel ⁊ gubernaculis omnibus. & alimetis ratib; ab infidelib; includunt. Qui domino duce marsiliam peruenerūt. Tandem territoriū aquiesē adeunt & ibidem ꝑ ꝑlm ad fidem conuerterūt. Erat autē beata martha valde facunda & oīnib; gratiosa. Erat autē tūc tēporis sup rodanum in nemore q̄dam inter arelatem & auionē draco q̄dam medius animal. medius piscis grossior boue. longior eq̄ habens dentes vt spata. acutos vt cœrnua. vtraq; parte munitus qui latens in flumine omnes transeūtes ꝑimabat. Et naues submergebat. Venerat autē per mare de galacia asie gñatus aleuiatā qui est serpens aquosus & fortissimus & ab hōnachō animali q̄d galaciē regio gignit q̄d in sectatores suos per spacium iugeri stercus suū velud spiculū dirigit ⁊ quicq̄ tetigerit velut ignis exurit. Ad quem martha a populis rogata accedens ipsumq; in nemore quendam hominem mādicantem repertiens aquam benedictam super eum iecit ⁊ crucem quandam sibi ostendit. Qui protinus vidus vt ouis stās a sancta Martha proprio cingelo aligatur & illicito a populo lanceis & lapidibus perimitur. Vocabatur autem draco ab incōl' tarasconus. Vnde in huius memoriā lacus ille adhuc vocatur tarasconus qui ante vocabatur neiluc. id est niger lacus eoq; ibi erant nemora nigra & umbrosa. Ibi igitur beata Martha de licentia magistri sui maximini ⁊ sororis sue deinceps remansit & orationibus & ieiunijs indefinenter vacabat deinde congregato ibidem magno sororum conuento ⁊ ad honorem beate marie semper virginis magna edificata basilica satis sibi asperam duxit vitam carnem & omnez pinguedinem oua caseum & vinum vitans semel tantum in die edebat. Centius in die tociens in nocte genua flectebat. Quadam vice dum apud auionem inter urbem & fluuium rodani predicaret iuuenis quidam ultra fluuium consistēs eius verba audire desiderans cum nauigio careret nudatus natāre cepit. sed subito vi fluminis rapitur & protinus suffocatur cuius corpus vix secunda die inuentum ante pedes sancte marie resuscitandum presentatur. Illa vero in modum crucis sola prostrata taliter orauit. Adoney domine ihesu christe q̄ frēm

meum Lazarum dilectum tuum olim resuscitaſti respice mi-
hospes care ad fidem circumſtantiū & resuscita puerum istuz
& apprehenſa eius manu mox iuuenis surrexit & ſacrū ba-
ptiſma ſuſcepit. Refert euſebius in libro hiſtōiarum eccleſia-
ſticae .v. quia mulier emōroiffa poſtq̄m ſanata fuit in curia ſi-
ue viridario ſuo ſtatua fecit ad imaginem xp̄i cum veſte &
ſimbria ſicut ipſum viderat. Et eam plurimum reuerbatur.
Herbe vero ſub illa ſtatua crescentes que ante nullius erant
virtutis cum ſimbriam attingerent tante virtutis erāt vt mul-
ti infirmi inde ſanarent̄. Illā aut̄ amōroiffam quam domin⁹
ſanauit. Ambroſius dicit fuiſſe martham. Refert autem Iero-
& habetur in hiſtōria tripertita q̄ iulianus apoſtota imaginez
quam Emōroiffa fecerat inde ſuſtulit & ſuam ibidem collo-
cauit que ic̄tu fulminis confracta fuit. Obitum autem ſuum
ſibi dñs ante per annum reuelauit. In quo toto anno febril-
bus elaborans ante octauum diez ſui exit⁹ angelicos choros
ſōcōis ſue in celum animam deferentes audiuit. Que mox fra-
trum & ſōcōrum conuentu congregato ait. Mi comites & dul-
ciſſimi alumni michi queſo congratulamini quoniam angeli-
cos choros ſōcōis mee animaz ad ſedes politicas ferentes ouā-
ter cerno. O pulcherrima & mi dilecta ſōcōe viuas cum magi-
ſtro tuo & hospite meo in ſede beata. Statimq; beata Martha
exitum ſuum vicinum preſentiens ſuos ammonuit vt lumi-
naribus accenſis circa ſe vſq; ad obitum vigilarent. Nocte ve-
ro media ante tranſitus ſui diez cuſtodibus ſomno grauatis
ventus vehemens irruit & luminaria cuncta extinxit. Illa ve-
ro malignōrum ſpirituu; turbam cernens ōare cepit. Mi pa-
ter ely mi hospes care. Congregati ſunt ad deūcōandum me
ſeductōres mei ſcripta tenentes mala que geſſi Ely ne elōges
a me ſed in adiutōrium meum intende. Et ecce ſōcōem ad ſe
venientem vidit que manu facem tenens cereos & lampades
inde accendit. Dumq; altera alteram proprio nomine voca-
ret. Ecce chriſtus aduenit dicens. Veni dilecta hospita & vbi
ego ſum illic mecum eris tu me ſuſcepisti in hoſpicō tuo ego
te recipiam ī celo meo & inuocantes te exaudiam amōre tuo
Apropinquante vero hora ſui tranſitus ſōcōas deferri ſe fecit
vt celum poſſet videre. Iuſſitque ſe in terra ſuper cinerem
poni & ſignum crucis cōram ſe teneri & in hec verba ōauit.

Hospes mi care hanc pauperulam tuam custodi & sic mecum dignatus es hospitari sic me suscipe in hospicio tuo celestium sitque ut passio secundum Lucam coram se legatur. Et cum diceretur Pater in manus tuas commendo spiritum meum illa emisit spiritum. Sequenti vero die scilicet dominica dum circa corpus eius laudes exolueret. Circa horam tertiam apud petrogæicas beato fronconi missas celebranti et post epistolam in cathedra dormitanti dominus apparuit dicens ei. Dilecte mi fronco si vis adimplere quod olim hospite nostre pollicitus es surge velociter sequere me. Quo iussa complente subito ambo tarasconum venerunt. Et circa corpus eius psallentes totum officium ambo ceteris. Respondentibus peregerunt. Et corpus eius in sepulchro suis manibus collocauerunt. Verum dum apud petrogæicas finitis cantibus dyaconus euangelium lecturus benedictionem petens episcopum excitavit. Ille vix excitatus Respondit fratres mei cur me excitatis. Dominus ihesus christus ad corpus Marthe hospite sue me duxit et ipsam tradidimus sepulture. Dirigite igitur illuc velociter nuncios qui nobis anulum nostrum aureum et cyrothecam crispas deferant. Que dum ad corpus sepeliendum me aptarem sacriste commendaui. Et ex obliuione dimisi quia me tam cito excitatis. Missi nuncios et hoc ut episcopus dixerat inuenientes anulum et solamque cyrothecam attulerunt. Aliam vero in huius rei testimonium sacrista retinuit. Addidit quoque beatus fronco dicens. Cum post sepulturam ab ecclesia exiremus frater quidam illius loci litteris peritus nos insecutus dominum interrogauit quo nomine vocaretur. Cui ille nichil respondens ostendit ei codicem quem in manu tenebat apertum in quo nichil aliud erat scriptum nisi versibus iste. In memoria eterna e. i. hospita mea ab au mala non timebit in die nouissimo. Cum vero codicem reuolueret cunctis folijs hoc reperit scriptum. Cum autem ad eius sepulchrum crebra miracula fierent. Clodoueus Rex francorum christianus effectus a sancto Remigio baptisatus cum grauem Renum pateretur dolorem ad eius tumulum veniens sanitatem integram reportauit. Quapropter illum locum ditauit et trium. M. spacio in giro ex utraque parte rodani terrarum villas et castra dedit locumque illum liberum fecit. Marcilla vero eius famula vitam conscripsit ipsi que post modum in sclauoniam pergens et ibi euangelium christi predicans post .x. annum a dormitione marthe in pace quieuit.

De sancto Abdon et sennem.



Abdon & sen-
nez sub decio
imparatore
martiriuz passi sunt.
Cum ei decius impa-
torē babiloniā cū alijs
prouincijs supasset.
quosdā xpianos ibi
inuenit quos secū ad
urbem cōdulā dedu-
cēs diuersis supplicijs
consummauit. Et eos
duo sub reguli rapiē-
tes. scz abdon & senne
sepelierūt. vnde accu-
sati & decio p̄sentati
Romam post euz vin-

cti cathenis ducunt & in cōspectu decij & senatus introducti
aut sacrificare & rerū suarum recipere libertatē aut moribz be-
stiarum deuorari iubent. Contemntes itaqz & expuentes in
simulachra ad theatrū p̄trahunt & ad eos duo leones & vrsi
iiii. dimittunt qui cū sanctos non tangerēt sed etiā custodirēt
iniectis eos gladijs occidunt & ligatis pedibz tracti sunt & ia-
ctati ante simulacrū solis. Qui cum ibi triduo iacuissent Qui-
rinus subdiaconus eos collegit & in domo sua sepeliuit. Passi
sunt autē circa annos dñi. cc. Tempore autēz constantini ipsi. iiii.
martires eorū cōpora reuelauerunt & a christianis translata
sunt in cimiterium pontiani. vbi dominus per eos multa pre-
stat beneficia populorū.

De nomine.

Germanus dicitur a germine & ana quod est sursum
quasi supernum germen. Quia enim reperiuntur in se-
gete germinante. scz calor naturalis. humor nutrimen-
talis. & ratio seminalis. Beatus igitur Germanus dicitur qua-
si semen germinās quia in ipso fuit calor per feruorem dilecti-
onis. humor per pinguedinem deuotionis. & ratio seminalis
per virtutem predicationis per quam multos in fide & moribz
generabat. Cuius vitam constantinus presbiter ad sanctum
censurium episcopum altisiodoreñ scripsit.

De sancto Germano.



Oermanus nobilissim⁹ generere in vrbe altisiodoro natus & liberalib⁹ studijs plurimū eruditus tandē Romā ad discendam Iuris sciam est profectus. Vbi tm̄ dignitatis accepit vt eū senatus ad gallias trāsmitteret vt apicē ducat⁹ toci⁹ burgundie obtineret Cum g⁹ altisiodoreñ· ciuitatē ceteris diligentius gubernaret arborē quādam

pinum in media ciuitate habebat. Ad cui⁹ ramos pro admiratione venationis ferarū capita suspendebat. Sed cū sanctus amator eiusde⁹ ciuitatis ep̄s de tali eum vanitate sepe redargueret monens vt etiā illā arborem incidi mandaret ne aliq̄ mala occasio ex hoc xp̄ianis eueniret ille nullaten⁹ acquieuit. Quadam aut̄ vice absente Germano arborē incidit & incendio totam dedit. Quod german⁹ audiēs xp̄iane religionis oblitus vallatus militib⁹ illuc aduenit & mortē ep̄o intemptauit. Ep̄s aut̄ diuina reuelatione germanū sibi successurū agnosces furenti cessit & augustuduñ. Perrexit postmodū altisiodorū reuersus Germanū in ecclia caute occludit & ibidē eū tonsurās ip̄m sibi successorē esse pdixit. Quod factū ē Nam paulo post ep̄s feliciter obiit & Gerplebs om̄is in antistitē postulauit. Qui substantia paup̄ib⁹ erogata & vxorē in sororē cōmutata corpus suū per xxx annos sic afflixit vt nunq̄ panē frumenti n̄ vinū non legumē nunq̄ vel salē pro sapore comederit. Bis tm̄ in anno. scz in pascha & natali vinū sumebat. h̄ tm̄ ip̄m vini sapore aq̄s n̄s extinguebat. In refectioe p̄mo cinerē pl̄ibabat. Deinde panē & deaceū sumebat. semp̄ aut̄ ieiunans nunq̄ nisi vespere comedeat. In estate vel hyeme nullā vestē habuit p̄ter ciliciū tunicā cucullā. Que vestis nisi forte alicui donareē tādiu ferebat̄ donec attritione nimia solueret̄. Lectus suus cinere cilicio & sacco cenabat̄ nullū puluinar caput ab humeris ei⁹ leuabat h̄ sp̄ gemēs & sanctorū relq̄as collo gerens nunq̄m vestimentum raro calciamenta & raro cingulum detrabebat. Super hoīem siquidem fuit omne quod. Talis enim eius extitit vita vt si miraculis claruisset incredibilis videret̄.

Tanta fuerunt miracula vt nisi merita precessissent fantastica putarentur. Hospitatus in quodam loco cum post cenam mensa iterum pararetur admiratus interrogat cui denuo prepararent. Cui cum dicerent quod bonis illis mulieribus que de nocte incedunt prepararent illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem demonum ad mensam in forma hominum & mulierum venientem. Qui eis precipiens ne abirent cunctos de familia excitauit inquirens si personas agnoscerent. Qui cum omnes vicinos suos & vicinas esse dicerent misit ad domos singulorum demonibus precipiens ne abirent. Et ecce omnes in suis lectulis sunt inuenti. Adiurati igitur se demones esse dixerunt qui sic hominibus illudebant. Eo tempore beatus Lupus episcopus Trachinensis florebat cuius urbem cuius antea Rex obsideret super portam beatus Lupus acclamans quis esset qui eos sic impeteret inquisiuit. Cui ille Ego sum athala flagellum dei. Quo contra humilis presul ait dicens & gemens. Et ego Lupus Huius vastator gregis dei & indigens flagella dei. Moxque portas reuerari iussit. Illi autem diuinitus excecati per portam ad portam transierunt. neminem autem videntes aut ledentes. Beatus igitur Germanus assumpto predicto episcopo Lupo in britanias ubi heretici pullulauerunt profectus est. Sed dum in mari essent & tempestas maxima oriretur ad orationem sancti Germani protinus tranquillitas magna efficitur. Honorifice igitur a populis suscipiuntur quorum aduentum demones iam predixerant quos sanctus Germanus de obsessis expulerat. Verum cum hereticos conuicissent ad propria redierunt. Cum in quodam loco infirmus decuberet contigit ut totus ille vicus rependino incendio conflagraret. Qui cum rogaretur ut inde asportatus ignem euaderet ille incendio se opponit & ultra citraque omnia summante flamma hospicium eius non tetigit. Dum ad britanias iterato rediret ut hereticos confutaret quidam ex discipulis eius gradu concito eius vestigia sequebatur qui tamen apud cardomarus infirmatus occubuit. Rediens inde beatus Germanus sepulchrum eius aperiri fecit. ipsumque vocans ex nomine quid ageret an adhuc se cum militare cuperet requisit. Mox ille residens cuncta sibi consistare suauius ac se nolle econtra ulterius reuocari respondit. Tunc sancto annuente ut requiesceret ille deposito capite rursus in domino obdormiuit. Dum in britaniam predicaret & sibi & sociis Rex britanie hospitium denegasset subulcus regis regressus a pasuis receptam prebendam in palacio ad tugurium proprium referens vidit beatum Germanum cum sociis fame & frigore laborantem quos in domo sua benigne recepit.

& vnicum vitulum quem habebat hospitibus occidi p̄cepit. Post cenam sanctus Germanus omnia ossa vituli super pellem componi fecit & ad eius orationem vitulis sine mora surrexit. Sequenti die Germanus regi festinus occurrit & cur ei hospitium denegauit potenter inquit. Tunc rex vehementer attonitus sibi respondere non potuit. Et ille Egredere inquit & regnum meliori dimitte Germanus igitur dei mandato subulcum cum vxore venire fecit & vniuersis stupentibus regem constituit. Et extunc reges de subulci genere p̄deuntes dñantur genti britonū. Cum saxones contra britones dimicarent & se paucos viderent sanctos inde transeuntes vocauerūt & ab eis predicati certatim omnes ad baptismi gratiam conuolabant. Die igitur pasche ex feruēte fidei amore proiectis armis p̄ponunt fortiter preliari. Quod alij audientes contra inermes p̄perant sed germanus latens cum suis omnes ammonuit vt cū ipse allā clamaret omnes sibi vno clamore respondeant. Quod cum factum esset tantus hostes super se iam irruentes terrore inuasit vt proiectis armis non solum montes sed celum super se rure putarent cunctiq; diffugerunt. Quadam vice dum p̄ augustuduū transiens ad tumultū sancti cassiani ep̄i deuenisset quō se haberet inquisiuit. Ille statim ex tumultu cunctis audientibus sic r̄ndit. Dulci quiete perfruere & aduentum redemptionis expecto. Et ille quiesce per longum in xp̄o tempus & pro nobis attentius intercede vt obtinere sacre resurrectionis gaudia mereamur. Dum apud Rauennā deuenisset a regina placida & filio suo valentiniano honorifice susceptus est. Hora vero cene. Regina misit ei vas argenti amplissimū delicacōribus cibis plenum. Quod ille sic suscepit vt cibos famulus traderet & sibi pro pauperibus ipm vas argentiū retineret. Loco vero muneris misit Regine scutellam ligneam panem ordeaceum continentem. Quod illa libenter recepit & vas illud postmodū argento texit. Quadā autē vice dum p̄dida Regina euz ad suuuium inuitasset ille benigne anuens ab hospicio suo vsq; ad palaciū eozq; ieiunijs orōnibus esset ḡfectus asino deferente portatus ē. Sed dū comederet asinus sancti Germani mortuus est. Quod regina audiens equuz mire mansuetudinis episcopo presentari fecit. Quem intuens ait Meus michi asinus presentetur quia qui me huc attulit reportabit. Pergensq; ad cadauer Surge inquit muscio reuertamur hospicio. Statimque subsiliens seipsum concussit & quasi nichil mali passus esset.

Germanum ad hospitium deportauit. Sed anteq̄ de rauēna exiret p̄dixit q̄ nequaqm̄ in hoc seculo diutius moratur. Post modicū febre corripit & die vij. in dño moritur & corp̄ ei⁹ ad gallias sic a regina petierat trāsportat. Obiit circa ānos dñi. cccc. xxx. Verum cum sanctus Germanus beato eusebio vercellen. ep̄o p̄misit q̄ i sui reuersiōe eccliaz quā fundauēat sibi dedicaret cū intellexisset sanctus eusebius beatū Germa- num exisse de corpore ecclesiam suā dedicaturus cereos accen- di iussit. S; quantoplus accendebant tantoplus extinguebant. Quod videns eusebius intellexit dedicationē aut alio tempore fieri oportere aut alteri ep̄o reseruari. Cum igit̄ beati Germa- ni corp̄ vercelli delatum fuisset moxim predictā eccliam in- ducit & statim cerei omnes diuinit⁹ inflamman. Tunc san. Eu- sebius p̄missionis beati Germani meminit & q̄d viuens se fa- cturum p̄miserat mortuum fecisse cognouit. Hoc ita oportet accipi vt non intelligat̄ de magno Eusebio vercellensi quod tēpore ip̄ius factū sit h°. Nā ipse sub valente impatore mortu- us fuit & a morte ip̄ius vsq; ad mortem sancti Germani ultra annos l. effluerant. fuit g° alius Eusebi⁹ sub quo istud enar- ratur euenit.

Eusebius dicitur ab eo quod est bonum & sebe quod dicitur eloqui- tia vel statio. Vel eusebius sonat bonum cultus. Tēpore nāq; habuit bonitatem in sanctificatione sui eloquentiam in defensione fidei. Stationem in constantia martirij. bonum cul- tum in reuerentia dei.

De sancto Eusebio.



Eusebius sem- per virgo exi- stēs dum ad- huc cathecumin⁹ es- set ab eusebio papa baptisma suscepit & nomen in quo bap- tismo manus angelice vise sunt que ipsum de sacro fonte leuaue- runt. Matrona que- dam eius pulchritu- die capta cum ip̄ius cubiculum vellet ad- ire custodientib; an- gelis pueniē n̄ potuit

Vnde facto mane ad eius pedes procidit & vbi eo veniaꝝ petijt
Ordinatus presbiter tanta sanctitate emicuit vt in missarum
solennijs inter manus eius ministerium angelicum appareret
Post hoc cum arriana pestis totam ytaliã inficeret. Impera-
tore constancio eidem heresi fauente. Iulianus papa Euse-
bium in vercellen̄ episcopum consecrauit qui tunc obtinebat
inter alias vrbes ytalie principatum. Quod heretici audiētes
omnes fōes ecclesie claudi fecerunt. At Eusebius vrbe in-
gressus ante hostium maioris ecclesie que est be. marie genua
flexit & omnia hostia sua mox oratione aperuit Auxencium
mediolan̄ episcopum heretica prauitate corruptum de epi-
scopatu eiecit & pro eo virum catholicum dyonisiũ ordina-
uit. Sicq; Eusebius totam ecclesiam occidentis & anathasius
totam ecclesiam orientis ab arrianorum peste purgabant. Ar-
rius nanq; presbiter alexandrinus fuit que christum puram
creaturam esse dicebat. Asserens q̄ erat quando non erat & q̄
propter nos factus est vt nos per eum tanquam per instru-
mentum deus crearet. Et ideo magnus constantin? celebrati
fecit Nicenum concilium vbi error condemnatus est. Ipe aut
postmodum miserabili morte interijt. quia omnia viscera & in-
testina per secessum emisit. Constantinus autem Constantini
filius ipsa heresi corruptus fuit. Quo circa Constantinus im-
peratore contra Eusebium plurimum indignatus multorum
episcoporum concilium conuocauit & dyonisiũ accersuit
multasq; epistolas ad eusebium destinauit. Qui sciens mali-
ciam in multitudine preualere venire contempsit. Et suam
senectutem opposuit. Vnde imperatore statuit contra eius ex-
cusationem in mediolanensi vrbe que prope erat concilium
celebrari. Vbi cum Eusebium deesse videret. Iussit arrianos
fidem suam describere. Et Dyonisiũ Episcopum Medio-
lonensem vigintinouem episcopos eidem fidem subscribere.
Quod audiens eusebius ex vrbe sua profectus mediolis exijt
et se multa passurum predixit. Cum igitur ad quendam flu-
uium venisset vt mediolan̄ pergeret nauis procul ex alia pte
fluminis existens eo iubente ad eum venit & ipsum cum so-
cijs & predictus dyonisius obuiauit & ad pedes eius p̄cicens
veniam postulauit. Cum igitur Eusebius ab imperatore nec
minis nec blandicijs flecti posset coram omnibus dixit. Vos
dicitis filium minorem esse patre. cum ergo mihi filium meũ
et discipulum pretulistis. Non est enim discipulus super ma-
gistrum nec seruus super dominum suum. nec filius super
patrem. Qua illi ratione comoti statim cyrographum quem

scripserant & cui dyonisius scripserat ei obtulerunt. At ille. Nequaquam post filium scribam cui auctoritate presum sed istum incendite nouumq; subscribam si vultis conscribite. Sicq; nutu dei succensus est cyrographus. Cui dyonisius et alij viginouem episcopi subscripserant. Rursumq; arriani alium cyrographum descripserunt & eusebio & alijs epis vt subscriberent tradiderunt. Sed cum ab eusebio anati nullatenus consentiret ceperunt plurimū gratulari q; cyrographū cui coacti subscripserant penitus combustū videbant. Tunc iratus constātius eusebium voluntati arrianoꝝ tradidit qui p̄tinus ip̄m de medio alioꝝ ep̄oꝝum rapientes & durius flagellantes eum per gradus palacij a summo vsq; ad imum. & rursus ab ymo vsq; ad summū traxerunt. Cum ergo capite quassato multum sanguinē fudisset & adhuc non assentiret vinc̄tis post tergum manib; p̄ collum euz fune ip̄m traherēt Ip̄se aut̄ gratias agens dicebat se p̄ cōfessione fidei catholice mori esse paratum. Tunc constancius liberum papam Dyonisiū Paulinum & omnes alios episcopos qui eius exemplo fuerant inuitati in exiliū mitti fecit. Eusebium vero ap̄put sci/topclim in vrbe palestine arriani duxerunt & ip̄m in quodaz loco sic artificissimo recluserūt vt esset illo longitudine breuior latitudine angustioꝝ. ita vt curuatus nec pedes extendere nec se in latus alterum vertere posset. capiteq; depresso humeros tantum & cubitos mouere valebat. Verū constantino defuncto Iulianus eidem succedens. Et omnibus placere volens iubz exulatos episcopos reuocari & deoꝝum templa aperiri & pace frui sub lege qua quisq; vellet. Et sic eusebius inde exiens ad athanasium venit & quanta passus fuerat eidem exposuit. De functo autem iuliano & Iouiniano regnante sopitis arrianis Eusebius vercellas rediit & eum populus cum magna exultatione suscepit. Sed iterum valente regnante arriani repululant & Eusebij domum vallentes & extra domum supinum ipsum trahentes lapidibus eum obruerunt & sic ad dominū feliciter migrans in ecclesia quam ip̄se construxerat sepultus est. Fertur quoq; hanc gratiam sue ciuitati Eusebius a deo suis precibus impetrasse vt nullus arrianus ibidem viuere possit. vixit autem secundum cronicam ad minus. lxxxviii. annis. Floruit circa annos dñi. cc. l.

De sancto Machabeo.



Machabei fuerunt .vij. fratres
 et ezechias et eleazaro sacerdote
 da et ezechias et eleazaro sacerdote
 te qui pro obseruatione legis cum carne
 porcina nollent comedere inaudita sup-
 pliciorum genera pertulerunt hinc quod in seculo
 machabeorum plenius continetur. Et nota-
 tum quod ecclesia orientalis facit festa de san-
 ctis utriusque testamenti. Occidentalis autem
 non facit festa de san-

ctis veteris testamenti eoque ad inferos descenderunt preterquam
 de innocentibus ex eo quod in ipsis singulis occisus est christus et
 de machabeis. Sunt autem quatuor rationes quare ecclesia de
 istis machabeis licet ad inferos descenderit solemnizat. Prima
 est propter prerogatiuam martirij. Quia enim inaudita suppli-
 cia inter sanctos veteris testamenti passi sunt. Ideo privilegiati
 sunt ut eorum passio merito celebretur. Hec ratio ponitur in historia
 scolastica. Secunda est propter representationem misterij. Septena-
 rius enim est numerus vniuersitatis. Significantur ergo in istis omnes
 patres veteris testamenti celebritate digni. Nam licet de ipsis
 non solemniserit ecclesia. tum quia ad limbum descenderunt. tum quia
 multitudo multorum nouorum subintravit. In hijs tamen vij. impen-
 dit omnibus reuerentiam quia per .vij. ut dictum est vniuersitas designatur.
 Tercia est propter exemplum patientij. proponuntur enim in exemplum
 fidelibus ut hinc horum constantiam ad zelum fidei ammentur et ad
 patientiam pro lege euangelij sicut illi pro lege moysi fortius
 accingantur. Quarta est propter causam supplicij. Nam pro defen-
 sione legis sue talia supplicia passi sunt. Et sic christiani pro defen-
 sione legis euangelice patiuntur. Has tres ultimas rationes assignat
 magister Io. Beleth in summa de officiis. ca. v.

Estum sancti petri apostoli quod ad vincula dicitur qual-
 druplici de causa institutum fuisse putatur scilicet in memoriam
 liberationis petri. In memoriam liberationis alexandrie. pro destruendo ritu
 gentilium et pro impetranda absolutione spiritualium vin-
 culorum. Prima ergo causa est in memoriam liberationis petri.

Nam sicut dicitur in historia scol: Herodes agrippa romam
adiit & ibi gailo nepoti tyberij cesaris familiarissimus extitit.
Quadam autem die cum esset herodes in curro cum gailo le/
uatis in celum manibus ait utinam viderem mortem senis & te
domini totius orbis sed hoc auriga herodis audiuit & tyberio
continuo intimauit. Quapropter indignatus tyberius cesar he/
rodem reclusit in carcerem. Vbi dum quodam die iuxta arborem
in nixus esset cuius frondibus insidebat bubo vnus de captiuis
peritus in augurijs dixit ei. Noli timere quia cito liberaberis
& in tantum sublimaberis quod amicos tuos in tui inuidiam com/
citabis & in hac prosperitate morieris. Quacito autem huius ge/
neris animal super te videris ultra quintum diem viuere non
valebis. Post aliquod tempus tyberius moritur & gailus in im/
perium sublimatur qui quidem herodem de vinculis liberauit
& magnifice sublimant. Regem in iudeam misit. Cumque venis/
set misit manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occiso autem
Iacobo fratre Iohannis gladio ab eodem ante dies azimorum
videns quia hoc gratum esset iudeis in diebus azimorum petrum
apprehendit & in carcerem misit volens post pascha producere
cum populo. Angelus autem noctu eidem assistens mirabiliter
eum a vinculo nexibus liberauit & ad ministerium predicatio/
nis liberum ire iussit. Facinus autem regis dilationem non patitur
ultionis. Sequenti vero die custodes a se venire fecit ut profuga
petri diris eos penis afficeret. Hoc tamen impeditus est facere
ne solutio petri alicui noceret. Nam concitatus in cesaream descen/
dit. Et ibi percussus ab angelo expirauit. Etenim sicut Refert
Iosephus in decimo nono antiquitatum libro cum cesaream ad/
uenisset & ad eum totius prouincie viri vnanimiter conuenissent.
Ille fulgenti veste ex auro argentoque mirabiliter stexta indu/
tus incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primum solis
radios vestis argentea suscepisset repercussio splendore dupli/
catam spectantibus lucem fulgoris metalli vibrantis effudit ut intu/
entibus perstringeret aciem terrore aspectus & per hoc plus ali/
quod de eo quam humane nature est. Artifex arrogatiam mentiret
Illico aduantes vulgi concrepant voces dicentis. Hucusque
ut hominem te tenuimus sed ex nunc iam supra humanam naturam
te esse fatemur. Et dum adulatorijs demulceret honoribus & ob/
latos sibi diuinos honores non respueret respiciens vidit insi/
dentem super funiculum capiti suo angelum id est bubonem mortis
eius proxime nuncium. Respiciensque ad populum dixit. En
ego deus vestrum morior. Sciebat enim iuxta predicationem au/
guris se infra v. dies moriturus. Et continuo percussus per v.
dies vermibus eum corrodentibus expirauit. hec Iosephus. In

memoriam igitur tam mirae liberationis principis apostolorum
a vinculis: & tam dire vindicte in tyrannum protinus subsequen-
te ecclesia festum sancti petri ad vincula solennizat. unde & epi-
stola in missa canitur in qua hec liberatio facta fuisse perhibetur
& hinc videtur quod hoc festum deberet vocari petri a vinculis.
Secunda causa institutionis extitit quoniam Alexander papa
qui sextus post beatum Petrum rexit ecclesiam & hermes pre-
fectus urbis Rome qui per Alexandrum ad fidem conuersus
fuerat a quirino tribuno in diuersis locis in custodia tenebatur
Dixitque tribunus ad hermem prefectum. Miror te virum pruden-
tem honorem dimittere prefecture & vitam aliam somnare. Cui
hermes dixit. Et ego ante hos annos hec omnia deridebam &
hanc vitam solam esse putabam. Respondit quirinus Fac ergo probare
me quod aliam vitam moueris esse & continuo fidei tue discipu-
lum me habebis. Cui hermes dixit Sanctus alexander que-
tenes in vinculis ipse hoc melius te docebit. Tunc Quirinus
maledicens alexandro ait. Ego tibi dixi ut me probare faceres
hec & nunc me mittis ad Alexandrum quem pro suis sceleribus
teneo vinculatum. Verumtamen super te & alexandri custodiam dupli-
cabo & si ipsum tecum vel cum ipso inuenire potero vere fidem
tuam & eius dictis vel sermonibus adhibebo fecit quod dixit & alexan-
dro hunc hermes protinus indicauit. Orante igitur sancto alexandro
angelus ad eum venit & ipsum ad hermem in carcerem duxit & in-
ueniens eos quirinus in simul plurimum admiratus est. Et cum her-
mes Quirino narraret quomodo alexandri filium suum mortuum suscitasset
dixit Alexandro Quirine habeo filiam gutturosam nomine bal-
bam. Promitto igitur me tuam recipere fidem si filie mee impetra-
re poteris salutem. Cui alexander. Vade citius & ipsam ad carcerem
meum adducito. Cui dixit Quirinus. Cum hic sis quomodo in car-
cere tuo te potero inuenire. Ad quem Alexander. Vade cito quia
qui me huc adduxit ille me illuc cito reducet. Pergens igitur
Quirinus filiam suam ad carcerem cito adduxit & ibidem Alexan-
dri inueniens ad pedes suos prostrauit. Tunc filia eius cepit vin-
cula sancti Alexandri deuote osculari ut sanitatem reciperet.
Cui Alexander dixit. Noli filia has meas osculari catenas sed
boias sancti Petri diligenter inquire quas deuote osculans re-
cipies sanitatem. Quirinus igitur in carcere ubi Petrus deten-
tus fuerat diligenter boias inquiri fecit: easque cum inuisset filie sue
osculandas dedit. Illa mox ut osculata est vincula sanata est intel-
gre beneficium assecuta. Tunc Quirinus veniam petens alexandrum de carcere ex-
traxit & ipse cum familia & alijs quibus pluribus baptismum suscepit.

Tunc sanctus alexander hoc festum in kal' augusti celebran-
dum instituit & in honorem apostoli petri ecclesiam fabricauit
vbi vincula reposuit & ad vincula nominauit. In hac solenni-
tate ad predictam ecclesiam magnus fit concursus populi &
ibidem populus vincula osculatur. Tercia causa institutionis
fm Bedam hec est Octavianus imperator & anthonius sibi/
inuicem affinitate coniuncti sic inter se mundi totius imperi-
um diuiserunt vt octavianus in occidente italiam galiam &
hispaniam. Anthonius vero in oriente asiam pontum & affri-
cam possiderent. Anthonius autem lasciuus & lubricus cum
sorum Octauiani in uxorem haberet ipsam repudiavit & cle-
opatram reginam egypti in uxorem accepit. Ob hoc indigna-
tus octavianus manu armata in asiam contra Anthoniū p/
cedit & ipsum in omnibus superauit. Tunc anthonius & cleo-
patra victi fugerunt ac semetipsos pro dolore nimio occiderunt
Egypti igitur regnum Octavianus destruxit & Romanam p/
uinciam fecit. Inde in alexandriam perrexit & omnibus eam
diuicijs spoliatis romam ipsas transuexit. Vnde rem publicam
auxit ita qd pro vno denario daretur quod prius pro quatuor
vendebatur. Et quia ciuilia bella valde urbem vastauerant ita
eam renouauit vt dixerit Inueni latericium relinquo marmo-
ream. Quia igitur in tantum rem publicam auxit Augustus
primo omnium vocatus est. Vnde & ab eo augusti dicti sunt
qui sibi in imperio successerunt sicut & Iulio cesare auunculo
eius cesares appellantur. Vnde & hunc mensem Augustum
qui prius sextilis dicebatur quia a martio sextus erat popu-
lus suo nomine intitulauit eum Augustum vocans. In memo-
riam itaq; & honorem victoriae illius quam prima die Augusti
octavianus habuit omnes Romani hac die solennizabant vsq;
ad tempus theodosij imperatoris qui cepit regnare anno dni
ccc. xxvij. Eudoxia igitur filia predicti theodosij imperatoris
uxor valentiniani Ierosolimam ex voto perrexit vbi quidam
iudeos pro magno munere duas ei cathenas obtulit quibus
sub herode petrus apostolus vinctus fuit. Cum igitur romam
redisset in kal' Augusti & in honorem imperatoris gentilis ro-
manos solennizare videret dolens qd damnato homini tantus
honor exhiberetur cogitansq; qd non eos de facili a tali cura &
consuetudine reuocare posset cogitando tractauit vt obserua-
tia quidem sic staret sed in honorem sancti petri fieret & illum
diez vniuersus populus ad vincula nominaret. Habita igitur
collatione cum be. pelagio papa populum blandis exhortati-
onibus induxerunt vt obliuioni traderetur memoria principis
paganorum & celebris fieret memoria principis apostolorum

Quod dum cunctis placuisset illa cathenas quas de iherusalē
 attulerat protulit ⁊ populo ostendit. Papa vero ⁊ illam ca-
 thenam protulit qua sub Nerone idem apostolus victus fuit
 Hac ergo illis sociata ita miraculose vna cathena facta ē ac
 si semper vna ⁊ eadem extitisset. Vnde papa ⁊ regina, p̄tinus
 statuerunt vt quod hominum indiscreta religio faciebat gen-
 tili damnato in melius mutata faceret apostolorum principi
 petro. Ipsa igitur vincula papa cum regina in ecclesia sancti
 pe-ad vincula posuit ⁊ ipsaz muneribus multis ⁊ priuilegijs
 magnis dotauit ac predictam diem vbiq; celebrem fore insti-
 tuit. hęc Beda idem dicit Sigbertus. Quante autē virtutis hęc
 cathena fuit āno dñi. cccc. lxiij. apparuit. Quendā enī comitē
 impatoris Ottonis propinquū dyabolus ante oculos omniū
 tam crudeliter arripuit vt seipsum dentibus laceraret. Tunc
 iussu ipatoris ad Io. papam ducitur vt cathena sancti pe. eius
 collo circūdaretur. Sed cū quedā alia cathena furentis collo
 fuisset imposta ⁊ nihil ex hac prouenisset salutis nimiz vbi
 nil latebat virtutis tandem vera pe. cathena producit ⁊ fu-
 rentis collo imponitur. Tante autem virtutis pondus dyabo-
 lus ferre non potuit sed mox cœam omnibus exclamans ab-
 cessit Tunc theodricus Meten̄ episcopus ipsam cathenam ar-
 ripuit ⁊ eam se nullatenus dimissurum nisi manus sibi pre-
 cederetur asseruit Cum igitur super hoc inter episcopū ⁊ pa-
 pam aliosq; clericos grauis oriretur contentio Impator tan-
 dem ipsuz litigiū sedauit ⁊ episcopos ex ipsa cathena a papa
 anulum impetrauit Narrat miletus in cronica ⁊ idem habet
 in hystoria tripertita q; hijs diebus apud epyze draco ingens
 apparuit in cuius œe donauis episcopus virtute insignis ex-
 puens mox eum occidit. Prius tamen ante eius faciē digitis
 crucem designans ⁊ eidem ostendens quem vix. viij. iuga boū
 ne eius putredine aer inficeretur ad locum incēdij trahere po-
 tuerunt. Tdem q; ait ibidem ⁊ in eadem tripertita habetur q; ī
 creta dyabolus ī specie moysi se posuit. Qui iudeos vndecūq;
 congregans super magnum montis precipitium iuxta mare
 eos duxit quos dum ad terram promissionis sicco pede se pre-
 eunte ducere pollicetur inumeros enecauit. vnde creditur q;
 dyabolus indignatus quia occasiōe iudei qui regine cathenā
 dederat plausus octauiani cessauit de hijs se taliter vindicauit
 Multi autem ex hijs qui euaserūt ad baptismi gratiam con-
 uolarunt. Cum enim mons ipse decliuis incumberet et illi se
 se euoluerent priores tam acutis rupibus lacerati q; ī mare
 prefocati mortui sunt. Cūq; reliqui idem facere vellent ⁊ de
 prioribus quid eis acciderit ignorarēt quidaz piscatores inde

inde transeuntes malum quod acciderant narrauerunt eisdē
et sic ille conuersi sunt hec in hystoria tripartita. Quarta cā ī/
stitutionis h assignari potest. Dominus enim a viculis petrū
miraculose absoluit et eidem ligandi et absoluendi potestātē
dedit. Nos autem vinculis peccatorum obligati tenemur et
absolui indigemus. Ideo igitur ipsum in solemnitate que di/
citur ad vincula honoramus vt sicut ipse a vinculis absolui
promeruit et sicut absoluendi a domino potestatem accepit
sic et ipse a peccatorum vinculis nos absoluat. Hanc vltimā
institutionis causam non nullam extitisse Quuis de faci/
li perpendat vel perpendere potest si videat q̄ absolutionem
a vinculis in apostolum factam epistola cōmemorat et absol/
uendi potestatem sibi concessam euangelista recitat Absolui/
tionem ab ipso nobis fiendā hodierna oratō postulat. Quod
autem per clauas quas accepit interdum etiam damnandos
absoluat in quodam miraculo quod legitur in libro mira/
culorum beate virginis satis claret. Apud nāq; coloniā urbē
in monasterio sancti pe. erat quidam monachus leuis lubricus
et lasciuus hic dum cum subita morte fuisset preuentus de/
mones ipsum accusabant et quelibet peccatorum genera cō/
tra ipsum clamabant vnum dicebat. Ego sum cupiditas tua
que contra dei precepta tam frequēter cupisti. Aliud clama/
bat. Ego sum vana glōria qua te apud homines iactanter ex/
altasti. Aliud ego sum mendacium ī quo mendacio peccasti
Similiter quedam bona opera que fecerat ipsum excusabāt
dicentia. Ego sum obedientia quam senioribus spiritualibus
exhibuisti. Ego sum psalmorum cantus quem frequēter deo
concinisti. Sanctus autē petrus cuius erat monachus p ipso
deprecaturus deum adiit. Cui respondit dominus. Nūquid
non propheta me inspirante dixit. Domine quis habitabit ī
tabernaculo tuo. et. Qui ingreditur sine macula. et. quomō
hic potest saluus esse cum nec sine macula sit īgressus nec sit
iusticiam operatus. Rogante igitur pro eo pe. cum virgine
matre dei. Hanc dominus sententiam protulit vt ad cōpus
rediret et ibi penitentiam ageret. Tunc cōfestim pe. clauī quā
manu tenebat dyabolum terruit et in fugam conuertit. Ani/
mam vero eius in manu cuiusdam qui in predicto monaste/
rio monachus fuerat tradidit et vt ad cōpū ipsam īduceret
precepit. Qui ab eo pro mercede reductionis poposcit vt sin/
gulis diebus psalmū Misere mei deus diceret et sepulturā
eius sepe scobis mundaret. Et p̄ se q̄ de morte rediēs que sibi cō/
tigerant omnibus enarrauit.

De sancto Stephano.

Stephanus papa cum multos gentiliū verbo & exemplo conuertisset & multa corpora sanctorū martirū sepelisset a valetiano & Galiēo. āno dñi. cc. lx. summo

studio perquiritur vt eum & clericos aut sacrificare cogere aut supplicijs diuersis pūnirent. Dederuntq; edictum vt qui cūq; eos proderet totā eorū substātiā possiderēt. Quapropter x. de eius clericis comprehensi sunt sine audientia decollati. sequēti die Stephanus papa comprehenditur & ad templum Martis ducitur vt ibi aut ydolum adoraret aut capitalē sententiam subiret. Sed cum templum ingressus fuisset & deum vt ipsum templum destrueret exorasset. Statim magna pars templi corruit & omnis multitudo pre nimio timore aufugit. Ipse vero ad cimiterium sancte Lucie perrexit. Quod audiēs valerianus milites plures prioribus ad eum misit. Qui veniētes eum missam celebrantem inuenerunt & stantem itrepidū ac incepta deuote perficientem in sua sede decollauerunt.



Quentio cor-
poris ptho/
martiris ste-
phani anno domini
cccc. xvij. honoreis pri-
cipis anno septimo
facta fuisse narratur
Reperitur autem eius
iuentio traslatio & co-
iunctio. Inuentio ipse
hoc ordine facta fuit
Nāz cū qdā p̄sbiter
nomine Lucianus ī
territorio Ierosolo-
mitāo quē Genadi⁹
inter illustres viros
omemorat. & h⁹ scri-

psit feria sexta in stratu suo quiesceret & pene vigilaret qdaz
vir senex statura p̄cerus vultu decorus barba prolixa pallio
candido amictus cui gēmule auree & cruces inerant cōtexte
calciatus caligis in superficie de auratis eidem apparuit. Qui
manu auream virgam tenens tetigit eū dicens. Sūma cum
diligentia nostros patefacito tumulos. quia decēter despecto
loco reconditi sumus. vade igit & dic Iohi ep̄o Ierosolitano
vt nos in honorabili loco reponat: q̄a cū siccitas & tribulatio

mundum concusserit nostrorum suffragiis de mundo propitiari decreuit. Cui Iulianus presbiter dixit. Domine quis es. Ego sum inquit Gamaliel qui paulum apostolum enutriui ⁊ ad pedes meos legem perdocui. Qui autem mecum iacet sanctus est stephanus qui a iudeis lapidatus extra ciuitatem proiectus est ut a feris ⁊ auibus deuoraretur. Sed hoc omnino ille prohibuit cui idem martir illesam fidem seruaui. Ego autem ipsum cum reuerentia multa collegi ⁊ in meo nouo tumulo sepeliui. Alius autem qui mecum iacet est nichodemus Nepos meus qui nocte ihesum adiit ⁊ a petro ⁊ Iohanne sacre baptismi suscepit. Quapropter indignati in eum principes sacerdotum eum occidissent nisi ob nostri reuerentiam desistissent. Verumtamen omnem substantiam eius diripuerunt ⁊ a precipatu deposuerunt. Multis eum afficientes verberibus seminiuum reliquerunt. Hunc cum ego in domo mea duxissem diebus aliquibus superuixit ⁊ defunctum iuxta pedes brati stephani sepeliri feci. Tertius vero qui mecum est ipse est abibas filius meus qui anno etatis sue .xx. mecum baptismi suscepit. Et virgo permanens cum paulo discipulo meo legem didicit. Vxor vero mea ethea ⁊ selenias filius meus quia fidem christi noluerunt recipere nostra nequaquam digni sepultura fuere sed eos alibi sepultos inuenies ⁊ eorum tumulos vacuos ⁊ inanes. Hoc dicto sanctus Gamaliel disparuit. Lucianus vero euigilans dominum exorauit ut si hec visio in veritate fieret eidem secundo ac tertio appareret. In sequenti igitur feria sexta eidem sicut prius apparuit ⁊ cur ea que sibi dixerat neglexerit requisit. Non inquit domine neglexi sed rogavi dominum ut si hec visio ex deo esset mihi tertio appareret. Dixitque ei gamaliel. Quomodo in mente tua cogitasti si nos iuuenites quomodo reliquas singulorum discernere posses ex his que tibi sub similitudine offero singulorum oculos ⁊ reliquas educebo. ostenditque ei tres calathos aureos ⁊ quartum argenteum. quorum vnus erat plenus rosarum rubentibus ⁊ alij duo rosarum albis. Quartum etiam ostendit argenteum plenum croco. Dixitque gamaliel. Hij calathi nostri sunt loculi ⁊ nostre reliquie sunt hee rose. Calathus plenus rosarum rubeis est locus sancti stephani que solus ex nobis martirio meruit coronari. Alij duo rosarum albis pleni mei ⁊ nichodemi sunt loculi qui sincero corde in confessione christi perseuerauimus. Quartus vero argenteus croco plenus est abibe filij mei qui candore virginitatis pollebat ⁊ mundus de mundo exiuit. Hic dictis iterum disparuit. Feria autem sexta sequentis ebdomode eidem iratus apparuit ⁊ de dilatione ⁊ negligentia sua eum grauiter increpauit.

Continuo igitur Lucianus Ierosolimã adijt ⁊ Io. episcopo cuncta per ordinem enarrauit. Pergunt igitur cum alijs episcopis accersitis ad locum predictũ Luciano ostensum cũq; cepissent fodere terra concutitur ⁊ suauissimus odor sentitur Ad cuius odoris miram fragrantiam meritis sanctorum. lxx homines a diuersis infirmitatibus liberantur. Sicq; in ecclesia que ẽ in iberusalem vbi sanctus stephanus archidiaconi fundus est cum magno gaudio sanctorum reliquias trãstulerũt ⁊ eas ibidem honorifice condiderunt. Ea autem hora pluuia magna descendit. Huius visionis ⁊ inuentionis mentionem facit Beda in cronica sua. Hec inuentio sancti stephani facta est ea die qua eius passio celebratur ⁊ eius passio in hac die fuisse dicitur. Festa autem ab ecclesia mutata sunt duplici ratione. Prima est quoniã xps ideo natus est in terris vt homo nasceretur i celis. De cuius enim vt natiuitati christi gtuaret natale sancti stephani qui primus pro christo martiz sustinuit quod est nasci i celo vt per hoc notaretur vnam ex alia sequi. vnde etiam cantatur de ipso. Hec christus natus est i terris vt hodie stephanus nasceretur i celis. Secunda ratio ẽ quoniam festum de inuentione solemnis agebatur q̃ festũ de passione. Et hoc tum propter reuerentiã natiuitatis dñi. tum propter multa miracula q̃ in ipsius inuentione dñs ostendit. Quia ergo passio ipsius dignior est q̃ inuentio ⁊ ob hoc solemnior debet esse Ideo ecclesia festum de passione ad illud tempus trãstulit in quo in apliori reuerentia habeatur. Trãstato autẽ ei? vt ait Aug? hoc mō fuit. Nã alexander senator cōstan tinopolitan? iberusalẽ cũ vxore sua adijt ⁊ prothomartiri stephano pulcherrimi oratorium construxit ac post ei? obitum iuxta eius corp⁹ se sepeliri fecit. Euolutis ergo. vij. annis. iuliana eius vxor in patriam suam volens redire vtpote que a principibus iniuriam patiebat corp⁹ viri voluit deferre. qd cũ ab ep̃o multis precibus postulasset. Episcopus duos oculos argenteos protulit dicens. Non noui quis sit ex hijs oculis viri tui. Et illa Ego noui ⁊ impetũ faciens amplecta est corp⁹ sancti stephani. Sic ergo dum corp⁹ viri putat acceperat casu corp⁹ prothomartiris accepit. Cũ autẽ nauim cum corpore ascendiss̃ ymni audiũtur angelici odor effragrat clamant demones seuam suscitãt tempestatem dicẽtes Ve nobis quia prothomartir stephan? trãsit diro nos verberã igne. Cũ ergo naute naufragiũ formidarẽt Stephan? iuocat ⁊ g̃tinuo apparuit dicens Ego sum nolite timere. Statimq; trãquillitas magna subsecuta est. Tunc audite sunt voces demonum clamantium. Impie principes nauem accende quia aduersarius

nē stephā? ē ī ea. Tūc p̄iceps demonū. v. demōes q̄ nauē icen-
derent misit sed angelus domini in profundum eos dimerfit
& cum calcedonem venissent demones clamabant seruus dei
venit qui ab iniquis lapidatus est iudeis. Cōstantinopolim
igitur incolumes peruenerunt. Et in quadam ecclesia corp̄us
sancti stephani cum magna reuerentia condiderunt hec Au-
gustinus. Coniunctio autem corp̄is sancti stephani cuꝝ cor-
p̄e sancti Laurentij hoc ordine facta fuit. Contigit enī eu-
doxiam filiam Theodosij impatoris a demone grauiter cruci-
ari. Quod cum patri suo constantinopolim constituto inti-
matum fuisset iubet filiam constantinopolim adduci vt sacro-
sanctis prothomartiris stephani reliqueis tāgeretur. Demō
autem in ea clamabat Nisi stephanus romā veniat nō exhibo
quoniam sic est apostolorum voluntas. Quod cum impator
audiuisset a clero & populo cōstantinopolitano obtinuit vt
corp̄us sancti stephani romanis darent Et ipsi be. Larētij cor-
pus acciperent. Tunc impator pelagio pape super hoc scripsit
Papa vero de consilio cardinalium impatoris petitioni con-
sensit. Missi igitur constantinopolim cardinales corp̄? sancti
stephani romam deferunt & greci pro accipiēdo corp̄e scī
Laurentij profecuntur. Capue igitur corp̄us ste. recipitur &
brachium eius dextrum a capuanis deuotis precibus obti-
netur & metropolitana ecclesia in eius honore fabricatur. cū
autem romam venissent & in ecclesia sancti Petri ad vincula
corp̄us deferre vellēt. Vectores subsistūt nec ultra procedere
possunt. Demon autem ī puella clamabat. Frustra laboratis
quia non hic sed apud fratrem suū Laurentium sedē elegit
Illuc igitur corp̄us defertur & ad eius tactū puella a demōe
liberatur. At laurentius aduētui fratris sui quasi oꝝgratulās
& arridens in alteram partem sepulchri secessit & medietatē
illius vacuam fratri reliquit. Greci vero dum man? apponūt
vt Laurentiū ferant ad terrā velut examines coeruerūt. h̄ oꝝā
tibꝫ p̄ eis papa clero & populo vix ad se ad vesperā redierūt
oēs tñ infra .x. dies mortui sunt. Latini etiā q̄ sibi cōsenserant
ī fernesim versi sanari nō potuerūt quoadusqꝫ sanctorꝫ corp̄a
insimul tumultata fuerūt. Tūc vox de celo audita est O felix
roma que corp̄us laurentij hispani & stephani Ierosolitanī
vno claudis mausoleo glōsa pignora. facta ē ista giūctio circa
ānos dñi .cccc. xxv. refert Aug. ī li. xxij. de ci. dei vij. mortuos ad
inuationē scī ste. suscitatos. videlicꝫ quēdā qui cū mortuus
sic iaceret vt ei iā pollices ligaretur inuocato sup̄ eū nomine
beati stephani ḡtinuo suscitatus ē. Item quēdam puerum a
plaustrō ḡtritū quē mater ad ecclesiā sancti stephani deferēs

uiuum ⁊ sanum recepit. Itē quedā sanctimonialis que cum in extremo spū ęstīta ⁊ ad ecclesiā scī stephāi delata fuiss; ⁊ ibidem expirasset videntibus omnibus ⁊ stupentibus facta surrexit. Item quādam puellam apud yponem cuius corpus cum inunctū fuiss; oleo scī stephani statim surrexit. Item quedā pney q̄ cū ad ecclesiā scī stephani mōrtu? fuiss; delatus ad inuocationem scī stephani vite est protin? restitutus. De hoc martire sic dicit Aug. martirē istum Gamaliel stolatus reuelauit. Saulus spoliatus lapidauit. christus panis inuolutus ditauit ⁊ preciofo lapide corōnauit. Idē in stephano emicuit pulchritudo corpōis flos etatis. Eloquentia sermocinātis sapientia scīssime mentis ⁊ operatio diuinitatis Idem fortis calumna ei cum inter lapidiferas manus captatorio forcipe teneretur fide fundabil' igniebatur. Feriebatur ⁊ producebatur. constringebatur ⁊ angebatur cedebatur ⁊ non vicebatur. Idem super illud dura ceruice. ⁊c. Hic nō blāditur sed iuebitur. non palpat sed puocat non trepidat sed īstīgat. Idem attende stephanū ęseruū tuū. Homo erat sicut ⁊ tu. De massa peccati erat sicut ⁊ tu eo pretio redemptus. ⁊ cū dyacon? erat euāgeliū legebat qđ legis vel audis ⁊ tu ibi iuenit scriptū diligite inimicos vros didicit legendo perfecit obediendo.

De nomine.

Dominicus dicit̄ q̄si dñi custos. vel a dño custoditus vel dē Dominicus q̄tum ad ethimoloiā huius noīs qđ ē dñs. Dē autē custos dñi tribus modis scz custos honoris dñi q̄ ad deū. custos vinee dñi vel gregis dñi quo ad pximū. Custos voluntatis dñi siue preceptoz domini q̄ ad seipsum. Secundo dicitur dominicus quasi a dño custoditus Dominus enim custodiuit ipsum q̄tum ad triplicem statuz suū. In quoz prio fuit layc?. In secūdo regularis canonicus In tertio vir apostolicus. Nā in prio eum custodiuit faciēdo eum laudabiliter incipere. In secundo seruēter proficere. In tertio pfectionem apprehendere. Tertio potest dici Dominic? per ethimoloiā huius nominis dominus. Domin? nāq; dē quasi donās minas per iniuriāz dimissionē donās min? per corpōis macerationem quia corpōi suo per minus dabat q̄ appetebat donans munus per libertatis largitionē. Quia nō solum sua pauperibus tribuit sed etiam seipsum pluries vendere voluit.

De sancto Dominico.



Dominicus
 ordis p̄di/
 catorū dux
 ⁊ pater inclitus ex
 hyspanie partibus
 villa que d̄r a calla
 rega oxouien̄ dyo
 celis p̄re felice m̄te
 vero Johanna no/
 mine h̄m carnē ori/
 ginem duxit. Cui⁹
 mater ante ipsi⁹ or/
 tum vidit i somnis
 se carulū gestātem
 in vtero. ardentē in
 ore faculam h̄aiulā
 tem. Qui egressus

ex vtero totam mundi machinā incendebat. Cuidā etiā ma/
 trone que ipsum ex sacro fonte leuauerat videbatur ⁊ puer
 dominicus stellam prefulgidam haberet in fronte que totū
 orbem illustrabat. Dum adhuc esset puerulus ⁊ sub nutricis
 custodia constitutus deprehensus est sepe lectum dimittere
 ⁊ super nudum humū iacere. Missus tandem parentiā ad stu/
 dium amore sapientie addiscēde vinum per decēniū gustauit
 Vbi cum fames valida esset libros cum omni suppellectili vē/
 didit ⁊ precium eorum pauperib⁹ erogauit. Crescente iā ei⁹
 fama ab episcopo exouien̄ in sua ecclesia canonicus regularis
 efficitur ⁊ postmodū fact⁹ oibus vite speculū ⁊ canonicis
 subptior ordinatur. Ipse autē die ac nocte lectioni ⁊ orationi
 vacabat assidue deum exorans vt sibi hanc gratiam ifundere
 dignaretur qua se totum aliqn̄ saluti posset impendere proxi/
 morum. In libro q̄ de collatiōibus patrum studiosissime le/
 gens magnum perfectionis cumulum apprehendit. Pergens
 autē cū predicto ep̄o tholosaz deprehendit hospitē suū heretica
 prauitate cōruptum. Quem ad fidem xp̄i conuertit ⁊ quasi
 quendam primiciay manipulū future messis dño p̄sentauit
 Legitur in gestis comitis montis fortis q̄ cum beatus domi/
 nicus Quadam vice vel die aduersus hereticos predicasset
 auctoritates quas in medium produxerat redegit in scriptis
 ⁊ cuidā heretico cedulam illam tradidit vt super obiectis de/
 liberare deberz illa autē nocte ad ignē h̄eticis gregatis cedulā
 quā t̄cep̄at p̄duxit i mediū. cui focii dixerūt vt i ignē illā p̄icerz
 ⁊ si comburi contingeret eorum fides ymo perfidia vera esset

Si vero comburi non posset veram fidem romane ecclesie p̄/
dicarent. Quapropter cedula in ignem proicitur que cū ali/
quātulum moram in ignibus fecisset incōbusta ab igne pro/
tinus profiliit. Stupentibꝫ cunctis vnus ceteris durior ait, pi/
ciatur iterum & sic expiemur veritatem. Proicitur iterum &
iterum profiliit incōbusta. Iterum ille dixit. Tertio ꝑciatur
& tunc sine dubio rei exitum cognoscemus. Proicitur tertio
& iterum incōbusta profiliit & illesa. Heretici autē in sua du/
ritia permanētes distriāissima inter se iuratione firmauerūt
ne hoc aliquis publicaret. Quidam tamen miles qui ibi ade/
rat & nostre fidei aliquātulum adhebat istud miraculum
postmodum publicauit. Factum est autem hoc apud montez
victorialem. Simile quidam dicitur accidisse apud phanum
Iouis indicta ibidem in diebus illis contra hereticos qua/
dam disputatione solen ni. Ceteris igitur ad propria redeū/
tibus & ep̄o oxouien̄ defuncto solus ibidem sanctus domini/
cus cum paucis remansit contra hereticos constanter verbuz
dei ānuntians. Irridebant autē eū aduersarij veritatis sputa/
lutum & huiusmodi vilia proicientes in eum & a tergo pro/
derisu sibi palcas alligantes. Cum autem sibi interitum ima/
rentur imperterritus respondebat. Non ego martirij dignus
sum glōria nondum merui istam mōtem. Quapropter lo/
cum transiens in quo sibi pate ferebantur insidie non solum
intrepidus verum etiā cantans & alacer procedebat. Quod
illi admirātes dixerūt illi. Nūquid nō tu mōtis horrore ꝑcuteris
Quid acturus eras si cōprehendissemus te. At ille rogasset
vos ne repentinis me subito ꝑimeretis vulneribus sed paula/
tim & successiue mēbra singula mutilantes deinde ostensis co/
ram oculis meis detruncatis mēbroꝝum particulis ipsos etiā
oculos eruentes ad vltimū semiuiuū laceratumqꝫ cœpus sic
permittentes in suo sanguine volutari vel præsus ad libituz
necaretis. Cum quēdam reprisset propter nimiam quā pati/
ebatur inopiam hereticōꝝum consortijs adhesisse decreuit se/
ipsum venūdare qđ ex accepto pretio de seipso & egestatis si/
mul occasionem precideret & sub errore venūdatum liberarē
Quod & fecisset nisi inopie eius diuina misericordia aliter ꝑ/
uidisset. Alias etiam cum quedam mulier fratrem suū ī fara/
cenōꝝum captiuitate detentum lamentabili sibi conuestione
exponeret nullumqꝫ sibi ad eius librationem fateretur consi/
lium superesse ille intima cōpassione cōmotus seipsum ꝑ re/
demptione captiui vendendum obtulit. sed deus qui ipsum
necessarioꝝem ad redemptiōē spiritualem multoꝝ captiuoꝝ
preuiderat non permisit. Hospitatus in partibus tholosanis

apud quasdam matronas ab hereticis per ostentationem religionis deceptas per totam quadragesimam ut sic clauum clauo retunderet in pane solum & aqua frigida cum adiuncto sibi socio ieiunauit. Nocte vero euigilans cum necessitas cogebat lassam membra super nudam tabulam reclinabat. Sicque factum est ut illas matronas ad agnitionem veritatis perduceret post hoc autem cepit de institutione ordinis cogitare cuius officium esset per mundum predicando discurrere & contra hereticos fidei catholicam comunire. Cum igitur in partibus tholosanis mansisset per .x. annos a transitu oxouienis episcopi usque ad tempus quo latranensem concilium debuit celebrari cum fulcone tholosano episcopo romam ad concilium generale adiit ac a summo pontifice Innocentio ordinem qui predicatorum diceretur confirmari sibi suisque successoribus postulauit. Qui cum aliquantulum se difficilem exhiberet nocte quadam idem pontifex videbat in somnis quod latranensem ecclesiam grauem subito ruinam minaretur. Quod dum tremens aspiceret ex aduerso vir dei dominicus occurrebat humerisque suis suppositis totam illam casuram fabricam sustentabat. Euigilans autem & visionem intelligens petitionem viri dei hilariter acceptauit. Hoc tamen ut ad fratres suos rediens regulam aliquam approbatam sibi eligeret & sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. regressus igitur verbum summi pontificis fratribus patefecit. Erant autem fratres numero circiter .xvi. Qui inuocato spiritu sancto regulam beati augustini doctoris & predicatoris eximij ipsi petierunt et re & nomine predicatorum futuri unanimiter elegerunt. quosdam quidem artioris vite consuetudines quas sibi per formam constitutionum obseruandas statuerunt insuper assumptas. Verum interea Innocentio defuncto & benonorio in summum pontificem sublimato confirmationem ordinis anno domini M. cc. xvi. a predicto honorio impetrauit. Dum igitur romae in ecclesia sancti petri pro dilatione sui ordinis exoraret gloriosos principes apostolorum petrum & paulum ad se venientes aspexit. quorum primus petrus videlicet baculum. Paulus vero sibi librum tradere videbantur addebantque dicentes. Vade predica quia a deo ad hoc ministerium es electus. Moxque in momento temporis videbatur ei quod filios suos per totum mundum dispersos aspiceret incedentes & binos. Quapropter tholosam rediens fratres suos. Et quosdam quidem in hispaniam. quosdam vero pisius alios tandem Bononiam destinauit. Ipse vero romam reuersus est. Monachus quidam ante ordinis predicatorum institutionem in exiliis factus vidit beatam virginem flexis

genibus & unctis manibus pro humanogenere filium deprecantem
 qui dans sepe pie matri repulsam tandem instante ea sic ait.
 Mater mea quid possum vel deo amplius eis facere. Misi
 patriarchas & prophetas Et parum se emendauerunt. Veni
 ego ad eas. Deinde misi apostolos & me & illos occiderunt.
 Misi martires & confessores & doctores nec illis acquieuerunt:
 sed quia non est fas ut tibi aliquid denegem dabo eis meos p
 dicatores per quos valeant illuminari & mundari. sin autem
 veniam contra illos. Similem visionem alius vidit eodem tem/
 pore quo duodecim abbates cisterciensis ordinis tholosam extra
 hereticos sunt transmissi. Nam cum filius matri oranti respō
 disset ut supra dixit mater bene fili non secundum eorum mali
 ciam sed secundum tuam misericordiam agere debes. Tunc fi
 lius victus precibus ait. Ad votum tuum adhuc hanc cum
 eis misericordiam faciam quod predicatorum meos eis mittam qui
 eos moniant & informet. Et si se non correxerint amplius eis
 non parcam. Quidam frater minor qui multo tempore socius
 sancti Francisci extiterat pluribus fratribus de ordine predi
 catorum narrauit cum beatus dominicus rome pro confirma
 tione sui ordinis apud papam instaret nocte orans vidit in spi
 ritu christum in aere existentem. Et tres lanceas in manu te
 nentem. Et contra mundum eas uibrantem. Cui velociter ma
 ter occurrens quidnam vellet facere inquisiuit. Et ille Ecce
 totus mundus tribus vicijs plenus est scilicet superbia concu
 piscencia auaritia. Et ideo hijs tribus lanceis ipsum volo pe
 rimere. Tunc virgo ad eius genua prociens ait. Fili karissime
 miserere. Et tuam misericordiam iustitiam. tempera. Cui xpus
 Nonne vides quam te mihi iniurie irrogatur. Cui illa. Tem
 pera fili furor & paulisper expecta. Habeo enim fidelem huius
 Et pugilem strenuum qui ubique discurrens mundum expug
 nit & tuo dominio subiugauit. Alium quoque seruum sibi in ad
 iutorium dabo qui secum fideliter decertabat. Cui filius ecce pla
 catus faciem tuam suscepi sed vellem ego videre quos vis ad
 tantum officium destinare. Tunc illa christo sanctus Domi
 nicum presentauit. Cui christus Vere bonus & strenuus pu
 gil iste & studiose faciet que dixisti. Obtulit etiam sanctum Fran
 ciscum & hunc christus sicut & primum pariter commendauit.
 Sanctus autem Dominicus socium suum in visione sua diligē
 ter considerans quem ante non nouerat in crastino in ecclesia
 inuentum ex hijs qui nocte viderat sine indice cognouit. & in ei
 amplexus & oscula pia ruens ait Tu es socius meus Tu pariter
 curres mecum Stemus simul Et nullus aduersarij proualebit

Visionē q̄ predictam sibi per ordinem enarrauit ⁊ extunc factum est eis cor vnum ⁊ anima vna in domino quod ⁊ i posteris mandauerunt perpetuo obseruari. Cum quendā nouiciū apulum ad ordinem recepisset quidam qui predicti nouicij focij fuerant adeo peruerterunt q̄ ad seculum iam edire deliberans vestes suas modis omnibus expetebat. Quod beatus dominicus audiens continuo orationi se dedit. Egit cum dictum iuuenem iam religiosis vestibus expoliassent ⁊ iam sua camisia induissent ille magnis vocibus clamare cepit ac dicere. En estuo. en ardeo. en totus exuro. Extrahite extrahite hanc camisiam maledictam que me totum exurit nullo gō modo quiescere potuit quousq; exutus camisiam religiosis vestibus denuo est idutus ⁊ ad claustrum reductus. Existēte be. dominico Bonoñ cum fratres iam ad dormiēdum iuissent quidam frater conuersus a dyabolo vexari cepit. Quod cuz frater Reynerius lausañ magister eius audisset be. dominico hoc studuit indicare. Sanctus autem dominicus ad ecclesiaz ante altare eum portari fecit. Qui cum vix a fratribus. x. fuisset deportatus dixit beat⁹ Dominicus Adiuro te miser vt dicas mihi quare vexas creaturam dei ⁊ quare ⁊ quomodo huc i trasti. Qui respondit vexo eum quia meruit. Bibit enim heri in ciuitate sine licentia non adhibito signo crucis. Vnde tūc intraui in eum in specie bibitonis quinpotid⁹ ipse bibit me cū vino. Hic autem tunc eum bibisse comptum est. Inter hoc factum est primū signum ad matutinas. Quo audito dyabol⁹ qui in eo loquebat⁹ dixit Ammodo hic plus stare nō possum ex quo caputiati surgunt. Et sic ad orationem beati domici exire compulsus est. Cum in ptibus tholosanis quoddā flumen transfisset libri eius nullum habentes conseruatorium in fluuiū ceciderūt. Die autem tertia quidaz piscator ibi hamū proiciens cum magnum piscem se prādidisse putaret libros ipsos extrahit penitus sic illesos ac si in aliq̄ armario fuissent cum omni diligentia custoditi. Cum ad quoddam monasterium venisset ⁊ fratres quiescerent nolens eos inquietare oratione fusa clausis ianuis monasterium cum socio introiuit. Idem etiam comptum est cum in conflictu hereticorum cuz quodam conuerso cisterciēn fuisset. Nam cū sero ad quādam ecclesiam deuenissent ⁊ clausam inuenissent oratiōe fusa a beato dominico inter se subito inuenerunt ⁊ noctem illam totā i oratiōe duxerūt post laborem itineris anteq̄ ad hospiciū deuenisset sitim ad fontē aliquē extinguere osueuit ne in domo hospitis plus bibendo aliquā notā incurreret. Scholaris q̄daz lubricum carnis patiens venit in quodam festo ad domum

fratrum de Bonoñ vt ibi missam audiret. contigit autē tunc missam be. dominicum celebrare. Cum autem ad oblationē ventum fuisset dictus scolaris accessit ⁊ manum eius cū multa deuotione osculatus est. Quam cum osculatus fuisset tantam ex illam prodire sensit odoris fragrantiam quātam ī vita sua nūquā aliquādo expertus est ⁊ extunc estus libidinis in eo mirabiliter refriguit adeo vt qui ante erat vanus ⁊ lubricus efficeretur postmodum continens atq; castus. O q̄tā mundicie puritate eius caro pollebat cuius odore tam mirabiliter sordes mentis purgabat. Sacerdos quidem videns aliquando be. dominicū cum suis fratrib; predicationi tam feruenter insistere deliberauit eis adherere dūmodo nouū testamentum sibi ad predicandum necessariū habere posset. hec eo cogitante quidā iuuenis venale testamētum sub veste baiulans affuit quod statim sacerdos cum magno gaudio emit. Sed dum adhuc aliquātulum dubitaret fusa ad deum prece impressaq; super librum exterius cruce librū aperuit ⁊ oculos ad capitulum quod primo se obtulit mox proiecit ⁊ illud quod in actibus petro dictum est eidem occurrit. Surge ⁊ vade ⁊ vade cum eis nihil dubitans quia ego misi illos. Statimq; surgens eidem adhesit. Cum apud tholosam in theologia regeret. Magister quidam scientia ⁊ fama preclarus quodam mane ante diem cū suas preuideret lectiones oppressus somno caput suum in cathedra paululū reclinauit. Visumq; ē sibi q̄. viij. stelle ei presentarēt. Qui cū de nouitate tal' exēnij plurimū miraret subito in lumine ⁊ q̄ntitate predicte stelle intantum creuerunt q; totum mundum illuminauerūt. Qui euigilās quidnam sibi hoc vellet plurimū mirabatur. ⁊ ecce dum scolas intrasset ⁊ legeret beatus Dominicus ⁊ cum eo septem fratres eiusdem habitus ad predictum magistrū humiliter accesserunt ⁊ suum sibi propositum intimantes dixerunt q; scolas suas cuperent frequētare. Qui recolens visiōē ipsos esse septem stellas quas viderat non dubitauit rome viro dei dominico posito vir quidam magister Reginaldus scī amiani aureliā. Decanus qui etiam p̄situs in iure canonico. rexerat annis quīq; Romam cum aureliā episcopum mare transiturus aduenerat. Dudum autem ī proposito habebat relictis omnibus predicationi īsistere sed quodāmodo id cōplere posset nēdum aduerterat. Cum autem a quodam cardinali cui huiusmodi votum expresserat de institutione predicatorum didicisset. Et beato Dominico accersito eidem suū p̄positū reuelasset tūc ipse ordis delibearuit īgressum.

Nec mora graui febrium infirmitate corripit ⁊ de eius salute penitus despatur. Perseuerate aut in oratione be. dominico ac be. virginem cui tam speciali patrone curam ordinis tota comiserat exorante ut vel saltem modico tempore eum sibi concedere dignaretur. Ecce subito reginam misericordie duabus comitatam puellis ad modum sponsis Reginaldus vigilans ⁊ mortem expectans ad se visibiliter venientem aspexit blanda facie sibi dicentem. pete a me quid vis ⁊ dabo tibi. Deliberati quid peteret vna ex predictis puellis suggestit ne quid peteret sed se totum regine misericordie committeret. Quod dum fecisset illa manum extendens virgineam. aures eius ⁊ nares manus eius ⁊ pedes saluari quam tulerat vntione perunxit. Formulas verborum proprias ad singulas vntiones sub inferens ad renes ait. Stringantur renes tui cingulo castitatis. Ad pedes ait. Vnge pedes in preparationem euangelij pacis. ad diditque die tertia mittam tibi ampullam restitutionis plenarie sanitatis. Tunc ei habitum ordinis ostendebat. En inquit. iste est habitus ordinis tui. Hanc autem visionem similiter beatus dominicus in oratione positus vidit. Mane autem facto ad eum veniens sanctus Dominicus se sanum reperit. Et ab eodem totius visionis seriem audiuit. Et habitum quem virgo monstrauerat assumpsit. Nam antea frates suppellicijs utebantur. Die autem tertia dei mater affuit. Et corpus Reginaldi a deo peruenit quod non solum estus februi sed etiam ardorem concupiscentie sic extinxit ut sic ipse postmodum est confessus nec primus in eo motus libidinis pullulauit. hanc visionem iterato exhibitam quidam religiosus de ordine hospitaliorum. Presente quoque beato dominico proprijs oculis vidit ⁊ stupuit. hanc visionem multis fratribus post illius obitum be. dominicus publicauit. Missus igitur Reginaldus Bononiam predicationi ardentius instabat ⁊ fratrum numerus excrescebat. Post hoc autem missus pius non post multos dies in domino obdormiuit. Iuuenis quidam nepos domini stephani cardinalis defossa noua cum eo in foueam precipitio lapsus inde mortuus est eductus que beato dominico oblatus oratione fusa vite pristinae est restitutus in ecclesia sancti sixti architectum quendam conductum a fratribus subscripta quadam ruina desuper resoluta extriuit. denique sub cumulo cadentis materie iacentem extinxit. Sed vir dei dominicus corpus de cauerna subductum ad se deferri iussit orationumque suarum suffragio statim vite simul ⁊ sanitati restituit. In eadem ecclesia dum fratres circiter xl. manerent ⁊ quidam vice panis valde modicum inuenissent be. dominicus id modicum quod habebat panis diuidi super mensam mandauit

Dumq; vnusquisq; buccellam panis cum gaudio frangeret
ecce duo iuuenes habitus ⁊ forme consimiles refectorium in
trauerunt. palliorum sinus qui a collo pendebant plenos p̄i
bus deferentes. Quibus in capite mense serue dei dominici si/
lenter oblatis ita subito discesserunt vt nullus de cetero vel
vñ venerint vel q̄ abierint scire possit. Tunc sc̄us dominicus
manu ad fratres circūqua; protensa modo inquit fratres
mei comedite Cūq; be. dominic⁹ aliquādo in itinere positus
esset ⁊ quāuis pluuiarum inundatio facta esset ille signum
crucis edidit ⁊ a se ⁊ a socio omnem pluuiā adeo ppulsauit
vt quasi factō papilione de cruce cum tota terra densa ym/
brinm inundatione madesceret nec vna gutta ad spaciū triū
cubitorum eos contingeret. Quadam vice dum in partibus
thosolanis transisset nauigio quādam aqua nauta ab eo de/
narium pro mercede transitus exigebat cui vir dei pro fuitō
sibi ipenso cum celorum regnum promitteret addens q̄ disci
pulus christi esset nec aurum vel pecuniā deportaret. Ille euz
per cappam trahens mihi inquit aut cappam aut denarium di
mittes. Tunc vir dei credis ad celum oculis paululumq; itra
se orans mox in terram respiciens ⁊ diuino nec dubium pro
curatum nutu denariū iacentē videns. Ecce inquit frater qđ
postulas tolle ⁊ me liberum in pace dimitte. Contigit aliqñ
viro dei iter agente associari sibi religiosum quendam. cōuer/
sationis quidem sancte domesticum sed loquēle lingua peni/
tus alienum Dolens itaq; q̄ diuinis eloquijs vna cū illo mu
tua se collatione refouete non possent tandem vt vnus lingua
loqueretur alterius verbisq; se refocillarent per triduiū verita
tis vsq; ad locum q̄ videlicet ituri erat impetrauit. Quadam
vice cum quidam multis obsessus demonijs sibi fuisset obla
tus ille stolam accipiens prius super propriū collū posuit.
deinde demoniaci collū cinxit ma ndans illis vt de cetero iillū
hominem non vexarent. Ipsi vero in eiusdem obsessi corpore
statim vexari ceperunt ⁊ clamare per mitte nos exire quare
nos cruciari hic spell. At ille. nō dimittā vos inq̄t nisi mihi fi
deiussorē dederitis q̄ vlē nequa; de cetero i deatis. q̄s inq̄t
fideiussorē poterim? tibi dare. ⁊ ille sanctos martires quoz
cōpa ī ecclia hac i q̄escūt. ⁊ illi nō possum? q̄a n̄a merita cō
tradiciūt oz vos inq̄t dare. alioqñ a cruciatu h̄ neq; liberos
vos dimittā. Tūc i spōderūt ad h̄ opā se daturōs. ⁊ p̄ mo/
dicū dixerūt. ecce i petraim? licz īmeriti q̄ sc̄i martires fideiuf
serunt pro nob. reqrēte aūt eo h̄ rei signū dixerūt etatis ad
capsaz in q̄ sunt i cōdita capita martiz ⁊ eā iuenietis i uerlaz
Questū ē ⁊ inuētū sicut illi fuerāt. p̄testasti. p̄dicāte eo aliqñ
qdā matrone ab hereticis de p̄uate ei? pedib; puolute dixerūt.

serue dei adiuua nos si vera sunt que hodie predicasti iã diu
mentes nostros errorum spiritus excecavit. Quibus ille Cõ/
stantes estote & expectate palisper vt videatis quali dño ad/
hesistis. Statimq; viderunt de medio sui canē vnū teterrimū
prosilire qui magis canis quãtitatē pferēs habebat grossos
oculos & flãmantes. linguam latam atq; sanguinolentē & p
tractam vsq; ad vmbilicum Caudam vero habens curtã sut
sumq; protentam posteriorem turpitudinem quocũq; se ver
teret ostendebat de quibus fetor intollerabilis exalabat. cũq;
circa illas matronas se aliquãdiu huc illucq; vertisset. Tan/
dem per cordam in campanile conscendens disparuit. Feda
post vestigia derelinquēs. Ille ergo matrone gratias agentes
ad catholicam fidem sunt conuerse. Cum in partib; tholosa/
nis quosdam hereticos conuertisset & illi essent incēdio depu
tati aspiciens inter eos quendam Reimundum nomie ait mi
nistris. Istum seruate ne aliquo modo cuz ceteris conburat
Conuersusq; ad deum blandeq; alloquēs. Scio inquit fili mi
scio q; adhuc licet tarde bonus homo eris & scūs. Dimissus
itaq; per annos viginti in heretica prauitate permansit. Tãdē
cõuersus & frater predicator effectus i eodē ordine vitã suã
laudabiliter duxit & feliciter ssumauit. Cum ess; in hispania
quibusdam sibi fratribus sociatis apparuit ei per visuz imma
nissimus draco quidam qui fratres illos qui secum erãt ab/
sorbere apertis faucibus nitebatur. Quod vir dei intelligens
fratres alios fortiter resistere hortabatur. Postmodũ omnes
illi excepto fratre adam & duobus cõuersis ab eo recesserũt
Interrogatus autem quidam ex illis ab eo an similiter vellet
abire ait. Absit pater vt relicto capite sequar pedes & cõtinuo
oratiõni se dedit. Et fere omnes post modicum sua oratiõne cõ
uertit. Apud sanctum sextum in vrbe romana cum fratribus
existens subito facto super eum spiritu domini ad capituluz
fratribus conuocatis palam omnibus nũciauit. Quatuor fra
tres ex ipsis in breui duos videlicet i corpore duos vero i aĩa
mõituros. Post modicum duo fratres ad dominũ migraue/
runt duo vero de ordine recesserũt. Existēte eo Bononie erat
ibi quidã magister Conradus theotonicus cuius ingressuz
ad ordinem fratres mirabiliter affectabant. Cum autē beatus
Dominicus cũ pœre mōasterij cassamarię de ordie cisterciē
in vigilia assumptionis be. Marie sermonizaret familiari qua
dam confitentia exigente inter alia dixit ei. Fateor tibi priore
quod tamē adhuc vnq; exposui nec tu alteri q; diu vixero re
uelabis q; nũquam a deo in hac vita aliquid petij quod non
exequerer iuxta votum Cui cum predictus priore diceret q;

forsitan ante eum vitam finiret be. dominicus spiritu p̄p̄ficio
 dixit q̄ ipse prior post se diu uiuerem. sicq̄ factum est vt p̄/
 dixit. Tunc ille prior adiecit pete ergo pater vt det tibi Ma
 gistrum Conradum ad ordinem cuius fratres introitum tan
 tum flagitare videntur. At ipse rem inquit bone frater dif
 ficilem postulasti. Finito completorio ceteris fratribus ad q̄/
 escendum pergentibus ipse in ecclesia remansit & in oratione
 more solito pernoctauit. Conuenientibus igitur fratribus
 ad primam cum cantor incepisset. Jam lucis orto sydere. ecce
 lucis noue sydus nouum futurus magister Conradus subit
 o veniens ad pedes beati dominici se prosternens habitum
 ordinis instanter petiit & perseueranter accepit. Hic fuit ī or
 dine valde religiosus & lector ī ordine plurimum graciosus
 Qui tandem moriens cum iam oculos clausisset & fratres euz
 migrasse crederent ille apertis oculis fratres circūspiciēs ait.
 dominus vobiscum. Qui r̄spondentibus Et cum spiritu tuo
 Adiunxit fidelium anime per misericordiam dei requiescant
 in pace & sic protinus ille in pace quieuit. Erat autem huo
 dei dominico firma valde mentis equalitas nisi cum ad passi
 onem a misericordiam turbaretur a quia cor gaudens exhy
 lerat faciem placidam interioris hominis compositionem ma
 nifesta deforis benignitate prodebat. Tempore diurno. cum
 fratribus suis socij sue. saluo quidem honestatis tenore nemo
 cōmuniō nocturnis horis vigilijs a orationibus. nemo in/
 stantior. Diem ipartiebatur proximis noctem deo. De ocu
 lis suis quasi quendam fontem effecerat lacrimarum frequē
 ter quando corpus domini leuabatur in missa intantum mē
 tis rapiebatur excessu ac si ibidem christum incarnatum pre
 sentem videret propter quod missam multo tempore cum
 ceteris non audiuit. Erat autem sibi in ecclesia pernoctandi
 consuetudo creberrima vt vix aut vel raro certum ad quiescē
 dum locum videretur habere & cum lassitudine succedente
 somnij interpelleret necessitas siue ante altare aut super la
 pidem capite reclinato paululum quiescebat. Tres singulis
 noctibus accipiebat manu. p̄p̄a de quadā cathēa ferrea disci
 plinas. vnā videlicet p̄ se. alterā p̄ peccatoribz q̄ versant̄ ī mūdo

Tertiam vero pro hijs qui in purgatorio cruciatur Electus aliquando in citauen ep̄m omnino renuit stertans se prius terram deserere quam electioni alicui de se facte aliquatenus consentire Interrogatus aliquando cur non libentius tholosano in tholosanaque dyocesi in eius videlicet dyocesi quam in carchasonen dyocesi moraretur Respondit Quia in tholosana dyocesi multos qui me honoꝛant inuenio Apud carchasonam vero omnes contrario me impugnant. Interrogatus a quodam in quo libro plus studuisset Respondit in libro caritatis. Quadaꝛ vice dum vir dei dominicus apud Bonoñ constitutus in ecclesia p̄notaret dyabolus in specie fratris eidem apparuit. Queꝛ sanctus Dominicus fratrem existimans ei inuebat ut cum ceteris ad quiescendum p̄geret. Ille vero quasi deridendo eundem sibi nutibus respondebat. Tunc sanctus Dominicus quisnam es qui suum mandatum contemneret scire volens candelam ad lampadem accendit & in faciem eius respiciens quod dyabolus esset confestim cognouit. Quare cum eum vehementius increpasset mox eidem dyabolus de fractone silentij insultare cepit. Scius autem dominicus utpote fratrum magistro sibi loqui licere asserens coegit ipsum ut sibi diceret de quo fratres in choro temptaret. Qui respondit Facio eos tarde venire & cito exire. Deinde duxit eum ad dormitorium de quo idem fratres temptaret inquirens. Qui ait Facio eos nimis dormire tarde surgere sicque a diuino officio remanere & interdum immundas cogitationes habere. Deinde ad refectorium ipsorum duxit & de quibus ibidem fratres temptaret quesuit. Tunc demon per mesas saliens plus & minus plus sepius repetendo dicebat. Quod cum sanctus Dominicus quid sibi hoc vellet interrogaret ait. Quosdam fratres tempto ut plus comedant & sic ex nimia cibi sumptione delinquant. Quosdam ut minus sumant & sic in dei huiusmodi & sui ordinis obseruatione debiliores fiant. Tunc duxit eum ad locutorium de quibus ibidem fratres temptaret inquirens. Tunc ille crebro linguam reuoluens mirabilis effusionis sonum premebat. Quod cum sanctus Dominicus quid sibi hoc vellet inquireret ait. Hic locus totus meus est. Cum enim fratres ad loquendum ueniunt eos temptare studeo ut effuse loquantur sese inutilibus uerbis commisceant & unum aliud non expectet. Postremo duxit eum ad capitulum sed cum ante hostium capituli fuisset demon nullatenus intrare uoluit sed ait. Huc nunquam ingrediat quia locus maledictionis & inferni mihi est. Et totum ibi amitto quod in alijs locis lucro. Nam cum aliquem fratrem per aliquam negligentiam delinquere fecero mox in loco hic maledictionis de ipsa negligentia se purgat & coram omnibus se proclamatur. Nam hic non est hic confitentur. hic

accusantur. hic verberantur hic absoluuntur. ⁊ sic amisisse me
doleo quod alibi me lucrati videbam Et hijs dictis euauit
Tandem appropinquate peregrinationis termino constitut⁹
apud Bonoñ graui cepit corpōis infirmitate languere. Sui
autem corpōis dissolutio sibi in visione mōstrata est. Vidit
enim iuuenem pulcherrimū hijs verbis se vocantem ⁊ dicē/
tem Veni dilecte mi. veni ad gaudia veni Conuocatis igitur
fratribus Bonoñ conuentus xij. ne eos ex heredes ⁊ orpha/
nos dereliqueret testamentum condidit dicēs. Hec sunt que
nobis tanq̄ filijs hereditario iure possidenda relinquo carita/
tem habete humilitatem seruate paupertatem voluntatē pos/
sidade. Illud vero quod potuit districtione prohibuit ne quis
vnq̄ in suo ordine possessiones induceret temporales maledi/
ctionem dei omnipotentis ⁊ suam terribiliter imprecās ei q̄
predicatorum ordinem terrenarum diuitiarum puluere pre/
sumeret maculare. Fratribus vero de eius destitutione incon/
solabiliter dolentibus dulciter eos consolās ait. Ne vos mea
filij carnalis turbet discessio nullatenus dubitantes vtiliorem
me vos mortuū habituros q̄ viuū. Ad extremam horam ve/
niens anno dñi M. ccc. xx. primo dormiuit in domino. Cuius
quidem transitus eadem die eademq; hōra fratri guali priori
tunc fratrum predicatorum de Brixia postmodum eiusdem
ciuitatis epō hoc modo monstratur Nam cum in campanili
fratry capite ad murz inclinato leui somno dormitasset vidit
celum apertum ⁊ duas scalas candidas ad terram submitti.
quaz summitates christus cum matre lenabat ⁊ āgeli p eas
iubilantes ascendebant ⁊ descendebant. In medio autem sca/
larum in ymo sedes posita erat ⁊ super velato capite frater se/
dens. Ihesus autem ⁊ mater eius sursum scalas trahabant do/
nec sedente in solium eleuato apertura celi clausa est. Veniēs
igit̄ predictus frater Bonoñ continuo eodem die ⁊ hōra pa/
trem migrasse cognouit. Frater quidam nomie Rao positus
apud tybur eadez die ⁊ hōra qua pater migravit a corpore mis/
sam celebraturus accesserat ad altare. Cū audisset eū Bonoñ
egrotasse ⁊ ad locum canonis veniens in quo de viuis mētio
fieri consuevit vellet pro eius salute orare subito factus est in
excessu mentis. Viditq; virum dei dominicum corona quadā
aurea laureatum totumq; mirabili splendore fulgētem duo/
bus quidem reuerendis viris coitatum hinc inde extra Boñ.
in via regia procedentem Diem igitur notans ⁊ horam iue/
nit tunc seruū dei dominicum a corpore migrasse. Cū igit̄ cor/
pus eius multo tpe sub tra iacuis̄ ⁊ crebrescētibz idēsinēter
miraculis non poss̄ vteriq; eius scitas occultari fidelium dig/
num duxit deuotio corpus eius ad altiorē locum transferre

Cūq; monumentum fuisset factum vix ferreis instrumentis
cemento sub latoq; lapide patefactum tanta ex ipso suauissi-
mi odoris prorupit fragrantia vt non tam sepulcrum q̄ cella
videret aromatū patuisse. Qui quidem odor cuncta supabat
aromata nec alicuius rei odor simil' videbatur. nec solum ossi-
bus aut pulueri sacri corporis inerat vel capiti. Verum etiaz
terre circumquaq; congeste ita vt ad longinqs regiones etiā
postmoduz delata odorem ipsum lōgo tempore retinerz. Fra-
trum vero manibus de reliquis sacrosanctis tangentibus sic
inhesit vt quātūcūq; lote vel etiam confricte fragrantie diu
testimonium presentarent. In prouincia vngarie vir quidaz
nobilis cum vxore sua & filio paruulo ad reliquias beati do-
minici que in filon habebantur visitandas accessit. at filius eiꝝ
infirmatus ibidem ad extremū vite moriendo peruenit. Pater
autem corpus filij coram altari beati dominici collocās lamē-
tari cepit & dicere be. dominice letus veni ad te. entristis ē deo-
cum filio veni & orbatus recedo. Redde mihi queso filiū meū
Redde mihi leticiam cordis mei Et ecce circa noctis medium
puer reuixit & per ecclesiam ambulauit. Iuuenis quidam cē-
dam nobilis domine mācipium dum ī quodā fluuio piscādi
gratia insisteret in aq̄ lapsus & suffocatus disparuit. Magno
autem spacio tēporis interiecto eius corpꝝ de p̄fundo fluuij
est eiectum. Domina autem ipsius pro eius resuscitatione be-
atum dominicum inuocans promisit se ad suas reliquias nu-
dis pedibus accessurum & resuscitatum mancipium libertati
daturam. Statimq; qui fuerat mortuꝝ in medium videntibꝝ
omnibus vite redditus p̄siliit. votumq; suū predicta domīa
sicuti promiserat adimpleuit. In eadem prouicia vngarie dū
quidam vir filium suum defunctum amare lugeret & beatus
dominicum pro eius resurrectione inuocaret circa pulloꝝum
cantum qui mortuus fuerat oculos apparuit & patri dixit.
Quid est pater q̄ sic habeo faciem madefactaz. & ille lacrimis
patris tui sunt fili quia tu mortuus fueras & ego solus remā-
feram omni gaudio destitutus. Cui ille multū fleuisti pater
sed beatus dominicus desolationi tue cōpatiens vt tibi viuus
redderet suis meritis impetrauit. Languidus quidā per. xvij
annos cecus reliquias beati dominici visitare desiderans tāq̄
temptans ire de lecto surrexit tantāq; subito sibi sensit īfundi
virtutem q̄ passu concito gradi cepit. Tantomagis preuale-
scencia corporis & illuminatione oculōꝝum proficiscens tāto
quotidie procedebat donec tandem ad locum destinatum
perueniens perfectum recepit vtriusq; beneficium sanitatis.

In eadem puincia vngarie matrona quedã ad honorẽ beati dominici missam disponens facere celebrari sacerdotem hora debita nõ inuenit. Quapropter candelas tres ad hoc patas manu tergio mudo inuoluit & i quodã vase reposuit. Aliq̃tulũ aut diuertens & postea rediens candelas flãm̃is patentib̃/ar dere uidit. Currẽtes om̃es ad taz grande spectaculum tamdiu ibidem trementes & orantes steterũt donec sine lesione manu tergij penitẽ exarserũt. Apud bonũ scholaris q̃dam nomĩe Nicholaus grauirenum ac genuum dolore adeo est vexatus q̃ de lecto surgere non valebat cuiũ & femur leuũ emarcuit in tantũ q̃ omnis ab eo spes curacõnis abcessit. Deo igit̃ & beato dominico se deuouens cum se filio de quo fienda erat candelã totũ mẽsus esset in longum cepit collum & pectus cingẽ. Cum tãdem genu filio ambiẽte anxisset inuocato ad quamlibet mensuracionẽ nomine ihesu et. be. Dominici cõtinuo se alleuiatum sentiẽs exclamauit. Ego sum liberatus. Exurgens & pre gaudio lacrimãs sine aliquo fulcimẽto. venit ad ecclesiã i qua corp̃us sancti domici quiescebat. In eadẽ quoq; ciuitate multa & fere innumerabilia miracula deus p̃ suum seruum domicum operatus ẽ. In sicilia apud Augustam cum puella quedã que vicio lapidis laborabat icidi deberet mater eiũ pro instãti periculo filiam suam deo & beato Dominico commendauit. Sequenti igit̃ nocte dormiẽti puelle beatus dominicus astitit et in manu eius lapidẽ quo torquebatur posuit et abcessit. Quem puella euigilans et se liberatã muniẽs matri dedit & uisionẽ per ordinez explicauit. Mater vero lapidẽ ad domum fratrum attulit & ip̃m in mẽxiã tanti miraculi coram ymagine be. Domici suspendit. In augusta ciuitate cũ in festo translacionis beati. Domici matrone quedã que in ecclesia fratrum missarũ solemnijs iterfuere domum redient et quandam mulierem p̃foribus domus sue filantẽ uiderẽt ipsam caritatiue redarguere ceperunt cur i festo tanti patris a seruili opere nõ cessaret. Illa vero indignata respondit. Vos que estis birxoze fratrum festũ collite vestri sancti. Statimq; oculis in tumorem cũ pruritu conuersis ex ip̃is ceperũt vermes protinus scaturire ita q̃ vicina quedã xviii. vermes eduxit ex eius oculis numeratim. Compũcta igit̃ ad ecclesiam fratrum venit ibiq; peccata sua confitens et votum emittens q̃ de cetero sancto de. Domico nunq̃m detraheret & eiũ festũ deuote ageret. ptinẽ restituta ẽ p̃stine saĩtati. Scĩmonial̃ q̃dã nomĩe maria apud tripolim in monasterio qd̃ dicit̃ magdavalidissimis ifirmitatib̃ elaborãs at in tibia grauiter. p̃cussa.

v. mensibus cruciatu miserabili vrgebat ita vt singulis horis exitus timeret. Que intra se recolligens semetipsam sic orauit Mi domine non ego digna orare te nec exaudiri a te sed rogo dominum meum be. dominicum vt sit mediator inter me & te et mihi impetret beneficium sanitatis. Cum ergo diu cum lacrimis exoraret in extasi facta vidit beatum dominicum cum duobus fratribus aperta cortina que ante lectu ei pendebat intrantem sibiq; dicentem. Quare tantum sanati desideras. Et illa. Domine vt deo meo deuotius seruire possim. Tunc ille sub cappa vndionem mire fragrantie proferens tybiam ei vnxit et statim sanata fuit. hec vndio dilectionis est signum qui videlicet preciosa est quia nullo precio emi potest. & quia in donis dei nullum est melius dilectione. nihil dulcius caritate difficilis quia cito perditur non caute custodia. Ipsa nocte sorore sue in dormitorio quiescenti apparuit dicens. Ego sanavi sorore tuam. Que currens ipsam sanatam inuenit. Quod cum se etiam sensibili vndione inunctam sentiret ipsam cum bombice & reuerentia multa exersit. Quam gratus autem deo locus in quo sacrosanctum corpus be. dominici requiescit. licet ex miraculo multis claruerit vnum hic posuisse sufficiat. Refert magister alexander episcopus virdomen. in postillis suis super illud verbum Misericordia & veritas obuia. s. &c. Quidam scolaris degens Bonon. vanitatibus seculi deditus iussione in talem conspexit. videbatur siquidem sibi quod in quodam campo magno consisteret & ibidem tempestas ingens super ipsum descenderet. Qui dum fugeret a facie tempestatis ad quandam domum puenit quam cum clausam inuenisset. Et pulsans ad hostium se ibidem recipi postulabat sed que deintus erat hospita respondit. Ego sum iusticia que hic habito & hec domus mea est. Quia autem tu iustus non es in ea habitare non vales. Ad cuius verba ille plurimum merens abcessit & aliam domum ultra illam conspiciens ad eam venit & pulsans ad hostium se ibidem recipi postulabat. Sed que deintus erat hospita. Respondit ego sum veritas que hic habito & hec domus mea. Te autem hospicio non recipiam quia veritas eum non liberat quod eam non amat. Indeque abcedens tertiam domum ultra illam prospicit ad quam veniens se similiter contra impetum tempestatis recipi flagitauit. Cui que deintus erat domina respondit. Ego sum pax que hic habito. Non est autem pax impijs sed hominibus bone voluntatis. Verum quia ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis vtile consilium tibi dabo et cetera.

Vltra mea soror habitat q̄ miseris semp̄ auxiliū prestat ad hanc accede ⁊ ei⁹ monita 9ple. Cū ergo accessisset q̄ deitus erat. Rñdit ego sū misericordia que hic habito. Si igit̄ ab imminente tempestate saluari desideras vade ad domū in qua fratres p̄dicatores habitant ibiq; inuenies stabulū penitencie & presepe stinentie pabulū doctrine ⁊ puez̄ ihesum te saluātē. Cum predictus scholaris euigilasset ad domum fratruū venit et uisioem p̄ ordinem recitans habitū ordinis pecijt et accepit

Denomine

Sixtus dicitur a syos q̄d est de⁹ et status quasi sixt⁹ et firmus in fide vel passione et bona operatione.

De sancto Sixto



Sixtus papa athenien⁹ nati/ one p̄mo q̄dē p̄hs sed postea cristi discipulis & pontifex sūmus elect⁹ decio ⁊ valeriano cū duobus dyacoib⁹ suis felicissim⁹ ⁊ agapito p̄ntat⁹ est. Quem cū decius nllis posset persuasio/ nibus inclinare fecit eum duci ad templū Martis ut aut sacrificare aut in custodia Mamertini reciperet. Sed cū sacrificare ren

nuēs in custodia duceretur beatus Laurenti⁹ post eū clamās ibat ⁊ dicebat. Quo progredieris sine filio pater q̄ sacerdos sancte sine misterio apperas. Cui sixtus. Non ego te desero fili neq; dereliquo sed maiora tibi debent certamina post triduiū me seq̄ris sacerdotē leuita. Interi ergo thesauros ecclesie acci pe ⁊ quib⁹ tibi uidei diuide. Quos cū ille xp̄ianis pauperib⁹ distribuisset. Valerian⁹ p̄fect⁹ decreuit ut sixt⁹ ad templum Matris sacrificaret duceret. Quod si renueret ibidē capite truncaretur. Quo cū duceretur be. Laurenti⁹ post eū clamare cepit ac dicere. Noli me derelinq̄re patē sancte q̄a thesauros tuos iā expendi. q̄ tria michi. Tūc milites audiētes thesauros

nominare laurentium tenuerunt. Sextū vero cum felicissimo
 et agapito ibidem decollauerunt. In hac die est festū transfi-
 gurationis dñi & sanguinis xpi de nouo uino si fieri potest &
 inueniri in aliquibꝫ ecclesijs ꝑficatur. vel saltē de matura vna
 aliquantulū in calice eliquat. In hac etiam die Racemi bene-
 dicunt & ꝑplus cōmunicat. Ratio aut̄ huius est ex eo qꝫ dñs
 discipulis suis dixit in die cene. Non bibam ammō de hō gem-
 mine vitis donec bibam illud nouū in regno patris mei. Illa
 vero transfiguratio dñi & qꝫ dixit nouū vinū repñtat gliosaz
 innouationē quā xpus ꝑꝫ resurrectionē habuit. & ideo in hac
 die transfigurationis q̄ resurrectionē repñtat vinū nouū inq̄-
 ritur & non qꝫ in hac die vt quidam aiunt transfiguratio sit
 facta sed in hac die ab aplis manifestata. Trāfiguratio enim
 facta dicitur fuisse circa principium ueris. Discipuli autem
 propter prohibitionem factam ipsam tandiū celauerūt & in
 hac die manifestauerunt. Sic legit̄ in libro qui d̄r mitrale.

Donatus.



Onatus quasi a deo datus & hoc per re-
 generationem. Et gratie infusionem &
 glōficationem que est triplex genera-
 tio spiritu uel a deo. Nam cum sancti
 mōiuntur tunc nasci dicuntur. Vnde
 obitus sanctorū non mōs sed natale
 vocatur. Puer enim appetit nasci vt re-
 cipiat ampliōrem locum ad manēdum
 vberiozem cibum ad uescendum liberaliozem aerem ad respi-
 randum & lucem ad videndum. Et quia sancti de utero ma-
 tris ecclesie per mōtem exeunt illa quatuor secundū modū
 suū recipiunt ideo nasci dicuntur. Vel dicitur donatus quasi
 dono dei datus.



Donatus cum
Iuliano im-
peratore eru-
ditus et nutritus est
ita quod predictus Iul-
ianus fuit tunc in
subdiaconum ordi-
natus. Sed cum in im-
perium sublimatus
fisset patrem et matrem
beati donati occidit do-
natus vero in aretinam
ciuitatem aufugit et
apud Hylarium mo-
nachum manens multa
ibidem miracula fecit
Nam cum prefectus

ciuitatis habens filium demoniacum eum ad donatum adduxisset
spiritus immundus clamare cepit ac dicere. In nomine domini ihesu
christi noli mihi esse molestus ut de domo mea egrediar. O donate
quare me exire coartas cum tormentis. Sed orante donato fuit
protinus liberatus. Vir quidam Eustachius nomine exactor visci
publicam pecuniam in custodia uxoris nomine eufrosine dereliquit.
Sed cum pecunia ab hostibus uergeretur pecuniam abscondit et
dolore preuenta vitam finiuit. Vir autem eius rediens cum pecuniam
inuenire non posset et cum filiis suis ad supplicium tradi deberet
ad sanctum donatum fugit. Donatus autem ad sepulcrum uxoris
cum eo pergens oratione facta clara voce dixit Eufrosina per spiritum
sanctum te adiuro ut dicas nobis ubi talem pecuniam posuisti et
facta est vox de sepulcro dicens. In ingressu domus mee ibi eam
subsodi. Et euntes eam ibi ut dixerat inuenerunt. Post aliquod
autem dies satyrus episcopus in domino obdormiuit et omnis clericus Do-
natum in episcopum elegit. Cum autem ut refert gregorius quodam die missa
celebrata presbiter communicaret et diaconus communicans christi
sanguinem propinaret subito paganorum impulsu diaconus cecidit
et calicem sanctum fregit. De quo cum ipse et omnis presbiter plimum
mestus esset. Donatus fragmenta colligens calicis oratione ipsam in
pristinam formam restaurauit. vna autem particula a diacono abscon-
sa fuit que in calice predicto defecit que tamen est ad testimonium miraculi
huius. Pagani autem hoc viso miraculo sunt conuersi et lxxx. bap-
tisma susceperunt. fons quidem a deo erat infectus ut quicumque
de illo biberet pertinere moreretur. Dum igitur sanctus Donatus

super asinum suum illuc iret vt oratione sua aquam sanaret
draco terribilis inde erupit & pedes asini caudam in uoue ns
contra Donatum se protinus erexit quem donatus flagello
quodam percutiens vel secundum q. alibi legitur in os eius
expuens continuo interfecit orauitq; ad dominum vt omne
venenum a fonte fugaret. Alium quoq; fontem dum ipse cuz
focijs suis valde sitiret quadā vice sua oratione ibidez pduxi.
Cum filia theodosij impatoris a demone vexaretur & ad scēm
Donatum adducta fuisset dixit donatus. Exi immunde spūs
et noli in plasmate dei habitare cui demon. Da mihi transitū
quo exeam aut quo vadam. Cui donatus. Vnde huc venisti.
Cui demon de heremo & sanctus illuc reuertere. Et demon
video signum crucis in te de quo ignis exit contra me & preti
more ignoro quo vadam sed da mihi locum exeundi & exeo
Cui donatus ecce habes transitum redi ad locum tuū & vni
uersaz domum concutiens exiuit. Cum quidā mortuū effereē
aduenit quidaz cum cyrographo asserens debere sibi ab ipso
ec. solis. vnde nullatenus ipm sepeliri sinebat. Qd' cū vxor eiū
vidua be. donato cum lacrimis indicasset adiungens q; homo
ille pecuniā totaliter recepisset assurgens ad locū iuit & manu
defunctum tangens ait. audi me. Qui respondit ego sum. Et
sanctus donatus ad eum. Surge & vide quid agas cū homie
isto qui te sepeliri nō finit. Qui residens eum de solucōe debiti
coram omnib; conuicit & cyrographū accipiens manu scidit
Deinde dixit sancto donato iube me iterum pater dormire &
ille vade ammō fili quiescere. Eo tempore cum fere ānis trib;
non pluisset & sterilitas magna esset infideles ad imperatōrem
theodosium conueniunt petētes vt sibi donatum traderet qui
partem magicam hoc fecisset. Ad imperatōris igitur instantiā
Donatus egressus dominum exorauit & pluuiam copiosam
dedit siccisq; vestib; ceteris pluuiā infusis domum redijt. Cū
autem gothi eo tempore ytaliā deuastarent & multa a fide
christi recederent. Euadratianus prefectus a sancto Donato
et Hylarino de apostasia reprehensus sanctos ipsos cepit cō/
pellens eos vt Ioui immolarent. Quod cum rennuerent Hy/
larinum expoliatum tamdiu cedi fecit quousq; spiritum exa
laret. Donatū vero in carcerem reclusit & postmodum eum
decollari fecit. circa annū domini. ccc. lxxx.

De sancto Cyriaco.



CYriacus a marcello papa dyacono ordinatus apprehensus et ad maximianum reductus iussus est cum sociis suis ut terram foderet. Et ad locum scilicet terminas qui ibidem constructus fuerat suis eorum humeris deportaret. ubi erat sanctus Saturninus senex quem Cyriacus et Sisinnius ad portandum iuuabant. Tandem in carcere

reclusum prefectus iussit cyriacum perire. Et cum eum a persequantibus educeret subito vox cum luce de celo veniens dixit. Venite benedicti patris mei etc. A persequantibus credidit et baptizari se fecit et ad prefectum confitens christum venit. Cui prefectus Nunquid tu christianus factus es. Qui respondit. Ve mihi quia peridi dies meos. Respondit prefectus vere modo perdes dies tuos et misit eum decollari. Saturninus vero et Sisinnius cum sacrificare nollent diuersis supplicijs affecti tandem decollati sunt. Filia autem Diocleciani nomine Arthemisia cum a demonio vexaretur clamabat in eum demon dicens. Non exeam nisi Cyriacus dyaconus veniat. Unde ad eum adductus Cyriacus cum demoni imparet. Respondit si vis ut exeam da mihi vas aliquod in quo intrem. Responditque Cyriacus. Ecce corpus meum si potes ingredi. Cui demon In vas tuum intrare non possum quia vnicuique est signatum et clausum sed si eicis me scito quod in babiloniam faciam te venire. Et cum coactus exisset arthemisia clamauit dicens quod deum quem Cyriacus predicat videret. Cum igitur illam Cyriacus baptizasset et ex gratia dyocleciani et serene uxoris eius in domo quam dederat ei securus viueret venit nuntius a rege persarum ad dyoclecianum rogans ut ad se cyriacus mitteretur quia filia sua a demone vexaretur. Ad preces igitur dyocleciani Cyriacus cum largo et sinaragdo naui impositis necessarijs in babiloniam letus iuit. Cuius ad puellam puenisset demon per os eius clamauit dicens. fatigatus

es Cyriace. Cui cyriacus respondit. Non sum fatigatus s̄ dei auxilio gubernatus. Ait demon. tamen ego ad quod volui te perduxī. Tunc Cyriacus dixit demoni. Imperat tibi ihesus vt exeas ⁊ statim exiens demon dixit. O nomen terribile q̄d me coartat exire ⁊ sic sanata[m] puellā cum patre ⁊ matre ⁊ multis alijs baptizauit. Et cum multa sibi munera offerentur recipere noluit. sed quadragintaquinque diebus ibidem in pane et aqua ieiunans tandem Romam redijt. Post duos autem menses Dyoclecianus defunctus est. Cui maximianus succedens iratus de sorore sua archemia Cyriacum comprehendit. et nudum catenis ligatum ante currum suum trahi iussit. Iste Maximianus pro tanto potest dici filius Dyocleciani q̄ sibi successit ⁊ eius filiam habuit in uxorem. que Valeriana nuncupata est. Deinde iussit carpasio vicario vt ipsum cum socijs sacrificare compelleret. aut diuersis supplicijs occideret. Et cum ipse picem super caput eius liquasset ⁊ in eculeo suspendisset fecit Cyriacum cum omnibus socijs decollari. Carpasius autem cum domum Sancti Cyriaci impetrasset ⁊ ad derisionem christianorum in loco vbi Cyriacus baptizabat se lauaret epulasq̄ cum .xix. socijs celebraret subito omnes mortui sunt. Et ex tunc clauso balneo gentiles xpianos timere et venerari ceperunt.

Laurentius.



Laurentius dicitur quasi lauream tenens. Que est corona de lauro facta. Quia olim de huiusmodi ramis victores coronabantur. Hec autem arbor est victorie ostensiuā continua viriditate amena. Odore grata ⁊ efficacia virtuosa. Beatus igitur Laurentius dicitur a lauro quia victoriā obtinuit in sui passione. Vnde ⁊ confusus Detius dixit. Puto quia iam victi sumus. Viriditatem

habuit in cordis mūdicia & puritate. Vnde & dixit. Mea nox obscurz non habet aī. Odorem habuit p̄ memorie p̄petuitatē Vnde disperfit dedit paupibz & ideo iusticia eius manet in seculum seculi. Beatus maxim⁹ quō non in eternū huiusmodi manet iusticia quā in sancto compleuit ope & glōziosissimo martirio ḡsecrauit. Efficaciaz per virtuosam predicationē per quā lucillum ypolitū & romanū cōuicit. Huiusmodi aut̄ a/boris efficacia est q̄a calculū frāgit. surditati subuenit fulmē non metuit. Sic laurencius frangit cor durū. spūalem reddit auditū p̄tegit a flumine scz reproborum.

De sancto Laurentio.



L Laurentius martir & leuita genere hispanus a be. fixto romā deductus est. Nam sicut dicit magister io. be. leth cum idem be. fixtus in hispaniam p̄fect⁹ esset duos iuuenes ibidez repiens scz laurētū & vincentiū eīz cogitatum mox honestate cōpositos & in omni actione p̄claros ipsos secū romā adduxit quoz alter

scz Laurentius secum rome mansit. vincentius vero in hispaniam redijt & ibi glōzioso martirio vitā finiuit. Huic aut̄ oppinioni magistri io. be. leth repugnat tempus martirij vtriusqz. Nam Laurentius sub decio. Vincentius aut̄ in iuuenili etate sub dyodleciano & daciano passus est. Sed inter deciū & dyodlecianū fluxerunt anni circiter. xl. & imperatores septē medij fuerunt vt tunc be. vincenti⁹ nō potuit iuuenis extitisse. Beat⁹ aut̄ sixtus Laurentiū suum archidyaconem ordinauit. Eodē tempore philippus imperatōr & filius suus nomine philippus fidem xp̄i receperant & xp̄iani effecti ecclesiam sublimare plurimum nitebantur. Iste philippus primus imperatōr fuit qui fidem xp̄i recepit quem origenes vt d̄r ad fidem conuertit licz alibi legatur q̄ be. Pontius eum ḡuertit. Regnauit aut̄ anno.

M. ab vrbe condita vt millesius annus xpo potius q̄ ydolis
dedicaretur. Qui quidem annus millesimus fuit a Romanis
cum ingenti ludorum ⁊ spectaculorum apparatu celebratus.
Erat autem philippo impatori miles quidam nomine decius
in armis bellicis plurimum strenuus ⁊ famosus. Cum autē
hisdem temporibus gallia rebellaret illuc imperator decium mi-
sit vt rebellantē galliam romano imperio subiugaret. Missus
decius prospere cuncta gerit ⁊ ad libitum potitus victōria ro-
mam rediit. Audiens imperator eius aduentum eum alacri⁹
honorificare voluit ⁊ eidem a roma vsq; ad veronam obuius
iuit. Sed quia malōrum mentes quo magis se honorari sentiūt
eo amplius per superbiam intumescunt Decius in superbiam
elatus imperiū cepit ambire ⁊ de morte sui domini p̄tractare
Cum igitur imperator in stratu suo sub papillione quiesceret.
Decius papillionem latenter introiuit. Et dormientem dñm
iugilauit. Exercitum autem qui cum impatore venerat ad se
prece ⁊ precio muneribus ⁊ promissis attraxit ⁊ ad urbem
regiā gradu concito p̄perauit. Audiens hoc philippus minor
vehementer extimuit ⁊ totum thesaurum patris ⁊ suum vt
ait fecardus in cronica sua be. sixto ⁊ sancto Laurentio com-
mendauit v̄ si ipsum a decio interfici contingeret thesaurum
ipsum ecclesijs ⁊ pauperibus erogarent. Ne te moueat q̄ the-
sauri quos beatus Laurentius dispensauit non dicuntur the-
sauri imperatoris sed ecclesie quia potuit esse q̄ cum ipis the-
sauris philippi imperatoris aliquem etiam thesaurum ecclesie
dispensauit. Vel forte ideo dicunt thesauri ecclesie q̄ philipp⁹
eos reliquerat ecclesie pauperibus dispensandos. Postea phi-
lippus aufugit ⁊ se a facie decij occultauit. Senatus igitur ob-
uiam decio processit ⁊ ipsum in imperiam confirmauit. Ne
vero proditorie s; zelo ydolatrie dominum suum occidisse vi-
deretur xpianos cepit crudelissime persequi precipiens illos
sine vlla misericordia trucidari. In hac p̄secutione multa .M.
martirum corruerunt. Inter quos ⁊ philippus martirio est
coronatus. Post hoc decius de thesauro domini sui inq̄sicōez
faciens oblatus est ei be. Sixtus tanquam qui xpm coleret ⁊
imperatoris thesauros haberet. Tunc decius iussit eum in car-
cerem recipi vt per illata tōmenta xpm negaret ⁊ thesauros
proderet. Beatus autem laurentius ipsum sequens post eum
clamabat. Quo progredieris sine filio patre quo sacerdos sine
p̄. tu nunquam sine ministerio sacrificiuz offerre vsueueras
Quid in me displicuit paternitati tue. nunquid degeneret me
probasti experire certe vtrum ydoneum ministrum ele. cui cō

misisti dominici sanguinis dispensationem. Cui beatus Sixtus
 dixit. Non ego te desero fili neque dereliquo sed maiora tibi de/
 bentur pro fide christi certamina. Nos quasi senes leuioris pugne
 cursum recipimus. Te autem quasi iuuenem manet de tyranno
 gloriose triumphus post triduum me sequeris sacerdotem
 lruita. Deditque ei omnes thesauros precipiens ut ecclesijs et
 pauperibus erogaret. Beatus igitur Laurentius christianos die
 ac nocte diligenter quesuit & unicuique prout opus fuerat mi/
 nistravit. Venit ad domum eorum vidue que multos christianos
 in domo sua absconderat quam longus dolor capitis detinebat
 Sanctus autem Laurentius per impositionem manus eam a
 dolore capitis liberauit & pauperibus pedes lauans omnibus
 elemosinam dedit. Eadem nocte in domo cuiusdam cristiani
 veniens quendam cecum ibidem reperit. Et facto signo crucis
 eum illuminauit. Cum autem beatus Sixtus decio nollet con/
 sentire nec ydolis ymolare ipsum ad decollandum duci pre/
 cepit. Accurrens autem beatus Laurentius post ipsum clamauit.
 Noli me derelinquere pater sancte quia thesauros tuos iam
 expendi quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes thesau/
 ros Laurentium tenuerunt & parthemio tribuno tradiderunt.
 Ipse autem eum decio pertraxit cui decius cesar ait. Vbi sunt
 thesauri ecclesie quos apud te cognouimus esse re. Qui cum
 sibi non responderet tradidit eum Valeriano prefecto ut aut
 thesauros prodaret aut ydolis sacrificet aut diuersis eum intire
 faciat supplicijs & tormentis. Valerianus autem cuidam pre/
 fecto nomine ypolitum in custodia eum tradidit. Quem ille
 cum multis alijs in carcere reclusit. Erat autem in custodia ibi
 quidam gentilis nomine Lucillus qui plorando lumen ocu/
 lorum amiserat. Cui cum Laurentius lumen se restaurare pro/
 mitteret si in christum crederet & baptismum susciperet ille se in/
 stantius baptizari postulauit. Accipiens ergo aquam laurentius
 dixit ei. Omnia in confessione lauantur. Cuique ipsum de ar/
 ticularijs fidei diligenter interrogasset & ille omnia se credere con/
 fessus fuisset aquam super caput eius effudit et ipsum in cri/
 sti nomine baptisauit. Quapropter multi ad eum ceci veni/
 ebant & ab eo illuminati redibant. Hoc uidens ypolitus dixit
 ei. Ostende mihi thesauros cui laurentius. O ypolite si in do/
 minum ihesum christum credideris et thesauros tibi ostendo
 et vitam eternam promitto. cui ypolitus. Si dictis facta operes
 faciam quod hortaris. Eadem hora ypolitus credidit et sacre
 baptismum cum familia sua suscepit. Baptisatus autem ait. Vidi
 animas in nocentium letas gaudere. Post hoc mandauit

valerianus ad ypolitum vt laurentium presentaret. Cui lau-
rentius ait Ambulemus ambo pariter quia mihi & tibi gloria
preparatur. Ad tribunal ergo ambo veniunt & fit iterum in-
quisitio de thesauro Laurentius autem triduo iducias petijt
quas valerianus eidem sub ypoliti custodia concessit. in hoc
triduo Laurentius pauperes claudos & cecos collegit & eos in
palatio salustioni coram decio presentavit dicens. Ecce isti
sunt thesauri eterni qui nunquam minuuntur sed crescunt qui in
singulis disperguntur & in omnibus inveniuntur. Hæc enim
manus thesauros in celum deportauerunt. Valerianus pre-
sente decio dixit. Quid variaris per multa iam nunc sacrificia
& magicam artem depone. Cui laurentius Quis debet ado-
rari qui factus est an qui fecit. Iratus decius iussit eum scor-
pionibus cedi & omne genus tormentorum ante ipsum deferri
Quem cum sacrificare iubet vt hec tormenta euaderet. Respon-
dit infelix Has epulas semper optavi. cui decius. Si epule iste
sunt tibi similes pande prophanos vt tecum pariter epulentur
Cui laurentius Etiam in celis gloria sua dederunt. Et ideo eorum
aspectibus non es dignus Tunc iubente decio nudus fustibus
ceditur & ardentes lamine ad latera apponuntur. Dixitque lau-
rentius domine ihesu christe deus deus deo miserere mei huius tuo
Quia accusatus non negavi interrogatus te dominum con-
fessus sum. dixit ei Decius. scio quia per artem magicam tor-
menta deludis me tamen deludere diu non valebis. Testor deus
deusque. Quia nisi sacrificaueris diuersis supplicijs puneris. tunc
iussit eum plumbatis diutissime cedi. Laurentius autem ora-
uit dicens. domine ihesu christe accipe spiritum meum. Tunc
audiente decio vox de celo insonuit. Adhuc tibi multa certa-
mina debentur. Tunc decius furore repletus dixit viri. Romani
audistis demones istum sacrilegum consulentes qui nostros
deos non colit nec tormenta metuit nec iratos principes expa-
uescit. Iussitque eum iterum scorpionibus cedi. Subridens autem
laurentius gratias egit & pro astantibus exorauit. Eadem hora
miles quidam nomine romanus credidit & be. laurentius dixit
Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem & membra tua
cum linteo tergentem. Adiuro te per deum me dereliquas sed
festina me baptizare. Dixitque decius valeriano. Puto quod iam per
artem magicam vidi sumus. Iussit ergo eum de cathasta solui
& in custodia ypoliti recludi. Romanus autem asserens vrceum
cum aqua ad pedes laurentij procidit & sacrum ab eo baptis-
ma suscepit. Quod vbi decius compit romanum fustibus cedi
iussit. Qui cum libere se christianum profiteretur iussu decij
decollatus est. Eadem nocte laurentius ad decium adducitur

Cum autem Ypolitus fletet et se Christianum esse clamaret dixit ad eum Laurentius . In interiori homine christum absconde & dum clamauero audi & veni. Omnia igitur tormen-
torum genera afferuntur. Dixit ergo Decius Laurentio . aut dijs sacrificabis aut nox ista in te cum supplicijs expendetur .
Cui Laurentius . Mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt. Dixitq; Decius afferatur lectus ferreus vt
requiescat in eo contumax Laurentius . Ministri ergo eum super cratem ferream extendunt & prunis suppositis eum cum
furcis ferreis compresserunt. Dixitq; Laurentius Valeriano Disce miser quia carbones tui mihi refrigerium tibi autem
eternum supplicium prestant. Quia ipse dominus nouit qd ac-
cusatus non negaui eum interrogatus . christum confessus sum assatus gratias ago . Dixitq; hylari vultu ad Decium .
ecce miser assasti vnā partem gira aliam et manduca et gra-
tias agens dixit. Gratias tibi ago domine . quia ianuas tuas ingredi merui & sic spiritum emisit . Confusus Decius cum
Valeriano abiit in palacium tyberij relicto corpore super ignem. Quod ypolitus mane rapuit et cum Iustino presbitero
in agro verano conditum aromatibus sepeliuit . Christiani igitur ieiunantes triduo vigilias celebrarunt mugitus dātes
et lacrimas effundentes. Vtrum autem hoc verum sit qd Lau-
rentius sub isto Decio impatore martirium sit passus a mul-
tis dubitatur cum in cronicis Sixtus longe fuisse ante decium
legatur. Eutropius autem hoc asserit dicens . Decius perse-
cutionem in christianos mouens inter ceteros bea. Leuitam
et martirem laurentium necauit. In quadam autem cronica
satis autentica dicitur qd non sub Decio imperatore qui phi-
lippo successit sed sub quodam Decio minore qui cesar non
imperator extitit. Martirium passus fuit. Nam inter Decium
imperatorem et Decium minorem . sub quo Laurentius dicitur
passus plurimi imperatores et summi pontifices intermedij
extiterunt . Etenim vt ibidem dicitur cum Decio imperatori
Gallus & Volusianus eius filius in imperio successisset Va-
lerianus cum gallieno post eosdem imperium tenuissent . dicti
Valerianus & Gallienus minorem Decium cesarem non im-
peratorem fecerunt. Nam antiquitus quandoq; aliqui ab im-
peratoribus fiebant cesares non tñ augusti vel impatores . sicut
legitur in cronicis qd Dyoclecianus maximianū cesarē fecit .
Postmodū ex cesare augustū creauit. Tempore autem horū
imperatorum scilicet Valeriani et Gallieni Sixtus romanam
sedem tenebat et cetera . Hic igitur cesar Decius appellatus
non imperator effectus beatum Laurentium martirem fecit .

Vnde nusquam in legēda be. laurencij vocatur decius impator
sed decius cesar tñ. Decius enim imperator duobus tantum
annis regnauit ⁊ beatum fabianum martirem fecit. Fabiano
successit Cœnelius qui sub Volusiano ⁊ Gallo passus est.
Cœnelio successit lucius. Lucio stephanus hic sub valeriano
et galieno qui annis .xv. imperauerunt passus est. Stephano
successit sixtus. Omnes aut cronice tam Eusebii q̄ bede ⁊ ysi
dori in hoc concordant q̄ Sixtus papa non fuit tempore decij
imperatoris sed galieni. Legitur tamen in alia quadā cronica
q̄ predictus Galienus fuit binomius. Dicitur enim galie/
nus ⁊ decius ⁊ sub illo passi sunt Sixtus ⁊ laurencius circa
annum domini .cc. quinquagesimumseptimum. Godofrid⁹
quoq̄ in libro suo qui dicitur pandio idem asserit q̄ scilicet
Galienus vocatus est alio nomine Decius ⁊ q̄ sub eo passi
sunt Sixtus ⁊ laurencius. Et si hec vera sunt tunc positio Fo/
hannis belet⁹ vera posset esse. Refert Gregorius in libro dial/
logorum q̄ in sabina quedam sandimonialis fuit que carnis
quidem continentiam habuit sed lingue procacitatem nō de/
clinauit. Hec dum in ecclesia sancti Laurencij fuisset sepulta
ante altare martiris a demonibus secuta pars illesa permanet
altera concrematur ita vt mane visibiliter adustio appareret.
Gregorius quoq̄ turon⁹ ait q̄ dum quidam sacerdos q̄dam
ecclesiam sancti Laurencij repararet ⁊ trabes quedaz nimium
breuis esset rogauit be. laurentium vt que pauperes fouerat
sue inopie subueniret. Que subite sic excreuit vt pars nō mo/
dica abundaret quam partem sacerdos minutatim incidit ⁊
multas inde infirmitates sanabat. Idem testatur beatus For/
tunatus. factum est autem hoc apud brioxas castrum ytalie.
Quidā insuper presbiter nomine santulus vt refert gregorius
in dialogo sancti Laurencij ecclesiam a longobardinis incē/
sam reparare volens artifices multos conduxit. Quadam autē
die dum quid eis apponeret non haberet premissa oracōne in
clibano respexit ⁊ ibidem candidissimum panem inuenit. Sed
cum vix ad vnius prandij .esum tribus personis sufficere vi/
deret Laurentius artifices suos nolens deficere. Sic predictū
panem multiplicari fecit quod in alienuz decem dietum ope/
rariis cunctis suffecit. In ecclesia sancti Laurencij apud me/
diolanum vt refert Vincentius in sua cronica. Calix quidaz
cristallinus mire pulcritudinis habebatur qui cum in q̄dam
sollennitate ad altarea dyacono portaretur elapsus e manib⁹
in terram cecidit. Et statim comminutus fuit. At dyaconus
merens fragmenta collegit. Et super altare ponens beatum
laurentium exorauit ⁊ fractum calicem integrū ⁊ solidatum

recepit. Legitur quoq; in libro de miraculis beate virginis q̄
quidam iudex Stephanus nomine Rome erat · qui munera
libenter accipiens multorum iudicia peruertebat. Hic tres
domos ecclesie sancti Laurentij. Et vnum ortum sancte Ag/
netis violenter abstulit ⁊ ablata iniuste possedit. Accidit autē
vt moreretur ⁊ ante dei iudicium duceretur. Ad quem sanctus
Laurentius cum nimia indignatione accessit ⁊ tribus vici/
bus brachium eius diutissime strinxit. Et dolore nimio cru/
ciauit. Sancta vero agnes cum ceteris virginibus eum videre
noluit sed faciem suam auertit. Tunc iudex super eum senten/
tiam ferens dixit. Quoniam aliena subtraxit ⁊ munera acci/
piens veritatem vendidit in loco iudei proditoris tradatur.
Sanctus autem proiectus quem idem stephanus in vita sua
valde dilexerat ad beatum Laurentium ⁊ ad beatā agnetem
accedēs pro eo veniam precabatur. Illis vero ⁊ beate virgine
pro eo orantibus concessum est vt eius anima ad corpus re/
diret ⁊ ibidem xxxiiij. diebus penitentiam ageret. Accepit in/
super a beata virgine in mandatis vt psalmum Beati immac/
culati in via singulis diebus vite sue diceret. Cūq; ad corpus
redisset brachium ei⁹ ita erat nigrum ⁊ adustum ac si in hoc
corpore passus esset. Quod signum in eo extitit quo aduixit.
Male igitur ablata restituens ⁊ penitentiam agens die xxx.
migravit ad dominum. Legitur in vita imperatoris Heinrici
quod dum ipse ⁊ konegundis vxor eius virgines insimul per
manerent dyabolo instigante de quodam milite vxorem su/
spectam habens super candentes vomeres · xv · pedum nudis
pedibus incedere eam fecit. Qua ascendēte dixit. Sicut me ab
Heinrico ⁊ omnibus in tactam nouisti ita adiuua me christe
Heinricus vero verecundia ductus eam in maxillam percussit.
Cui vox dixit virgo maria te virginem liberauit. Totā igitur
candentem massam illesa percurrit. Cum ergo Cesar obisset
multitudo maxima demonum ante cellam cuiusdam heremite
transibat. Qui aperta fenestra interrogauit vltimum quinam
essent. Et ille. Legio demonum sumus qui ad mortem cesaris
properamus si forte aliquid proprium in eo reperire possim⁹
Adiuratus autem vt ad se redeat. Rediens dixit. Nichil pro/
ficimus quia dum falsa vxoris suspicio ⁊ alia mala. at etiam
bona in statera fuissent posita. Adust⁹ ille laurenti⁹ ollā aureā
immensi ponderis attulit. Et dum superasse videbatur illa

iacitata ps alia statere scz plurimū ponderauit. Tunc ego irat⁹
vnam partē auree olee prerupi. Ollam calicem vocabat quē
dictus cesar ecclesie einsteñ in honore sancti Laurentij fieri fe-
cerat quā in speciali deuotione habuerat. Cui ppter magnitu-
dinem due aures inerant. Repertumq; est & impatorem tunc
obiisse ⁊ vnaz aurem calicis fractū fuisse. Notandū q; passio
Laurentij inter ceteras sanctoz martirū passioēs excellentissi-
ma videt esse scz in quatuor. Ex dictis sancti maximi epi ⁊ be-
augustini colligit. Primo in passionis acerbitate. Secundo in
affectu siue vtilitate. Tercio in stantia siue fortitudie. Quarto
in mirabili pugna siue fortitudine & mō victorie. Primo igit⁹
excel^lentissima fuit in pene acerbitate d̄ cuius pene acerbitate
sicut dicit be· maximus epus vel fm quosdā libros ambrosi⁹
Non enim fratres be· Laurentius breui vel simplici passione
potitur. Naz q; gladio pcutitur semel moritur. Qui in flāmaz
camino mergitur vno impetu liberatur. Hic autē longa ⁊ mul-
tiplici pena cruciatur vt mors ei nō desit ad suppliciu ⁊ desit
ad finē. Legimus be· pueros in penaz suaz deābulasse flāmis
et igneos globos pedib; sculcare. Vnde ⁊ beat⁹ laurenti⁹ nō
minori gloria preferendus est siquidem illi in penaz flammis
ambulabant. Hic in ipso supplicij sui igne discūbit. Illi vesti-
gijs pedum sculcauerunt incendia. Iste latez suoz diffusioē
restrinxit. Iste stantes in pena eleuatis manibus orabant ad
dominum. Iste prostrat⁹ in sua pena toto corpore dominum
deprecabatur. Et notandum q; beatus Laurentius post bea-
Stephanum inter ceteros martires primatum tenere dixit nō
quia maiorem penam sustinuerit qm̄ ceteri martires cū multi
tantā penam & aliq; etiam maiorem sustinuisse legantur. Sed
hoc dī ppter septem causas insimul occurrētes. Primo ppter
passionis locum quia rome que est caput mundi ⁊ est sedes
apostolica passus est. Secundo ppter predicationis officium
quia officium predicationis diligenter impleuit. Tercō ppter
laudabilem distributionem thesaurorum quos omnes pau-
peribus sapienter distribuit. Has rationes ponit magister
Guilhelmus altisiodoreñ. Quarto ppter autenticatū ⁊ appro-
batū ei⁹ martiriū q̄a & si de aliquib; maiora tormēta legant⁹
tñ hoc autenticum nō habet & aliqñ in dubiū vertit. Huius
autē passio in ecclesia est valde solēnis & approbata. Vnde &
multi sancti in suis s̄monib; ei⁹ passionē approbāt ⁊ s̄firmāt
Quinto ppter dignitatis gradum. quia fuit archidiaconus
sedis apostolice postq; vt aiunt in Romana sede archidiacon⁹
surrexit. Sexto ppter seuiciam tormētorum quia grauissima
supplicia pertulit vtpote qui super cratem ferream assat⁹ fuit

Vnde de eo dicit beatus Augustinus laceratos artus ⁊ multa verberum sectione concisos subiecto precepit igne torqueri vt per cratem ferream que iam de feruore continuo iura in se haberet vrendi conuersorum alterna mutatione membroꝝ fieret cruiatiatus vehementior penarꝝ p̄ductarꝝ. Secundo fuit excellentissima in effectu siue vtilitate. Ipsa enī pene acerbitas h̄m Augustinum ⁊ Maximum fecit eum glōrificacōnem sublimē opinione ⁊ fama celebrē deuotione laudabilem. Et imitatione insignē. Primo igit glōrificacōne sublimem. Vnde augu dicit se uisti persecutorē id est martirem ꝑseuisti ⁊ auxisti palmā dū aggeras penam. Iterū maximus vel h̄m quosdā Ambrosius Quāuis in fauilla membra soluantur fidei tñ fortitudo non soluitur corporis detrimentum sustinet sed lucrum salutis acquirat. Item augu. vere be. corpus q̄d non a fide xp̄i tormentū immutauit s̄ ad regēz sandā religio coronauit. Sed o opione et fama celebrem Maximus vel h̄m quosdam libros Ambrosius be. martirem laurentium grano synapis possumus comparare si diuersis attritus passionibꝝ per totum orbem gratia sui meruit fragrare miserij q̄a antea ꝑstitutus in corpore erat humilis ignotus ⁊ vilis postea q̄ vexatus laceratus exustus vniuersis per totum mūdum ecclesiis odorem sue nobilitatis infudit. Idez tanta enī glōria martirij ꝑclarus extitit in passiōe sua q̄ mundū illuminauit vniuersum. Tercio deuotione laudabilem quare autem sit laudandus ostendit Augustinꝝ. iij. rationibus sic dicens be. virum Laurentium tota debemus deuotiōe suscipere. Primo quia preciosum sanguinem propter deum tradidit. deinde quia ei prerogatiuam apud deum nostrum non minimam tradidit ostēdens qualis debeat esse xp̄i fides de cuius consorcio existere martires meruerunt. Tercio q̄ idem tante ⁊ tam sande conuersationis fuit vt coronā martirij tempore pacis inueniret. Quarto fecit eum imitatione insignem. Vnde Augustinus hec totiꝝ causa passionis propter quam mortī addictus est vir sanctus vt sui similes ceteros esse hortaretur. In tribus autem se nobis imitabilem exhibet. Primo in aduersorum forti perpeffione. Vnde Augustinus ad erudiendum dei populum nulloꝝ est vtilior forma qm̄ martirum. Eloquentia facilis ad exhortandum. fit ratio efficax ad suadendum. Validiora tamen sunt exempla q̄ verba et plus est opore docere qm̄ voce. In quo excellentissimo gñe doctrine be. martir laurentiꝝ q̄ glōriosa polleat dignitate etiā persecutores ipsius sentire potuerūt q̄ illa mirabilis fortitudo

animi nō solū nō cedere sed etiā alios exēplo sue tolerantie
robotaret Secundo in fidei magnitudine ⁊ feruore. Maximus
vl' ambrosius diu i fide sua psecutoris flamma uicit ostēdit
nobis p ignem fidei gehēne incēdia supare ⁊ amore xpi diē
iudicij non timere. Tercio in ardenti amore. Idem vl' ambrosi⁹
illumināuit mundū plane. Laurēti⁹ eo lumie quo ipse succen/
sus ē ⁊ flāmis quas ipse pertulit xpianoꝝ corda calefecit. De
hijis trib⁹ etiā sic dicit. Maxim⁹ vl' ambrosi⁹ secūdu quosdā
libros beati Laurētij exemplo puocamur ad martirū accē/
dimur ad fidem. incallescim⁹ ad deuotōnez. Tercio fuit excel/
lentissima incōstantia seu fōrtitudine de cui⁹ cōstantia ⁊ fōr/
titudine dicit beatus. Augustin⁹ beat⁹ Laurēti⁹ māsit i xpo
vsq; ad temptacōnē vsq; ad tjrannicā interrogatōnē vsq;
ad acerriam⁹ gminatōnem. vsq; ad pemptōnē in qua lōga
morte q̄a bene māducauerat bene biberat tanq̄ illa esca fagi
natus ⁊ illo calice ebrius fact⁹ tormēta nō sensit non cessit
Et in regnū successit. A deo aut fuit cōstans ⁊ firmus q; non
solū tormētis nō succubuit sed etiā ex ipis tormētis vt habe/
tur ex dictis beati. Maximi fact⁹ ē pfectior timore feruentior
in amore. Et iocundior i ardore. De pmo sic dic. Extenditur
sup flāmaz ignitos globus. Et sepi⁹ versat i latera sed q̄tū
plus penaz patitur tātū patenti⁹ xpm dominum ptimefcit
Quantū ad secūdu sic ait. Maxim⁹ vl' secūdu quosdā libros
Ambrosius. Granum synapis cū terit accendit. Laurēti⁹ cū
patitur inflāmat. Idem admiratōnis genere ali⁹ illū torquat
⁊ alij seuiētes tormēta pficiūt deuotōrem luarēciū saluatori
supplia atrociora fecerūt. Quantum ad terciū sic dicit. Cō
eius tāta fide in xpi magnimitate concaluit vt despectis ppi
corpore cruciatib⁹ nifanissimo tortōri suo ⁊ triumphāter ei⁹
ignib⁹ letus illudret. Quarto fuit excellentissima in mirabil
i pugna ⁊ modo uictōrie. Beatus namq; Laurēti⁹ sicut ex
verbis beati maximi ⁊ augustini colligitur quinq; ignes ex
triores qdāmodo habuit q̄s tamē supauit fōrtiter ⁊ extinxit
Pri⁹ fuit ignis gehēne. Scd⁹ ignis material' flame. Tercius
carnal' gcupiscentie. Quart⁹ ardentis auaticie. Quint⁹ furētis
in sanie. De ex tinctiōne pmi ignis scz gehenne sic dicit. Ma/
ximus. Nūqd cedere potēat momētāe corpore vsioni cui⁹
fides eternum gehenne extinguebat ardorē vl' trāsit p ignem
momentaneum atq; terrenum sed flammam gehēne ppetuo
exurientis euasit. De extinctiōne secūdi ignis scilic; material'
flāme sic ait. Maxi⁹ vl' ambrosi⁹ scdm quosdā liberos corpali
laborat incendio sed diuin⁹ ardorē materialē restrinxit ardorē

Item quomuis rex improbus ligna subijceret incendia supponeret. Tamen sanctus Laurentius has flammam fidei calorem non sentit. Item Augustinus superari caritas christi flamma non potuit et seignior fuit ignis qui foris vssit quam qui intus accendit. De extinctione tercij ignis scilicet carnalis concupiscentie sic dicit Maximus. Ecce beatus Laurentius transiit per ignem quo non adustus inhorruit et illuminatus effulsit arsit ne arderet et ne vreretur vltus est. De extinctione quarti ignis scilicet auaricie qualiter euauit auaricia illorum qui thesauros cupiebant et frustrata est sicut dicit Augustinus. Armatur gemina face homo cupidus pecunie et veritatis inimicus. Auaricia vt rapiat aurum impietate vt auferat cristum. Nihil obtines, nihil proficis humana crudelitas subtrahitur iuuentis tuis materia mortalis et laurentio in celum abeunte tu deficis flammis tuis. De extinctione quinti ignis scilicet furentis insanie qualiter videlicet insania persecuentium frustrata est sic dicit maximus superatis flammaram ministris omnimode mundane insanie restrinxit incendium. Ad hoc vsq; dyabolica profecit intentio. vt vir fidelis ad dominum suum gloriosus ascendat. Et crudelitas persecuentium cum suis ignibus perfusa torpeat. Quod enim persecuentium insania ignis fuerit ostendit cum ait furore gentilis accensus craticulam preparat ignitam vt indignationis flammam ignibus vindicaret. Nec mirum si hos quinque ignes exteriores superauit quoniam ex verbis predicti Maximi habentur tria refrigeria que intus habuit et tres ignes in corpore portauit per quos omnem ignem exteriorum. Et refrigerio mitigauit et maiori ardoris incendio superauit. Primum namq; refrigerium fuit desiderium regni celestis. Secundum meditatio diuine legis. Tercium puritas conscientie. Per hoc triplex refrigerium omnem ignem exteriorum extingui fecit et frigidum reddidit. De primo refrigerio quod est desiderium celestis patrie dicit Maximus vel Ambrosius. Neq; enim beatus Laurentius ignium sentire tormenta poterat qui in sensibus refrigerium paradisi possidebat. Item iacet ante pedes tyranni exusta caro corpus exanime nihil detrimenti patitur in terris cuius animus demorat in celis. De secundo refrigerio quod est meditatio

legis diuine sicut dicit · Maxi⁹ vñ Ambrosius · Dñ xpi cogitat
 precepta brigidum est illi omne quod patitur de refrigerio
 quod est puritas consciencie sic dicit · Ardet profecto totis
 viscerib⁹ fortissim⁹ martir ⁊ vritur · Sed regnū dei pertractās
 refrigerio consciencie victor exultat · Habuit nichilominus vt
 idem · Maximus ostendit tres ignes interiores per quos omnes
 ignes exteriores maiori incendio supauit · Prim⁹ fuit fidei ma-
 gnitudo · Secūdu⁹ ardens dilectio Tercius vera dei cognicio
 que ipsum irradiauit tamq̄m ignis · De illo igne sic dicit idē
 vñ Ambrosius · Inq̄tum in illo fidei ardor feruuit intantum
 supplicij flamma frigescit · Item esse saluatoris ignem feruorē
 fidei legim⁹ i euangelio · Ignem veni mittere i terras · Hoc igit̄
 igne beatus · Laurenti⁹ accensus flammaz nō sentit incēdiū
 De secūdo igne sic ait idem vñ Ambrosi⁹ ardebat extrinsecus
 martir · Laurentius tyranni seuiantis incendijs sed maior illū
 intrinsecus xpi amoris flamma torrebat · De tercio igne sic di-
 cit fortissimum martirē seuissima persecutoris flāma supare
 non potuit quia longe ardentius veritatis radijs mens eius
 accensa feruebat · Itē odio perfidie · Et amore veritatis accen-
 sus appositam sibi extrinsecus flāmam aut nō sensit aut uicit
 Habet aut̄ iter ceteros martires · Laurē tria priuilegia q̄ntū
 ad officium · Primū est iuigilia · Sol⁹ enī iter martires uigiliā
 habet · Sed uigilie sanctorū p̄pter multas deordinaciones ho-
 die i ieiunia mutate sūt Mos enī fuit olim vt refert · Iohānes
 belet̄ vt i festiuitatib⁹ sanctorum homies cum vxoribus et
 filiabus ad ecclesiam uenirent · Et ibi cum luminatibus per-
 noctarent · Sed quia multa adulteria in hijs uigilijs fiebant
 statutū fuit vt uigilie in ieiunia guerterentur · Nomen tñ an-
 tiquum est retentum quia nō ieiunia sed uigilie adhuc appel-
 lantur · Secūdu⁹ est i octaua · Ipse namq; sol⁹ enī stephano
 habet octauam iter martires sicut martinus iter confessores
 Tercium est i regressiōibus anthiphonarum quod sol⁹ ipse
 et paulus habet · Sed paul⁹ p̄pter excellentiam predicacōnis
 Este p̄pter excellentiam passionis

De nomie

Politus dicit̄ ab yper quod est supra et litos quod
 est lapis quasi supra lapidem id est xpm fundatus
 vñ ab in ⁊ polis quod est ciuitas vel ypolitus quasi
 valde politus · Fuit enim super lapidem xpm bene fundatus
 per cōstantiam et firmitatem · Fuit in ciuitate supna per de-
 fiderium ⁊ auiditatē bene polit⁹ per tormentorū acerbitem



Ypolitus post
q̄ corp⁹ be
Laurēcij se
peliuit venit ī domū
suam et dans pacem
suis seruis et ancillis
omnes sacramēto al
taris quod iustinus
p̄sbiter obtulerat cō/
municauit Et appo/
sita mensa priusq̄ ci/
bum sumeret venien
tes milites eum rapu
erunt et ad cesarem
dixerūt. Quē vidēs
deci⁹ cesar subridēs
dixit ei Nunq̄d et tu

magus effectus es qui corp⁹ laurencij abstulisti Cui ypolit⁹
hoc feci non quasi magus sed quasi xpianus. Tūc decius fu
rore repletus p̄cepit vt habitu quo vt xpianus vtebatur ex
poliaretur et os eius lapidib⁹ tunderēt Cui ypolitus non me
expoliasti sed magis vestisti Cui decius Quomodo insipiens
effectus es vt nuditatem tuam non erubescas Nunc ergo sa
crifica et viues ne cum tuo laurencio peceas Cui ypolitus Ex
emplum merear fieri be. laurencij quem tu ore polluto aus⁹
es noīare Tūc decius fecit eū fustib⁹ cedi et pedinib⁹ ferreis la
niari Ille autē se xpianū esse voce clara cōfitebat̄ et cū tormē
to huiusmōi derideret veste militari qui antea vtebat̄ eū ve/
stici fecit hortans vt amicitiam et pristinā miliciāz retineret
Cui ypolitus cū diceret se xp̄o militari Decius ira repletus
valeriano p̄fecto eū tradidit vt omnes facultates ei⁹ accipet
et diris tormētis eū interficeret Tūc q̄ ei⁹ familia xp̄i/
ana esset adducti sunt añ cōspectū ei⁹ Qui cū ad sacrificia co/
gerent cōcōrdia nutrix ypoliti p̄ omnib⁹ r̄ndit Nos cum dño
nostro volum⁹ mori poti⁹ pudice q̄ impudice viuere cui va
lerian⁹ gen⁹ seruoꝝ nō nisi cū supplicijs emendať Tūc p̄sente
ypolito et gaudēte iussit eā tam diu plumbatis cedi quovsq̄
emisit spiritū. Dixitq̄ ypolitus Gracias tibi ago dñe q̄a nu/
tricem meā ante cōspectū sanctoꝝ tuorū p̄misisti Deinde ex/
tra portā tybertinā valerian⁹ ypolitū cū familia sua duci fecit
Ypolit⁹ omnes cōfortās dixit Fratres nolite metuere q̄a ego
et vos vnū deū habemus Iussitoꝝ valerianus vt in cōspectū

ypoliti omnibus capita amputarentur ypoliti vero pedes ad
colla indomitorum equorum fecit ligari et per carduos et tri
bulos trahi tamdiu donec spiritum exalaret circa annos do/
mini cc. lvi. Eorum corpora iustinus presbiter rapuit et iux/
ta corpus sancti laurencij sepeliuit Coepus vero sancte cōcor/
die inuenire non potuit quia fuerat in cloacam proiectū Mi/
les quidam nomine porphirius credens be. cōcordiam aurū
aut gemmas in vestimentis habere ad quendam cloacarium
nomine yreneū qui erat occulte xpianus accessit et dixit Se/
cretum custodi ⁊ extrahē cōcordiam quia spero q. aurū aut
gēmas in vestib. suis habet. Cui ille Ostende mihi locum ⁊
secretum habeo et qcquid inuenero nunciabo Cū ergo extra
ctum fuisset et nihil inuenissent Miles ille p. tin. fugit et Yre
ne. vocato quodam cristiano nomine Habundo corpus ad
sanctum Iustinum detulit Quod ille deuote suscipiens iux/
ta corpus sancti ypoliti et aliorum sepeliuit Quod valerianus
audiens yreneū et habundum tenuit et ambos in cloacam vi
uos misit Quorum corpora iustinus rapuit et cum alijs sepe
liuit Post hoc decius cū valeriano in currum ascendit aureū
et pergunt ad amphitheatrū vt crucient cristianos Arreptus
igitur decius a demonio clamabat O ypolite cathenis asperis
vinctū me tenes. Valerianus similiter clamabat O laurenti
igneis cathenis me ligatum trahis et eadem hora valerianus
expirauit Decius autez domum reuersus triduo a demonie
vexatus clamabat Adiur o te laurenti modicū cessā a tormen
tis et sic miserabiliter mōtuis est Quod vxor eius triphonia
crudelis vidēs dimissis omib. ad sanctū iustinū cum filia sua
cyrilla accessit et ab eo cū multis alijs baptisari se fecit. Alia
vero die cū oraret triphonia emisit spiritū Cui. corpus iusti
nus p. s. b. iter iuxta corp. sancti ypoliti sepeliuit Audiētes xlvij
milites q. regina et eius filia xpiane effe. te essent venerunt cū
vxorib. suis ad iustinum p. s. b. iterum vt baptisma susciperent
Quos omnes dyonisius qui sancto Syxto successerat bap. ti/
fauit Claudi. aut impator cyrillam cū sacrificare nollet iu/
gulari fecit ⁊ ceteros milites decollari quorū corpora in agro
verano cum ceteris sepeliuntur Et aduertendum q. expresse
habetur h. q. illi decio qui laurencium et ypolitum marcizal/
uit successit claudi. Claudi. at nō successit decio iperatori ym
mo Decio successit secundum cronicas volusianus volusia/
no Galienus galieno Claudius oportet ergo dicere vt videt
Quod aut galienus fuerit binomius et quod dictus sit Ga/
lienus et decius. Sic dicit vincentius in cronica sua et godo/
frid. in libro suo aut q. galien. in sui adiutoriū quēdā noie.

Decium fecerit cesarem non tamen imperatorem sicut dicit Richardus in cronica sua De hoc martire sic dicit Ambrosius in prefatione Beatus martir ypolitus cristum verum dum com considerans miles eius esse maluit q̄ dux militum comparari Beatumq; laurencium sue custodie mancipatum non persecutus est sed subsecutus Qui cum thesauros ecclesie discuteret inuenit thesaurum unde vere diuicie peterentur spreuit furorem vt cum regis perpetui gracia probaretur membris diuidi non refugit ne nexibus diuelleretur eternis. Bubulcus quidam nomine petrus cum in festo marie magdalene plaustrum iunxisset et boues sequens ip̄os maledictis vrgeret pertinus boues et aratrum a fulmine assumuntur Et ip̄e petrus qui hoc imprecatus fuerat supplicio atrociori torquebatur Nam ignis eum arripuit adeo q̄ carnis et neruis tybie et cruoris consumptis ossa paterent et ip̄a tandem tybia a sua compage penitus solueretur Tunc ille ad quandam ecclesiam beate virginis accedens tybiam ip̄am in quodam foramine ip̄ius ecclesie abscondit Et beatam virginem lacrimis et precibus pro sua liberatione rogauit Et ecce nocte quadam beata virgo cum beato ypolito vt petrum pristinae sanitati restitueret imperauit Statimq; sanctus ypolitus tybiam de foramine accipiens loco suo quasi furculum arbori in momento inseruit In qua inficione tantas dolores sensit vt suis clamoribus totam familiam excitaret. Qui surgentes et lumen accendentes petrum duo crura et duas tybias habere conspiciunt Sed se deludi putantes ip̄m iterum atq; iterum cōtrectabant et mēbra vera ip̄m habere conspiciebant Qui vix eum excitantes unde hec sibi accidit sciscitantur Sed ille eos ludere existimans tandem victus rem vidit et extupuit. Sed tamen coxa noua mollior q̄ vetusta ad sustinenciam corporis non poterat exequi Unde ad publicationem miraculi per annum claudicauit Et tunc iterum beata virgo eidem apparens sancto ypolito dixit vt quicquid curationi deesset supplere deberet Euigilans igitur et se plene sanatum inueniens reclusorium introiuit Cui dyabolus in specie nude mulieris frequentissime apparebat et nudam ei se ingerens quanto ille forcius resistebat tanto illa impudencius incumbebat. Cū ergo illa eum plurimū vexaret Tandem ille stolam sacerdotalem accipiens collum eius cinxit et mox dyabolo abcedente cadauer putridum ibidem remansit Tantusq; fetor inde exalauit vt nullus qui hoc vidit ambigeret quin corpus alicuius mulieris mortue fuisse quod dyabolus assumpsit

De assumptione beate marie virginis



Assumptio be-
marie virginis
qualiter fac-
ta sit ex quodam li-
bello apocripho qui
Iohanni euangeliste
ascribitur edocet. apo-
stolis namque obpre-
dicacionis gratiam di-
uersas mundi subeu-
tibus regiones virgo
beata in domo iuxta
montem syon posita
dicitur remansisse Om-
nia que loca filij sui
scilicet locum baptismi ie-
iunij orationis passio-

nis sepulture resurrectionis et ascensionis quo aduixit deuotio-
ne sedula visitauit Et hinc quod ait epyphamius xxiiij annis post
ascensionem filij sui superuixit Refert ergo quod beata virgo quando
christum concepit erat annorum .xiiiij. et in xv. ipsum peperit et
vixit cum eo annis xxxiiij. et post mortem christi superuixit xxiiij
annis et hinc hoc quando obiit erat annorum lxxij. Probabilius
tamen videtur quod alibi legitur ut xij. annis filio superuixerit et
sic sexagenaria sit assumpta cum apostoli totidem annis pre-
dicauerint in iudea et circa partes illas sicut ecclesiastica tradit
historia Die igitur quadam dum in filij desiderium corde virginis
vehementer accenditur estuans animus commouetur et in exteriorum
lacrimarum habundanciam excitatur Cumque ad tempus subtra-
cti filij equanimiter non ferret subtracta solacia ecce angelus
cum multo lumine eidem astitit et reuerenter utpote sui
matrem domini salutauit. Aue inquit benedictam suscipies
benedictionem illius qui mandauit salutem Iacob Ecce autem
ramum palme de paradiso ad te dominam attuli quem ante
feretrum portare iubeas cum die tertia de corpore assumetis
nam filius tuus te matrem reuerendam expectat Cui maria respondit
si inueni gratiam in oculis tuis obsecro ut nomen tuum mihi reue-
lare digneris Sed hoc peto instancius ut filij et fratres mei apostoli
ad me pariter congregentur ut eos antequam moriar corporalibus ocu-
lis videam et ab eis sepeliri valeam et ipsi spiritibus spiritum deo reddam
Hoc itaque peto et obsecro ut anima mea decore exiens nullum spi-
ritum teterrimum videat nullaque mihi sathane potestas occurrat

Cui angelus cur scire desideras domina nomē meū quod ammirabile ē et magnū. Ecce autē omnes ad te veniēt hodie cōgregabunt apostoli qui nobiles tibi exhibebūt ex equas funeris et in eorum cōspectu spiritu exabilis. Nam qui olim prophetam deiudea in babilone in crine attulit subito ipse proculdubio ad te apostolos adducere poterit in momēto. Malignos autem spiritus videre cur metuis cum caput eius omnino cōtriueris et spolia ueris ipsum sue imperio potestatis fiat tamen voluntas tua ut ipsos non videas. His dicitis angelus cum multo lumine celos ascendit palma autem illa nimia claritate splendebat et erat quedam virge viriditate cōsimilis sed folia ipsa ut stella matutina fulgebant factum est autē dum Iohannes in epheso predicaret celum repente intonuit et nubes candida ipsum sustulit ac raptū ante marie ianuas collocavit percuciensque hostiū in teruis introiuit et reuerēter virgo virginē salutauit. Quē felix maria conspiciens vehemēter obstupuit et pre gaudio lacrimas cōtinere nequiuit. Dixitque fili iohannes memore esto uerborum magistri tui quibus me tibi matrem et te mihi in filium cōmendauit. Ecce a domino euocata debitum humane cōdicōis exsoluo ac cōpūs meum tibi cura sollicita recōmendo. Audiui enim iudeos inisse consilium dicētes Expectemus uiri fratres quo ad usque illa que iesum portauit subeat mortem et cōpūs eius cōtinuo rapiemus ac iniectum ignibus cōburemus. Tu igitur hanc palmam deferri facies ante feretrum cum cōpūs meum duxeritis ad sepulchrum. Dixitque Iohannes o utinam hic essent omnes apostoli fratres mei ut decēter tibi parare possemus exequias ac exsoluere laudes dignas. Nec illo dicente omnes apostoli de locis in quibus predicabant a nubibus rapiuntur et ante marie hostium collocantur. Qui uidentes se ibidem insimul congregatos mirabantur dicentes. Que nam causa est propter quam nos hic dominus insimul cōgregauit. Iohannes igitur ad eos exiit et dominam de cōpore recessuram predixit. Et addidit dicens uidete fratres ne cum obierit aliquis eam defleat ne hoc uidens populis conturbetur et dicat. Ecce isti quomodo timēt mortem qui tamē alijs predicant resurrectionem. Dionysius pauli apostoli discipulus in libro de diuinis nominibus hoc idem asserit apostolus. In dormitione virginis conuenisse et se similiter interfuisse. Ac unumquemque in laudem cristi et virginis sermone fecisse. Ait enim sic loquens ad thymotheum. Nos ut nosti et ipse et multi sanctorū nostrorū fratrum cum cōuenissemus ad uisionē cōpore uite principis et quod deum suscepit. Aderat autem et frater dei Iacobus et petrus summa et puerissima.

theologorum summitas. Postea visum est vt vniuersi Terar
che laudarent sicut vnusquisq; erat suscipiens infinite virtu/
tis bonitatem teartice infirmitatis. Hec dyonisi? Cum autem
beata maria omnes apostolos congregatos vidisset dominū
benedixit et in medio eorum ardentib; lampadibus et lucer/
nis confedit. Circa vero horam noctis terciam ihesus adue/
nit et cantum cum angelorum ordinibus patriarcharū cetib;
martirum agminibus. confessorum atie. virginumq; choris
et ante tronum virginis aties ordinantur et dulcia cantica fre/
quentantur. Quales autem exequie ibidem celebrate sint ex
predicto libello qui Iohanni ascribitur edocetur. Nam prior
ipe ihesus inchoauit et dixit. Veni electa mea et ponam te in
thronum meum quia concupiui speciem tuam. Et illa Para/
tum cor meum domine paratum cor meum. Tūc omnes qui
cum ihesu venerant dulciter intonant dicentes. Hec est que
nesciuit thorum indelictis hēbit fructum in refectione aniaz
sanctarum. Ipa autem de semetipa cecinit dicens. Beatam me
dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potēs
est. et sanctum nomen eius. Tunc cantor omnib; intonauit di/
cens excellencius. Veni de libano sponsa veni de libano veni
coronaberis. Et illa ecce venio quia ī capite libri scriptum est
de me vt facerem voluntatem tuam deus. quia exultauit spi/
ritus meus in te deo salutari meo. Sicq; marie anima de cor/
pore egredit et ī vlnas filij aduolauit. Fuitq; tam a dolore car/
nis extranea q̄ a corruptione extiterat aliena. Dixitq; aposto/
lis dominus. Corpus virginis matris in vallem iosaphat de/
ferte et in monumento nouo quod ibidem inuenietis illud re/
condite et me ibidem triduo donec ad vos redeam. exspectate.
Statimq; circumdederunt eam flores rosarum rosei scilicet
cetus martirum et lilya conuallium agmina scz angelorū con/
fessorum et virginum. Post eam apostoli clamitant dicentes.
Virgo prudentissima quo progredieris. Esto nostri memoz
o domina. Tunc ad concentum ascendencium cet; qui remā/
serant admirate concite obuiam processerunt. Videntesq; re/
gem suū femine aiām in vlnis pprijs baiulantē. Illā q; sup il/
lū innixam obstupefacti clamare ceperūt dicētes. Que ē ista q̄
ascēdit de deserto delicijs affluēs innixa sup dilectū suū. Qui/
bus cōcomitantes dixerūt. Ista est speciosa inter filias iheru/
salem sicut vidistis eā plenā caritate et dilectōe. Sicq; in celū

gaudens suscipitur et a dextris filij in throno glorie collocatur apostoli autem viderunt eius animam tanti esse candoris vt nulla mortalium lingua posset effari tres autem virgines que ibidem erant cum corpus eius lauandi gracia expoliassent tanta statim corpus claritate resplenduit vt tangi quidem ad lauandum posset videri autem non posset tam diu autem lux illa ibidem resplenduit donec corpus a virgibus lotum fuit Apostoli autem corpus eius reuerenter ceperunt et super feretrum posuerunt Dixitque iohannes petro hanc palmam ante feretrum petre portabis quia dominus nobis te pretulit et suorum ouium pastorem et principem ordinauit Cui petrus hanc potius portare te conuenit quia virgo a domino es electus et dignum est vt palmam virginis virgo ferat tu super pectus domini recumbere meruisti et exinde sapientie ac gracie plus ceteris fluentia potasti et iustum videtur vt qui a filio recepti plus muneris impendas virgini plus honoris Tu igitur portare debes hanc palmam luminis ad exequias sanctitatis qui potatus es poculo lucis de fonte perpetua claritatis Ego autem portabo cum feretro sanctum corpus Ceteri autem fratres nostri circumdantes feretrum referant laudes deo Paulus autem dixit et ego qui minimus vestrum omnium sum portabo tecum Eleuantes itaque petrus et paulus feretrum Petrus incepit cantare ac dicere In exitu israel de egypto alleluia Ceteri autem apostoli cantus dulciter persequuntur Dominus autem feretrum et apostolos nube protexit ita quod ipsi non videbantur sed tantum eorum vox audiebatur afferunt angeli cum apostolis concinentes et terram totam sonitu mire suauitatis replentes Excitati omnes ad tam dulcem melodiam de ciuitate velocius exeunt et quidam hoc sit diligenter sciscitantur Tunc extitit qui diceret mariam illam discipuli ihesu efferunt mortuam circa illam hanc quam auditis concinunt melodiam Tunc ad arma concurrunt et se mutuo hortabantur dicentes venite omnes discipulos occidamus ac corpus illud quod seductorem illum portauit ignibus conburamus Princeps autem sacerdotum hoc videns obstupuit et ira repletus ait Ecce tabernaculum illis qui nos et genus nostrum conturbauit qualem gloriam nunc accepit et hoc dicens manus ad lectum misit vollens illud euertere ac ad terram deducere Tunc manus eius subito ambe aruerunt et lectulo adhaerunt ita vt ad lectulum manibus

penderet et nimio cruciatu vexatus lamentabiliter eiularet reliquus autem populus ab angelis qui erant in nubibus cecitate percussus est Princeps autem sacerdotū clamabat dicēs sancte petre in hac tribulatione me non despicias Sed pro me obsecro ad dominum preces fundas memore enim debes esse quāliter aliquādo tibi astiti et qualiter te accusante ancilla hostiliaria excusavi · Cui petrus in obsequiis domine nostre impediti sumus a curationi tue intendere non valemus Verumtamen si in dominum nostrum ihesum et in hanc que ipm portauit credideris spero quod continuo sanitatis beneficio poteris Qui respondit Credo dominum ihesum verum esse filium dei et hanc sacratissimam matrem eius Statimque a feretro manus eius solute sunt sed tamen in brachijs adhuc ariditas remansit et dolor vehemens non recesserat Dixitque ei petrus osculante feretrum et dic Credo in deum ihesum christum quem ista in utero portauit et post partum virgo permansit Quod cum fecisset continuo pristina est reditus sanitati Dixitque ei petrus Accipe hanc palmam de manu fratris nostri iohannis et ponas eam super populum excecatum et quicumque credere voluerit recipiet visum Qui autem credere noluerit videre non poterit in eternum Mariam autem portantes apostoli in monumento posuerunt et iuxta illud ut dominus iusserat confederunt · Tercia autem veniens die cum multitudine angelorum ipsos salutauit dicēs pax vobis qui responderunt gloria tibi deus qui facis mirabilia magna solus · Et dixit apostolis dominus quid gratie et honoris vobis videtur ut mee nunc conferam genitrici Et illi Eustum videtur domine seruis tuis ut sicut tu deuicta morte regnas in secula sic tale resuscites matris corpusculum et a dextris tui colloques in eternum quo annuente mihael angelus continuo affuit et marie animam coram domino presentauit Tunc saluator locutus est dicens surge proxima mea columba mea tabernaculum glorie uasculum vite templum celeste ut sicut per coitum labem non sensisti criminis sic in sepulcro solutione corporis minime paciaris Statimque anima ad marie accessit corpusculum et de tumulo prodijt gloriosum Sicque ad ethereum assumitur thlamū comitante se cum multitudine angelorum Thomas autem cum abesset et rediens credere recusaret subito zonā quā corpus ei pericinctū fuerat ab aere recepit illesus ut vel sic intelligeret quod totaliter fuisset assumpta hoc autē predictū est totum illud apocriphū est de quo ait The. in epla siue hymone ad paulū et eustochium

Ille sane libellus vere apocraphus est censendus nisi quo ad aliqua fide digna que videntur a sanctis approbata que sūt ix. f. q. pmissa sit et exhibita virgini oimoda consolacio apostolorū omniū cōgregatio sine dolore cōsumacō sepulture in valle iosaphat preparacō exequialis deuocō cristi et tocius curie celestis obuiacō iudeorū persecutio Miraculorū in omni causa cōdecēte choruscatio in anima simul et corpore assumptione . Porro alia multa sunt ibi posita post ad filationē q̄ ad veritatem vt q̄ thomas nō affuerit et veniens dubitauerit et hijs similia q̄ per se patent que sunt relinquēda post asserenda . Vestimenta autē ip̄i ad cōsolationē fideiū dicūt in tumulto remāsisse vnde et de quadam parte ip̄arū vestium tale miraculum cōtigisse narratur Cū dux normānorū urbem carnotensiu obsēdisset episcop⁹ illius vr̄bis tunicā beate marie q̄ ibidē seruabat more vexilli haste imposuit et subsequenter populo securus ad hostes exiuit statimq; omnis hostilis exercitus amencia et cecitate p̄cussus est Stabatq; totus cōrde tremul⁹ et totus animo stupefactus . Quod illi de ciuitate videntes diuino iudicio sup̄addunt et atrociter hostes cedūt Quod beate marie plurimū displicuisse p̄batur ex eo q̄ protin⁹ tunica illa disparuit et visuui cōtinuo hostis recepit In reuelationib⁹ sancte elizabeth legitur q̄ dū ip̄a elizabeth q̄dā vice in spiritu rapta esset vidit in loco valde remoto quoddā sepulchrū multo lumie circūfusum et quasi speciem mulieris in eo et circūstabat multitudo angelorū et post pusillum de sepulchro erepta est et in sublime cū illa astantiū multitudine eleuata et ecce in ei⁹ occursum vir quidam de celis admirabilis et gloriosus aduenit portans in dextra crucis vexillū et cū eo infinita milia angelorū Sicq; eam alacriter suscipiētes cū magno cōcentu eam in celos deduxerūt Post modicū vero temporis elizabeth angelū cum quo sepe loquebāt de p̄dicta visione interrogauit Qui r̄ndens ait Ostensum est tibi i hac visione quomō tam in carne q̄ in spiritu domina nostra in celū assumpta est Dicit autē in eisdem reuelationib⁹ sibi reuelatū esse q̄ post xl. dies sui transitus in corpore sit assumpta Nam beata maria secum colloquēs ait . Post ascensionem domini et tot dieb⁹ quot sunt a die ascensionis vsq; ad diem mee assumptionis sup̄uixi . Omnes autē apostoli dormitioni mee i terfuerūt ⁊ corpus meum reuerenter sepulture dederunt Sed quadragesima die postmodum resurrexi Cum autē elizabeth eam interrogasset vtrum hoc manifestare vel celare debent dixit nec carnalib⁹ et incredulis reuelanda nec deuotis et fidelibus abscondenda Notandū est ergo q̄ gloriosa virgo maria

assumpta et exaltata est integraliter honorabiliter letanter et
excellenter Assumpta est enī integre in aīa et corpore sicut pie
credit ecclesia Quod quidem multi sanctorū nō solum asse-
runt sed etiam hoc p̄bare multis rationibz moliunt Berenar/
di enī rō est quoniā sanctorz corpora deus p̄ciosa sublimauit
vtp̄ta petri et iacobi tam gloriose venerabilia reddidit a ho-
nore tam mirifico sublimauit vt et ip̄is deputeē locz eorum
vereracōni cōgruē et ad ip̄a mūdus p̄peret vniuersus Si igiē
marie corpz sup̄ terrā esse dicaē cū nec deuota frequentē visi-
tatione fidelīū nec eidem locus deputeē honoris nimirū vide/
bitur cristz honorem materni corporis cōtemp̄sisse cū tamen
sup̄ terram aliorū sanctorū corpora sic honoret Tero etiaz di-
cit quod xviii. kalendas septembris maria ad celos ascendit
qd̄ vero dicit de marie corporali assumptōe ecclesia potēz eli-
get pie dubitare q̄ aliquid temere diffinire in sequentibz cre-
dendū esse sic probat . Si non desunt qui dicūt in hīs qui cū
cristo surrexerūt p̄petuam resurrectionem iam esse cōpletam
et nō nulli credant custodem virginis Iohannē etiam glorifi-
cata carne gaudere cū cristo cur id nō magis est credendum
de matre saluatoris qui enī dixit honora patrem et matrem
Et nō veni soluere legem sed adimplere p̄fecto matrem suaz
sup̄ omnes honorauit nec nos de beata maria factū ambigi-
mus Augustin⁹ aut̄ non solū hoc affirmat sed etiam tribus
rationibz hoc p̄bat et prima quidez est carnis cristi et virgi-
nis vnitas Ait enī sic Putredo nāqz vt verm̄is humane est ob-
probriū cōdicōnis a quo obprobrio cū ihesus alien⁹ sit ma-
rie natura excipit q̄ ihesus de ea assumpsisse p̄batur Secun-
da vero est corporis eius dignitas vnde ait thronū dei thala-
mū domini tabernaculū cristi dignū est ibi esse vbi ip̄e est tā
p̄ciosum thesaurū dignus est celo seruare q̄ terra . Tercia est
virginalis carnis p̄fecta integritas Ait enī sic letare maria le-
ticia inenarrabili corpore et aīa in cristo p̄prio filio per p̄priū
filiū nec sequi debet corrupcōnis erūpna quam nulla secuta
est tantū filiū piendo integritatis corrupcō vt sit semp incor-
rupta q̄ tanta pfudit gratia sit integra viuēs que omniū in-
tegram p̄fectamqz genuit vitam sit cū illo quem in suo gessit
vtero sit apud illū illa que genuit fouit et aluit illū maria dei
genitrix De qua quia aliter sentire nō audeo aliud dicere nō
presumo ad hoc facit q̄ ille egregi⁹ versificator ait . Scandit


ad ethera virgo puerpera virgula iesse non sine corpore s; sine
 tempe tendit ad esse Secūdo letanter De hoc dicit gerhardus
 episcop⁹ et martir in suis omelijs ·s· hodie virginē beatam celi
 susceperunt letando angeli gaudento archangeli iubilando
 throni exultando dominacōnes psallendo principat⁹ armo/
 nisando potestates cytharisando cherubin et seraphin ympni/
 sando diuine atq; ad supernū maiestatis tribunal ducento
 Tercio honorabiliter q̄a ipse ihesus et tot⁹ milicie celestis exer
 citus eidem obuiam venit vnde Tero ·Quis illud cogitare suf/
 ficiat q̄ gloriosa hodie reginā mūdi, pcessit quāto deuocōis
 affectu tanta in ei⁹ occursum celestiuū legionū, pdierit multi/
 tudo Quantis ad thronū canticis sit de ducta quam placido
 vultu q̄ serena facie q̄ diuinis amplexib⁹ a filio sit suscepta
 et sup omnem creaturā exāltata ·Tdem hodierna die creden/
 dū est miliciā celorū festiue genitrici dei obuiā aduenisse ear
 q; ingenti lumie circūfussisse et vsq; ad dei thronū cū laudi
 bus et canticis spiritalib⁹ pduxisse Celestem q̄ ierlm miliciā
 tunc ineffabili leticia exultasse et iocūda tam ineffabili cari/
 tate et omni gratulatione iubilasse quoniā festiuitas hec q̄
 nobis hodie reuoluitur anima illis omnibus facta est conti/
 nua creditur quoque quod ipse saluator per se totus festin⁹
 occurreret et cum gaudeo eam secum in throno collocauit
 alias quoque non impleset quod in lege ipse mandauit ho/
 nora patrem tuum et matrem tuam hec Teronimus Quarto
 excellenter Teronim⁹ hec est dies in qua usque ad throni cel/
 situdinem intemerata mater et virgo processit atq; in regni
 solio sublimata post cristum gloriosa resedit qualiter autem
 in celesti gloria sublimata et honorificata sit ostendit beatus
 gerardus in suis omelijs dicens solus dominus ihesus crist⁹
 potest hanc magnificare quemadmodum fecit vt ab ipsa
 maiestate laudem continue accipiat et honorem angelicis sti
 pata choris archangelicis vallata termis thronorum hinc in
 de possessa iubilationibus dominationum circumcincta tri/
 pudijs principatuum circumsepta obsequijs potestatem am/
 plexata plausibus virtutum girata honoribus cherubin cir/
 cumstāciata ymnificationib⁹ seraphin vñq; possessa ineffabili
 b⁹ cantationib⁹ ipa q̄ ineffabilia trinitas phēni tripudio sibi
 applaudit atq; sua ḡcia in ea tota redūdāte oēs eidē attēdere
 facit ·Aplōz splēdidissim⁹ ordo ineffabili laude eā extratollit

Martirum multitudo omnimode supplicauit tante domine
Confessorum exercitus innumerabilis cōtinuum sibi psonat
cantum virginum candidissima concio iugem choream ad su-
am celebrat gloriam Tnuite etiā infernus sibi vlulat et pca-
cissimi demones cōclamant q̄dam clericus virgini marie de-
uotus cōtra dolorē v. vulnerū xp̄i eam cottidie p̄ hęc verba q̄
cōsolari studebat dicens gaude dei genitrix virgo immaculata
gaude q̄ ab angelo gaudiū suscipisti gaude q̄ genuisti eterni
luminis claritatē gaude mater gaude sancta dei genitrix vir-
go tu sola mater innupta te laudat omnis creatura et factu-
ra genitrix lucis sis p̄ nobis q̄s p̄petua interuentrix h̄ cū ni-
mio languore cōreptus ad extrema venisset pauore pturba-
ri cepit cui virgo aperens dixit cum fili tanto timore trepi-
das qui tociēs mihi gaudiū nūciasti gaude etiam tu et vt eter-
naliter gaudeas veni mecum Miles q̄dam potēs valde et diues
dū omnia bona sua indiscreta liberalitate dispgeret ad tantā
deuenit inopiā vt q̄ cōsueuerat magna tribuere iam inciperet
nūmis indigere Habebat aut̄ q̄ndam vxorē pudicissimam et
beate marie valde deuotā Appinquāte aut̄ quadā solemnita-
te in qua p̄dictus miles multa donaria consueuerat elargiri
cū iam quod tribueret non haberet misericordia cōfusione et
verecūdiā dud̄ q̄sq; p̄dicta transisset solemnitas desertū lo-
cum merotis amicū expecijt vt et fortune sue incōmoda plā-
geret et verecūdiā euitaret Et ecce subito quidā equus valde
terribilis terribiorē habens sessorem ad eū accessit Cuius ses-
sōe eū alloquitur et causam tante tristicie sciscitat Cui cū om-
nia q̄ sibi cōtigerant per ordinem enarrasset ille ait Si mihi in
modico obtemperare volueris magis q̄ ātea gloria et diuicijs
habundabis Spondet ille principi tenebrarum se q̄cquid ius-
serit libenter facturum dūmodo ip̄e sibi impleat que p̄mittit
Et ille ecce p̄gens in domū tuam in tali loco requies et ibi-
dem tot auri et argenti pondera tot lapides p̄ciosos inuenies
mihi aut̄ hoc facias vt tali die huc vxorem tuā ad me addu-
cas Sub tali p̄missione miles ad domū reuertitur et ī loco de
quo sibi dixerat querēs omnia reperit que p̄dixit Que inueni-
ens mox emit palacia largitur dona redemit fundos cōperat
seruos Aprorinquante vero die statuta vxorem suam voca-
uit et dixit Equum conscendite quia aliquo longius mecum
pergere vos oportet At illa tremēs ac pauens et viri imperio
cōtradidere non presumens beate marie se deuote commen-
dauit et post virum abire cepit Cum autem longius proces-
sissent et ī via q̄ndā ecclesiā inuenissent illa de equo descēdens

ecclesiam intrauit viro exterius expectante. Dum vero beate marie se deuote comendaret illa subito obdormiuit et virgo gloriosa predictae matrone in habitu et qualitate per omnia similibus de altari processit et foras exiens equum conscendit matrona illa in ecclesia dormiente et remanente Vir autem suam esse vxorem arbitrans profectus est. Cum autem ad locum statutum venisset ecce princeps tenebrarum cum impetu nimio veniebat et ad locum festinabat et cum aprouinquaret statim ille infremuit et tremens ac pauens accedere non presumpsit. Dixitque militi Infidelissime hominum cur me taliter illulisti et pro tantis beneficijs mihi talia contulisti Ego enim tibi dixeram vt ad me adduceres tuam coniugem et tu ad duxisti domini genitricem Volebam vxorem tuam et tu adduxisti mihi mariam Nam cum vxor tua mihi multas inferat iniurias de ea volebam expetere ultionem et tu ad me istam adduxisti vt me torqueat et ad infernum mittat Audiens hoc vir vehementer stupebat et pre timore et admiratione nimia loqui non poterat Beata autem maria dixit Qua timoritate nequam spiritus deuote mee nocere presumpisti Non hoc tibi inpune cedit et nunc te hac pleator sententia vt in infernum descendas et alicui me cum deuotione inuocanti nocere decetero non presumas. Illa autem cum multo eiulatu recessit et vir de equo exiliens se ad eius pedes prostrauit Quem virgo increpans ad suam vxorem que adhuc in ecclesia dormiuit iubet redire et omnes diuicias demonis abicere Rediens igitur cum adhuc vxorem suam dormientem inueniret eam excitauit et sibi que acciderant enarrauit cum autem domum redissent et omnes demonis diuicias abiecissent in laudes virginis deuotissime permanserunt et multas postmodum diuicias ipa largiente virginie receperunt Ad iudicium dei quidam in visione rapitur qui peccatorum sarcina grauabatur et ecce sathan affuit et dixit Nihil in huius anima habetis proprij sed mei potius extat dominij habeo enim inde publicum instrumentum Cui dixit dominus vbi est tuum instrumentum et ille instrumentum habeo quod ore proprio ipse didicisti et perpetuum duraturum sanxisti Dixisti enim quacumque hora comederitis morte moriemini Cum igitur iste sit de progenie illorum qui cibum vetitum comederunt Iure instrumenti publici mecum in iudicio debet mori Dixit autem dominus permittitur homo tibi pro te loqui Ille autem obmutuit Dixit iterum demon Mea est iterum prescriptione quia eam iam xxx. annis possedi et mihi tanquam suus prius obediuit et adhuc ille obmutuit

demon iterū dixit. Mea est etiam quia ⁊ si aliqua bona fecerit
eius tamen mala incōperabiliter vincūt bona. Dominus autē
volens contra eum cito ꝑferre sententiā eidem terminum cō/
cessit octo dierum vt octauo die coram se comperet ⁊ de hijs
omnibꝫ rationem redderet. Cum igitur a facie domini timēs
ac merens abiret quidam ei obuiavit ⁊ causam tante tristicie
requisiuit Cui cū ille omnia ꝑ ordinem retulisset Ait ille ne ti
meas ne c fœmides quia de primo viriliter te iuuabo. Cū autē
ab eo in terrogaretur quo noīe vocaretur ait veritas est no/
men in eū Inuenitqꝫ h̄m qui ꝑmisit eum iuuare efficaciter
de secundo interrogatus aut quo nomine vocaretur Respon/
dit iusticiaꝫ vocō. Die autē octauo ante iudiciū venit et de/
mon ei primū obiecit Ad quem respondēs veritas ait Dupli
cem mortem esse nouimus corporis. s. et iehenne Illud ergo in
strumentū quod ꝑ te demon al'egat non loquitur de morte
iehenne sed corpis. Quod q̄dem ex hoc manifestū est quia cū
omnes in illa sententiā includant s. qꝫ corpore moriantur nō tñ
oēs iehenne ignibꝫ moriunt q̄ntū enī ad mortē corpis est sp
duraturū quantū vero ad mortē aīe est ꝑ xpi sanguīez reuo
catū Tūc demon vidēs q̄a in p̄io succubuit Secūdu sibi ob
icere cepit sed iusticia affuit et ꝑ eo taliter respondit Licz eū
multis annis huū possederis tñ ratio semp cōtradixit semp
enī ratio murmurabat qꝫ tam crudeli dño h̄uebat Ad terciū
obiectū neminem habuit adiutorem dixitqꝫ dñs afferat stae
ra et bona et mala omnia ponderent veritas aut ⁊ iusticia pec
catori dixerūt ad matrē misericordie que iuxta dominū sedet
tota mēte recurrere et eā in tui adiutoriū inuocare stude Quod
cū fecisset beata maria in eius adiutoriū venit et sup stateraz
ex illa pte vbi erant pauca bona manū apposuit. Dyabolus
aut ex alia pte trahere conabat. Sed mater misericordie ꝑua/
luit et peccatorem liberauit Ille igit ad se rediens in meliꝫ vi/
tam mutauit In ciuitate byturicēsi circa ānos domini. d. xxvii
cum xpiani in die pasche cōmunicarent cū pueris xpianoz
quidam puer iudeorū ad altare accedens corpꝫ domini cum
eisdem ꝑcepit reuersus domū cum a patre vnde venisset inter
rogaretur rñdit se cū pueris cristianis cum quibꝫ ad scolas
ibat ad ecclesiam iuisse et cū eis cōmunicasse. Tūc pater eius
furore repletus puerū apprehendit ⁊ cōtinuo in fornacem ar
dentem que ibidem erat ꝑiecit Statim aut dei genitrix in spe/
cie ymaginis quam puer sup altare viderat eidem affuit ⁊ eū
illesum ab igne seruauit Mater vero pueri multos iudeoz ⁊
xpianoz suis clamoribꝫ cōgregauit Qui vidētes puerum in
fornace nil lesionis habentē ipm inde extraxerūt ⁊ quomodo

potuisset euadere interrogauerunt Qui respondit quoniã illa reuerenda domina que sup altare stabat mihi auxiliũ pbuit et omne a me incendiũ ppulsauit Tunc xpiani intelligentes esse ymaginem beate marie patrẽ pueri acceperunt et ipm in fornacem piecerunt qui cõtinuo cõbustus et penitus cõsũptus est Quidã monachi ante diem iuxta fluuiũ stabant et ibidem se fabulis et occiosis s̃monibz ex soluebant et ecce audiunt remiges p flumen impetu nimio nauigantes Quibz monachi dixerũt Qui estis vos Et illi demones sumz qui aiam ebroini p̃positi domz regis francoz q̃ a monasterio sancti galii apostotauit in infernũ deferimz Quod audientes monachi vehemẽtissime timuerũt et fõrtiter exclamauerunt sancta maria ora p nobis Quibz demones dixerũt bene mariã in uocastis vos enĩ discerpe et submergere volebamz quia vos dissolute et extra horam cõfabulantes inuenimz Tunc monachi redeunt ad cenobiũ et demones p̃perant ad infernũ Erat quidam monachz valde lubricus Sed in beatam mariam valde deuotus Quadam nocte ad scelus assuetũ p̃gens et coram altari transiens beatam virginem salutauit et sic de ecclesia exiens dum quendã fluuiũ vellet transire in aquam decidẽs expirauit Cuiz aiam cum demones rapuissent affuerũt angeli vt eam liberarent Quibz demones dixerũt vt qd huc aduenistis nihil in hac anima habetis Statimqz beata maria affuit et cur eius animã rapere p̃sumpserãt increpauit Illi aut dixerunt quia eũ finisse vitam in malis opibz inuenerũt At illa Falsa sunt que pfertis Scio enĩ q̃ aliquo p̃gens me p̃mo salutabat et rediẽs similiter faciebat Quod si dicitis vobis vim fieri ponamz in iudicio summi regis Cũ de hoc corã domino disceptarẽt placuit ei vt aia ad corpus rediret et de suis actibz peniteret Interea fratres vidẽtes matutinas differri sacrificia querũt ⁊ vsqz ad fluuiũ p̃gentes submersum in aqua repiũt Cũqz extracto corpore secũ qd factum fuerat mirarent Ille repente ad vitam redijt et rem gestã referens vitam in bonis operibz cõsumauit Quedam mulier a demone sibi visibiliter in forma hominis apperẽte multas molestias sustinebat multaqz remedia nũc aque benedicte asperisionem nũc hoc nunc illud adhibebat sed nec sic ille cessabat Quidã aut vir sanctz sibi cõsultuit vt cũ ad eã accederet ille eleuatis manibz sc̃ta maria adiua me protinus exclamaret Quod cum illa fecisset dyabolus q̃ lapide percussus territus stetit ⁊ postmodum dixit Malus dyabolus intret in buccam illius que te istud docuit et statim euauit nec ad eã postmodũ accessit



Modus sacratissime assumptionis marie tra-
ditur in quodam sermone ex diuersis dictis san-
ctorum compilato qui in pluribus ecclesijs
solemniter legitur ubi sic habetur Quod
in sanctorum patrum narrationibus in to-
to orbe veneranda migratione dei genitri-
cis inuenire potui ad ipsius laudem come-
morare curauimus Sanctus cosmas congnom-
mento vestitorum ea que ab eorum posteris qui interfuerunt se-
didicisse certa relatione commemorat obmittendum non est
Ait enim Quoniam christus ad se vite genitricem disposuit ad-
ducere per angelum consuetum ei prenunciat exhibitionem
dormitionis ne mors inopinata veniens turbationem ipsi af-
ferret obsecrauerat illa facie ad faciem cum adhuc in terra
conuersaretur filium ne videret quemque spirituum maligno-
rum premitit igitur angelum ad eam cum huiusmodi ver-
bis Tempus est te assumendi ad me matrem meam sicut enim
terram gaudio replesti ita fac celestia gratulari patris mei
mansiones iocundas reddere sanctorum meorum postes conso-
lare ne turberis deserens corrumpendum cum suis concupi-
scencijs mundum adeptura celeste palacium nec o mater ter-
reat te carnis sequestratio que ad vitam vocaris perpetuam
Ad gaudium indeficiens ad pacis requiem ad conuersationem
securam ad refectorem interminabilem ad lucem inac-
cessibilem ad diem non vesperantem ad gloriam inenarrabi-
lem Ad me ipsum tuum filium vniuersitatis factorem Ego enim
sum vita eterna dilectio incomperabilis habitatio ineffabilis
lumen nesciens tenebras inestimabilis bonitas da sine trepi-
datione terre quod suum est Non te quisquam de manu mea ra-
pient quoniam in manu mea sunt omnes fines terre deponem mi-
hi corpus tuum quia in utero tuo posui diuinitatem meam
Non gloriabitur super te mors quia vitam genuisti Non ob-
fuscabit te caliginis umbra quia lumen peperisti non concisio-
nis contritio te attinget que meum factum fieri meruisti Veni iam
ad eum qui ex te natus est receptura materni vteri pignera
educationis mercedem lactis et esce vicissitudinem habita cum
vniogenito festina adherere filio Noui enim quod alterius affectu
filij non angustieris qui te virginem matrem exhibui tocium
mundi exhibeo te murum archam saluandorum pontem flu-
uium baculum inbecillum scalam ad celos ascendenci-
um propiciatricem peccantium Adducam autem apostolos
ad te quorum ac si meis sepeliaris manibus decet namque ut

spiritualis mee lucis filii quibus sanctum tradidi spiritum
 tuum corpus sepeliant et ipsi in tuo admirabili funere meam
 personam impleant. Post horum narrationem dat angelus
 virgini brauium palme missum ex paradisi propagie ad cer-
 titudinem aduersus corruptionem mortis victorie et vestime-
 ta funebria ac celum quo venerat repetit Beata maria conuo-
 cans amicos et cognatos dixit Notum vobis facio me a tem-
 porali vita fore hodie transituram oportet ergo vigilare quia
 vnoque transeunte diuina virtus angelorum et maligni spiri-
 tus ad morientis lectum veniunt his dictis omnes flere cepe-
 runt ac dicere Tu times faciem spirituum que auctoris om-
 nium mater effici meruisti que preonem inferni genuisti que
 super cherubin et seraphin preparatum habere solum meru-
 isti Quid igitur nos faciemus aut qualiter fugiemus. Aderat
 multitudo mulierum flencium et dicencium ne se orphanas
 dereliqueret Beata autem virgo eas consolans ait Si vos cor-
 ruptibilium natorum matres non toleratis ab eis modicum
 seperari quomodo ego mater et virgo desiderare non debeo ad-
 meum pergere filium dei patris unigenitum. Si quelibet ve-
 strum aliquo orbabitur filio consolabitur superstitute vel na-
 scituro Ego autem que unicum possideo et in corrupta ma-
 neo quomodo ad eum non sperem anxia qui omnium est vi-
 ta Dum autem hec agerentur beatus iohannes adueniens quomodo
 res se habeat percontatur Cui cum virgo suam cele-
 stem migrationem annunciaisset ille in terra prostratus cum
 lacrimis clamabat Quid sumus nos domine quoniam super
 nos tantas tribulationes inducis ut quid potius de corpore
 me non eduxisti ut magis visitarer a domini mei matre quam ei-
 us funeri interesssem Quem virgo flentem in thalamum intro-
 ducens palmam et vestimenta ostendit et post hoc in lecto si-
 bi ad sepulturam dato requieuit et ecce valedissimus tonitru-
 i sonus auditur turbo quasi nubes candida generatur et apo-
 stoli ante ianuam domus virginis instar ymbrium collocan-
 tur Qui cum de hoc plurimum mirarentur. Iohannes ad
 eos progrediens reuelat que beate virgini per angelum nu-
 ciata erant. Qui cum omnes flerent Iohannes eos consola-
 tus est Deterfis igitur lacrimis introierunt et beatam virginem
 reuerenter salutantes eam adorauerunt Et illa Auete filii uni-
 geniti mei Et dum modum aduentus eorum audiisset illa
 eis omnia manifestat Cui apostoli Ante celeberrima virgo. quomodo
 ipsum dominum et magistrum nostrum aspicientes conso-
 labamur hoc solum refrigerium habemus quod te mediaticum apud
 deum nos habere speramus Que cum paulum nominata salutasset ille ait

Aue interpretacio mei solationis licet enim in carne cristum non viderem cum tamen te in carne video ac si ipsum viderem con solor vsq; ad hunc diem deum te genuisse gentibus predicabam am/ modo te ad ipsum translata esse docebo Post hoc ea que ange/ lus attulit ei virgo ostendit et de lucernis vsq; ad obitum non ex tinguendis admonuit Aderat c. xx. virgines in eius obsequium occupate Deinde vestimenta funebria induens et omnibus vale/ dicens corpus ad exitum in lecto componit petro ad caput posito Iohanne ad pedes locato ceteris apostolis lectum ambiens et dei genitricem laudans Petrus igitur inchoans dixit Gau de celestium thalorum sponsa et trifidum ardui luminis candel/ labrum per quam est eterna claritas manifestata Hoc autem apostol/ os ad dormicionem sacratissime virginis conuenisse testatur bea/ germanus constantinopolitanus archiepiscopus dicens licet inevi/ tabilem mortem o dei genitrix humane nature suscepis non tamen dormitabit neque dormiet qui nos custodit oculus tuus Non enim sine testimonio transmigratio tua nec medax dormicionem ce/ lum enarrat gloriam eorum que super te cecinerunt terra de illis exhibet veritatem nubes vociferant honorem qui ex eis tibi administratur est angeli factum in te obsequium predicant que videlicet apostoli ad te in iherusalem conuenerunt Magnus quoque dyo/ ariopagita hoc idem te/ statur dicens Nos ut nosti et ipse et multi ex fratribus nostris ad uisionem corporis quod dominum suscepit conuenimus primo autem erat Iacobus frater dei et petrus eximia et maxima theologorum sum mitas Deinde placuit que post uisionem et uniuersi summi sa/ cerdotes hymnifarent put unusquisque esset immense virtutis bonitatem viuifice et infirmitatis Subsecutus autem sanctus cos/ mas suam narrationem ait Post hoc autem tonitruum magnum totam domum concussit et spiritus fragrans domum tanta sua uitate repleuit et cunctos qui aderant exceptis apostolis et tribus virginibus lucernas gestantibus ingens sopor opprime ret Dominus enim cum multitudine angelorum descendens ani/ mam matris sue assumpsit Tanta autem eius anima claritate resplenduit ut nullus apostolorum in eam respicere posset Di/ xitque dominus petro Corpus matris mee cum omni reuerencia sepelire et tribus diebus illud cum diligencia custodite Ego quepe tunc veniam et illud ad incorruptionem transferam et simili mecum claritate induam ut id quod acceptum est et id quod accepit pariter conueniant et concordent Refert quoque et idem san/ ctus cosmas terribile et mirabile misterium quod non indi/ get naturali discussione nec curiosa inuestigatione cum om/ nia que de dei genitrice dicuntur sint supernaturalia et admiranda et tremenda potius quam inuestiganda Egressa ut ait de corpe

eius anima hec verba protulit corpus Gracias tibi ago domi-
 ne que tua digna sum gloria Memento mei quoniam tuum
 sum figmentum et tuum seruaui depositum Expergefadi sūt
 vt ait ceteri videntes virginis corpus exanime cōtristari plu-
 rimū ac gemere ceperunt · Tollentes igitur apostoli corpus
 ad monumentum ferebant Incipiente petro psalmū In exitu
 israhel de egipto · chori quoq; angelorum virginem laudant
 ita q̄ iherusalem ad tantam gloriam est concussa Tunc sum-
 mi sacerdotes cum gladijs et fustibus multitudinem mittunt
 vnus autem impetu furiens ad grabatum accessit cupiens ad
 terram trahere corpus genitricis dei marie Qui quia indigne
 trahere nititur eius tactu merito priuatur · Vtraq; nāq; ma-
 nus a cubitis euulsa absciditur illisq; ad grabatū pendentib;
 dolore horribili cruciatur Imp'orat autem veniam et pmit-
 tit emendam Cui petrus Nullatenus veniam consequi pote-
 ris nisi corpus ppetue virginis oscularis et cristum ex ea pro-
 pagatum dei filium esse confitearis Quod cum fecisset man-
 vnde auulse fuerant cubitis sunt adiuncte Accipiensq; petrus
 vnum dadilū ex palma dedit illi dicens vade ingrediere ciui-
 tatem et pone sup infirmos et omnes q̄ crediderint recipiēt sa-
 nitatem Peruenientes igit̄ apostoli ad prediū gethsemani in-
 uenerūt ibi sepulchrū simile cristi sepulchro viuifico vbi cor-
 pus cum multa reuerencia bosuerunt illud sublimissimum
 dei vas tangere non audentes sed hinc inde apprehensa syndo-
 ne deponentes Quo munito dum apostoli et discipuli domini
 iuxta mandatum domini circa sepulchrum starēt Tercio die
 nubes splendidissima sepulchrum circumdedit voces angeli-
 ce resonant ineffabilis odor sentitur Fit omnib; stupor imen-
 sus dum dominum illuc cernerent descendisse et corpus virgi-
 nis cum gloria tam immensa trāsferre Osculantes igitur apo-
 stoli sepulchrum in domum euangeliste et theologi sancti io-
 hannis reuersi sunt tante virginis custodem laudantes · Vn-
 de autem ex apostolis sollemnis defuit Qui tanta mirabilia aud-
 ens et admirans sepulchrum sibi appetiri instantius postula-
 bat vt horum omnium cognosceret veritate; Quod cum apo-
 stoli rēnerent sufficere sibi tantorum testimonia asserentes
 Ne forte si hoc infideles intelligerent corpus furto sublatum
 esse predicarent Ille contristatus dicebat Cur me similem
 vobis cōmunis velt̄ri thesauri porcōe fraudatis · tandē sepul-
 chre apertiētes corp; minime inuenerūt s; tm̄ vestimēta a syno-
 donē reperierunt In euthimiata q; hystoria libro iiii capi · xl ·

Sanctus germanus constantinopolitanus archi episcopus se
reperisse dicit q̄ a magnus damascenus similiter attestatur q̄
sancte memorie pulcherrima augusta cum apud constanti/
nopolim multas ecclesias erexisset inter ceteras apud balthar/
nas admirabilem ecclesiam tempore martiniani imperatoris
ad honorem sacre virginis edificauit Et conuocans Iuvena/
lem archi episcopum iherosolimitanum et alios palestine epi/
scopos qui tunc in vrbe regia morabantur p̄pter synodum
que facta est calcedo nie dixit eis Audiuius corp̄s sanctissi/
me virginis in predio gethsemani tumultatum volumus igi^{ter}
ad custodiam huius vr̄bis corp̄s illud cum debita reueren/
cia huc transferre. Cui cū iuuenalis respondisset corp̄s illud
sicut ex antiquis hystorijs cōperat in gloriā esse translatum
et sola vestimenta in monumento cum syndone remansisse
Ipa vestimenta dictus iuuenalis constantinopolim misit et ī
dicta ecclesia honorifice collocātur Nec me quisquam p̄prio
hoc arbitretur sensu finxisse Sed ea posui que per doctrinam
et studium lectionis eorum didici qui verissima tradicionē
a prioribus acceperunt Huc vsq̄ sunt verba que in predicto
sermone habentur Verum Iohannes damascen^{us} qui et ip̄e
grecus extitit plura miranda de hac sacratissima virginis as/
sumptione profecutus est. Ait n̄ in sermonib^{us} suis Hodie sa/
cratissima virgo celesti templo inuebitur hodie sacra et ani/
mata archa que intra se suum tulit artificem in templo non
manu facto reponitur hodie sacratissima columba innocens
et simplex euolans ex archa et ex corpore quod deum susce/
pit pedibus suis requiem adinuenit Hodie immaculata vir/
go terrenarum passionum nesci a immo celestibus intellectu/
bus erudita non interminauit Sed vere celum animatum ap/
pellata in celestibus tabernaculum habitat Licet enim natu/
raliter sacerrima beata anima tua gloriose tuo corpore sepa/
retur et sepulture corp̄s tradatur Verumtamen nō manet
in morte nec dissoluitur in corruptione Cuius enim parien/
tis virginitas inuiolata permansit huius et migrantis corp̄s
irresoluitum per omnia perseuerat et ad meliorē sanctioreq̄
vitam traducitur non morte dissolutum sed etiam in eterna
secula permansurum Sicut enim sol iste splendidus ac luci/
fluus sublimari corpore latens ad breuem horam videtur q̄d
ammodo deficere tamen ip̄e suo non priuabitur lumine ha/
bens in se perhennem fontem luminis sic et tu fons veri lumi/
nis inconsumptus vite thesaurus Licet quodam breui inter/
uallo temporis corporaliter mortis sis addicta tamē copiose

nobis infundis indeficientis luminis claritatem · Hinc sacra tua obdormitio non est mors appellanda sed transmigratio siue recessus seu magis pprie aduentus discedens enī a corpore aduenis celo tibi obuiant angeli et archangeli ascensum tuū hœrent spiritus in mundi · Non iuisti virgo beata in celum vt helyas neq; vt paulus vsq; ad tercium celum ascendisti S; vsq; ad regalem thronum filij tui attigisti Mors aliorū sanctorum bene dicitur eo q̄ ipos beatos exhibet in te autē hoc locum non habet mors · n̄ tua non beatitudo tua sed nec transmigratio tua nec pfectio tua Sed nec recessus largit̄ tibi beatitudinis securitatem · omnium enī bonorum que humanam mentem excedunt tu principium medium et finis Tua securitas et vera pfectio et sine semine conceptio diuina in habitatio · Vnde vere dixisti non a morte sed ab ipa conceptione ab omnib; generationib; te beatificari hinc te mors non beatuit Sed tu mortem clarificasti soluens eius mesticiā mortēq; conuertens in gaudium · Si enī deus dixit Ne forte ptuplatus extendat manū suam et arripiat de ligno et uiuat in eternum Quomodo que ipam vitam portauit vitā sine principio vitam sine fine non uiuet in seculum sempiternum · Olim de? parentes humani generis in morte peccati dormientes in obediencie precipicio iam sepultos peccati crapula iam fetentes exules de paradiso expulit Nunc autem hāc que toti humano generi vitam attulit · dei ac patris obedienciam exhibuit tocius passionis remissionem excuslit quomodo paradisos non suscipiet celum gaudens ianuas non patefaciat · Eua serpenti autem exhibuit pestiferum uirus hausit voluptatibus illicitur · partus dolori subicitur et cum adam condempnatur Hec autem vere beata que aurem inclinauit deo quam spiritus sanctus repleuit que paternā misericordiā in utero baiulauit que sine viri cōtactu concepit sine dolore pepit que modo mors absorbet que mō corruptio audet aliqd in corpus quod ipam vitam portauit Addit q̄ idem damascenus in eiusdem sermonib; dicens Verū apostoli ubiq; terrarū dispersi hominum piscationi vacabant · Sagena uerbi homines de profundis tenebris ad celestem mensam curie seu solemnes patris nupcias educentes diuinū preceptum que quasi sagena q̄dam vel nubes esinib; terre iberusalem cōtulit ultra quasda; aquas congregans et colligans · Tunc quidem adam et eua primi parentes exclamauere Veni ad nos o sacrum et salutiferum cellarium que nostrū implesti gaudium Econtra sanctorum caterua que corporaliter aderat dicebat mane nobis scum cōsolatio nostra nec de relinquant nos orphanos quam

habemus laborum solatium sudorum refrigerium tibi iuuenti
cōuiuere tibi morienti cōmori gloriosum Nobis enī hec vita
quomodo vita tua destitutis p̄sencia et hijs similia vt arbi/
troꝝ apostoli cū reliqua plenitudine ecclesie plenis singultibꝫ
querelas interrumpentibꝫ p̄ponebant Illa ad filiū conuersa
ait Tu dilectis filijs quos fratres appellare placuit de meo di/
scessu dolentibꝫ fias cōsolatōꝝ et impositioni manūū mearum
appone benedictionem sup̄ benedictionem eorū Deinde extē/
dens manꝫ fidelīū collegiū benedixit et addidit In manꝫ tu/
as domine cōmendo fili spiritum meum suscipe animam me/
am tibi dilectam quam inculpatam seruasti tibi etiam non
terre cōmendo corpꝫ meū custodi illud integrū quod tibi in
habitare cōplacuit transfer me ad te vt vbi tu es viscerū meo
rum partus sim et ego tibi cohabitans . Illic itaqꝫ talia sunt
audita Surge veni itaqꝫ dilecta mea O pulchra in mulieribꝫ
pulchra es amica mea et macula non est in te Hec beatissima
virgo audiens cōmendat in manꝫ filij spiritum suū profusis
apostoli lacrimis figunt oscula tabernaculo domini benedi/
ctione ac sanctitate ex contactu sacri corporis adimpleti Tūc
mōbi et demones fugantur aer et celū sanctificatur spiritus
ascensione terra corporis ablutione Abluitur enī sacrū corpꝫ
aqua mūdissima non ab ip̄a mūdātū sed ab ip̄o sanctificata
Deinde sacrum corpꝫ mūda sindone inuolutum lecto suppo/
nitur lampades coruscant vnguenta redolent . ymni angelici
resonant . Apostolis aut̄ alijsqꝫ sanctis qui aderant diuinas
odas modulantibꝫ archa domini e monte syon sacris aposto/
lorum ceruicibus imposta ad sacratissimam villam gethse/
mani adducitur angelis antecedentibꝫ subsequētibꝫqꝫ alijs
sacrum corpus vehentibꝫ tota ecclesia multitudine cōmitante
Affuerunt et quidam iudeorum fermento veteris malicie ob/
stinati . referunt etiam cum iam e monte syon descenderent sa/
crum corpus dei genitricis ferentes hebreum quendam orga/
num dyaboli temerario actum impetu Dyaboliqꝫ impulsū
cursu ad sacrum corpus accessisse ad quod angeli trepidant
accedere Ac vtraqꝫ manu furibundus lectum arripiens ter/
ram traxisse Fertur tamen manus illa tanqꝫ lignum arida de/
cidisse Eratqꝫ videre tanqꝫ truncum inutilem donec fides mē
tem alterauerit suiqꝫ sceleris penituit ingementem . Filij auteꝫ
qui portabant feretrū steterē donec miser imponens manum
sacratissimo corpori ad tactum eius in statum pristinum re/
uocatur Inde igitur aditur gethsemani vbi oscula cōplexus
ymni sacri lacrimae sudoris gutte fluentes et sic sacrum corpꝫ
venerabili in sepulchro ponitur sed non est derelicta anima

tua in inferno nec corpus tuum vidit corrip. Decebat autem dei sacrarium fontem indefossum agrum inaratum vineam non irrogatam oliuam fructiferam terre gremio non teneri Decuit matrem a filio sublimari vt ad ipm ascendat sicut ad ipam descenderat vt que in partu seruauit virginitatem post mortem corpus non videret corruptionem et que creatorem portauit in sinu in diuinis tabernaculis comoretur et quam pater desponsauit in sponsam in celestibus thalamis conseruetur a matre que sunt filij possideantur Hec damascen? Sanctus q? augustinus in quodam sermone eius sacratissimam assumptionem multipliciter ostendit dicens ·De sanctissimo corpore perpetue virginis eiusq; sacre anime assumptione loqui suscipientes hoc primum dicitur q? in scripturis postq? eam dominus in cruce discipulo comendauit nihil de ea reperitur preterquam quod lucas comemorat in actibus dicens hij omnes erant perseverantes vnanimiter in oratione cum maria mater ihesu Quid ergo de morte quid de eius assumptione dicendum est Vnde scriptura nil comemorat nisi querendum ratione quod consenciat veritati Fiat ergo ipa veritas autoritas sine qua nec vallet autoritas · Memores igitur condicionis humane mortem illam subisse temporalem dicere non metum? Sed si dicimus eam resolutam in comunem putredinem vermem ac cinerem deliberandum est si tante conueniat sanctitati tante aule dei prerogatiue Scimus eni dictu primo parenti quia puluis es et in puluerem ibis Hanc condicionem caro cristi euasit que corruptionem non sustinuit Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura Mulieri quoq; dominus dixit Multiplicabo erumpnas tuas In dolore paries Erumpnam maria sustinuit cui? animam gladius pertransiuit Sed sine dolore genuit · Maria ergo et si comunicat erumpnis eue non comunicat parturiedo cum dolore Excipitur ergo a quibusdam generalibus qua? tanta attulit dignitatis prerogatiua Si ergo dicimus mortem subisse nec tamen vinculis eius retineri nunquid impium erit si voluit dominus integram matrem virginitatis seruare pudorem cur non velit incorruptam a putredinis seruare fetore Nunquid non pertinet ad benignitatem domini matris seruare honorem qui legem soluere non venerat Sed adimplere Qui enim in vita preceteris illam gratia sui conceptus honorauit Pium est credere eam in morte singulari saluatione et speciali gracia honorasse Putredo et vermis humane eopprobrium condicionis Ab hoc opprobrio cum ihesus sit aliena? natura marie excipitur quam ihesus de ea assumpsisse probat

Caro enim ihesu caro est marie quam super astra transuexit honorans omnem humanam naturam et multo magis maternam Si natura matris est filius Conueniens est ut sit et filij mater Non quantum ad unitatem persone Sed quantum ad unitatem corporalis nature . Si enim unitatem facere potest gratia sine proprietate specialis nature . Quantomagis ubi gracie unitas et corporalis specialis natiuitas unitas gracie est ut discipulorum in cristo de quibus dicit ut sint vnum sicut et nos Et postea pater volo ut ubi sum ego et illi sint mecum Si igitur secum habere vult eos qui hec sua fide iuncti vnum cum eo esse iudicatur Quid existimandum est de matre ubi digna sit haberi nisi in presencia filij quantum igitur intelligo quantum credo marie anima excellenciori quadam prerogatiua a filio honoratur possidens in cristo corpus suum quod genuit glorificatum Et quare non suum pro quod genuit si non obuiauerit nec dum perspecta autoritas vere credo Et pro quod genuit Quia tanta sanctificatio dignior est celo quam terra Tronum dei thalamum sponsi domum domini atque tabernaculum cristi Dignum est ibi esse ubi ipse est Tam preciosum thesaurum dignius est celum quam terram seruare Tantam integritatem merito incorruptibilitas non putredinis vlla resolutio sequitur illud sacratissimum corpus in escam vermibus traditum Quia sentire non valeo dicere pertimesco Quam existimationem procul pellit incomperabilis gracie munus quod me dicere multarum scripturarum consideratio inuitat . Suis aliquando ministris veritas ait . Vbi ego sum illic et minister meus erit Si hec est generalis sententia omnium per fidem et operationem cristo ministrantium quantomagis quodammodo specialiter marie que absque dubio omni opere ministratrix extitit que hunc in utero gessit partumque perfusum aluit et fouit et in presepio inclinavit et fugiens in egiptum abscondit et omnem infanciam eius profecuta usque ad crucem ab eius non recessit sectatu Non potuit autem eius diuitas non esse crudela que se nouerat hunc non virili semine sed diuino spiramine concepisse . Unde de filij potestate tanquam de dei virtute non nutabunda deficiente vino dixit Vinum non habet sciens eum hoc potuisse quod eum mox contigit miraculo compleuisse . Ecce igitur maria fide et opere cristi ministratrix

Si ibi non fuerit vbi cristus ministros suos vult esse Vbi er/ go erit et si ibi fuerit nunquid equalis gratia . Et si equalis gratia vbi equa dei cēsura qui reddit vnicuiq; hm merita . Si merito pre omnibus marie viuenti tanta est gratia donata & gratia mortue erit minuenda . absit Si enī omnium sanctorū mors est preciosa marie sane est preciosissima . Confitendum igitur censeo mariam ad eternitatis gaudium assumptam be nignitate cristi et honorabilius susceptam ceteris quam gra/ tia honorauit preceteris Atq; ad communem humanitatem non esse adductam Post mortem putredinis videlicet vermīs et pulueris Que suum et omnium genuit saluatotem Si ele/ git diuina voluntas inter ignium flammās puerorum vesti/ menta seruare illesa Cur abnuat in matre propria quod ele/ git in veste aliena Ionam seruare in ventre ceti incorruptum voluit sola misericordia Mariam incorruptam non seruabit gratia Seruatus est daniel in desperatissima fame leonum nō seruanda est maria tantis donata etiam meritis dignitatum Hec ergo cuncta que diximus quia naturam seruasse non cognoscamus in integritate quoq; marie plus gratiam q̄ na turam potuisse non dubitamus Cristus ergo letari facit ma/ riam anima et corpore in proprio filio Nec vllam sequi cor/ ruptionis erumnam quam nulla secuta est tantum patiendo filium integritatis corruptio vt sit semper incorrupta quam tanta perfudit gratia sit integraliter viuens Que omnium in/ tegram genuit vitam Si ergo dixi vt debui approba te criste tu et tui Si vero non vt debui Ignosce obsecro tu et tui

De nomine



Bernardus dicitur a ber quod est puteus fons et nardus que vt dicit glosa super cantica . herba humilis et calide nature & odorifera fuit enī calidus in feruēti amo re humilis in conuersatione . fons in do/ ctine emanatione vt puteus in sciencie profunditate Et odoriferus in fame sua/ uitate . Eius vitam vniuersalm? abbas fan/

cti theodorici socius beati bernardi Et bernaldus abbas bo/ ne vallis scripserunt

De sancto Bernardo



Bernardus in
burgundia ca/
stro fontanis
ex nobilibus valde et
religiosis parentibus
ortus est. Cuius pater
celestinus miles secu/
lo strenuus. Nec mi/
nus deo religiose Ma/
ter vero aaleth núcu/
pata est. Hec septem
filios genuit. sex ma/
res & feminam vnam
Mares autem omnes
monachos futuros
Feminam autem san/
cti monialem. Mox

autem ut filium partu ediderat manibus propriis ipsum deo offerre
bat Alienis ubi et ibi ipsos nutriti refugiebat quasi cum lacte ma/
terno materni quod amodo boni infundens eis naturam. Cum autem
creuissent quod diu sub manu eius erant. Heremo magis quam curie
nutriebat Cibis grossioribus et communibus pascens eos quasi conti/
nuo ad heremum transmittendos. Cum igitur tertium filium scilicet bernar/
dum adhuc gestaret in utero vidit somnium presagium futurorum ca/
tellum scilicet totum candidum Totum in dorso subruphū et latrantem in
utero se habere Quod cum cuidam viro dei exposuisset Ille prophete/
tica voce respondit Optimi catuli mense eris qui domus dei custos fu/
turus magos contra inimicos dabit latrat. Erit enim predicator
egregius et multos medicinalis lingue gratia curatur. Cum autem
bernardus adhuc puerulus esset et graui dolore capitis egrota/
ret venientem ad se mulierculam ut dolorem suis carminibus mitiga/
ret cum indignatione nimie exclamans repulit et abiecit. Puerili
autem bono zelo matris dei non defuit sed tunc continuo surgens libe/
ratum se esse cognouit. In sacratissima dominice natiuitatis nocte
Cum puer bernardus matutinale officium in ecclesia expectaret et quod ho/
ra noctis christi natus fuisset scire cuperet apparuit ei puerulus
ihesus quasi iterum ante oculos suos nascens ex utero matris. Unde
quod diu vixit hanc fuisse horam natiuitatis dominice semper putauit ab
illa ergo hora in hijs que ad illud pertinet sacramentum et sensus
ei profundior et sermo copiosior datus est. Unde et postmodum
in laudem genitricis et geniti inter ipsa suorum tractatum inicia
insigne opusculum edidit in quo illam lectionem euangelicam

Missus est gabriel angelus explanauit Videns antiquus ho-
 stis, ppositum pueri tam salubre eius castitatis, pposito inui-
 dit multosq; sibi laqueos temptationis opposuit Cum enim
 alñ in quandam feminam oculos defixos aliq̄ diu tenuisset
 continuo de seip̄o erubescens in semetip̄m seuerissimus vl-
 t̄o insurgit ac in stagnum gelidarum aquarũ insiliens tam-
 diu ibidem p̄mansit donec pene exanguis effectus per gratiaz
 dei a calore carnalis cõcupiscencie totus refriguit. Circa idē
 tempus instinctũ demonis puella quedam in lectũ dormien-
 tis se nudam iniecit quam ille sentiens cũ omni pace et silen-
 cio partem ei lectuli quam occupauerat cessit et in latus alte-
 rum se cõuertens dormiuit. Misera vero illa aliq̄ diu sustinēs
 et exspectans denuo palpans et stimulans nouissime cũ im-
 mobilis ip̄e p̄sisteret illa licet impudentissima esse erubuit &
 hõrrore ingenti atq; admiratione p̄fusa surgens aufugit Cũ
 iterum in domo cuiusdam matrone hospitareẽ illa adolascen-
 tem aspectũ decorũ cõsiderans vehemēter in cõcupiscēcia eius
 exarsit Cum aut̄ seorsum lectũ sibi sterni fecisset ip̄a impudē-
 ter et silenter de nocte surgens ad eum accessit Quam ille sen-
 ciens p̄tinus exclamauit latrones latro Ad quã vocem muli-
 er fugit Familia surgit lucerna accendit. latro querit sed mi-
 nime inuenitur ad lectulos singuli redeunt quiescunt ceteris
 sed nō illa misera requiescit Nā denuo exurgit b̄ lectulũ petit
 Sed ille latrones denuo exclamauit. latro iterũ querit h̄ nel-
 qua q̄ ab eo qui solus nouerat. Publicaẽ vsq; terciõ improba
 mulier sic repulsa vix tandem metu vel desperatione victa ces-
 sauit Cum aut̄ sequenti die iter ageret arguētes eũ socij q̄ to-
 ciēs latrones sompniauerit p̄quirebāt Quib; ille ait veraciter
 hac nocte insidias sum p̄fusus latronis q̄a hospita mihi nite-
 baũ auferre thesaurũ irrecupabilẽ castitatis. p̄pendens igitur
 non esse tutũ cohabitare serpenti fugam meditari cepit et cõ-
 dinem cysteriensiuũ ex tũc ingredi deliberauit. Quod cũ fra-
 tres eius cõgnoscerent et eum ab hoc p̄posito modis omnib;
 p̄hiberent tantam ei gratiam dominus cõtulit vt non solum
 ip̄e a conuersione non p̄hiberetur sed omnes fratres suos et
 multos alios ad religionem domino lucrareẽ. Gerhardus tñ
 frater eius miles strenu; h̄ fratris verba vana putabat et ei;
 oratio monita repellebat tũc ber. fide iam igneus et fraterno
 caritatis zelo mirũ imodum exaspatus Scio inquit frater mi-
 scio sola vexacio inteledum dabit auditui digitumq; lateri
 eius apponens Veniet inquit dies et cito veniet quando lan-
 cea latus hoc perforabit et ad cor tuum consilio quod abicis
 viam dabit Post paucos dies Gerardus ab inimicis capitur

et in loco cui frater digitum imposuerat infixam lanceam gestans trahitur et in custodia vinculatur. Ad quem Gerardus? Veniens cum sibi loqui non permetteretur ad eum exclamavit Scio frater gerarde quia in proximo ituri sumus et monasterium intraturi. Eadem nocte comedes de eius pedibus ceciderunt et ostio per se aperto letus aufugit. Indicavit fratri se mutasse propositum et fieri velle monachum anno ab incarnatione domini m. c. xij. a constitutione domus cisterciensium xv. Servus dei. b. annos natus circiter xxij. cum sociis amplius quam xxx. ordine cisterciensium ingressus est. Cum autem Gerardus cum fratribus suis domum paternam ingrederetur Guido primo genitus videns nigrum fratrem suum minimum puerum ludentem in platea cum pueris. Eya inquit frater nigrum ad te solum respicit omnis terra possessionis nostre. Cui non pueriliter puer respondit Vos ergo celum habebitis et mihi solum terram relinquitis. Non ex equo diuisio facta est hec. Modico igitur tempore cum pater remansit sed fratres postmodum secutus est. Ingressus igitur ordinem servus dei bernardus ita totus in spiritum absorptus est et deo taliter occupatus ut iam nullis sensibus corporis viret. Tam quippe annum in cella novitorum exegerat et adhuc antea domus haberet testudinem ignorabat. Multo tempore ecclesiam intrans et exiens in capite ubi tres erant unum tantum putabat esse fenestram. Abbas autem cisterciensium fratres ad edificandam domum dare vallem misit et eis bernardum in abbacia prefecit qui multo ibidem tempore in nimia paupertate degebat et pulmenta sepius ex foliis fagi conficiebat vigilabat autem servus dei ultra possibilitatem humanam. Nullum enim tempus se magis perdere conqueri solebat quam quo dormiuit. ydoneam satis reputans cooperationem sompni et mortis ut sic dormientes videantur mortui apud homines quomodo apud deum mortui dormientes unde etiam si quem forte durius stertentem audierit seu nimis composita viderit iacentem patienter ferre vix potest et carnaliter seu seculariter eum dormire curatur. Ad comedendum vix aliqua voluptate traheretur appetitus sed solo timore defectus sic accedebat ad summendum cibum quasi ad tormentum. Post cibum quantum comederit semper cogitare solitus erat si quando vel ad modicum mensuram solitam excessisse se deprehendit ipse abire non paciebatur. Sic gula illecebras e domo erat ut ipsam quam saporum discretionem ex magna parte perdidit. Nam et oleum sibi per errorem aliquando propositum bibit et penitus ignoravit nec prius idem cognitum donec quod labia eius miratur inuncta

Sanguinem erudum insuper per errorem sibi oblatum ꝑ butiro multis diebus noscitur comedisse Solaz aut aquam sibi sapere dicebat eo q̄ dum sumeret fauces et guttur ei refrigeraret Quicq̄d in scripturis didicerat maxime in siluis et magis meditando et orando se cōfitebat̄ accepisse et nullos se aliquando magistros habuisse nisi quercus et fagos inter amicos dicere solebat Deniq; cōfessus est aliquādo meditāti vel oranti sacram orationem velut suppositam vel expositam sibi aparuisse scripturam Quodam tempore sicut ip̄e in cantibus refert cū interloquendo ex hijs que fugerebat spiritus et si non fideli nimis tamen fidenti animo reseruaret vt haberet quid diceret denuo tractatur? ecce vox ad eū venit dicens donec istud tenueris aliud non accipies In vestibulo ei semp̄ paupertas placuit. sordes nunq̄ ni mirū aīmi fore iudices aiebat aut negligentis aut apud seianū gloriantis. aut foris humanā gloriam affectantis puerbiū illud in ore eius frequenter sp̄ in corde Qui hoc facit q̄ nemo mirantur omnes Vnde et cilicium pluribus annis portauit. q̄diu occultum esse potuit Sed vbi hoc cōgnitum esse sensit continuo illud abiciens ad cōiā se conuertit Nunq̄ sic risit vt non potius ad ridendum quam ad reprimendum vim sibi facere oporteret et risui suo magis stimulum adhibere quam frenū Cum aut̄ patie genus solit̄ erat dicere triperitum videlicet ad verboꝝ iniurias ad dampna rerum ad cōporis lesionem hanc ip̄e hijs exemp'is se habere probauit Cum enim cuidam episcopo amicabiliter eū admonens q̄dam scripsisset epistolā illa vehementer exacerbatus amarissimam scripsit ei epistolā ita dicens Salutem et non spiritum blasphemie tamq̄ ex spiritu blasphemie illa scripsisset ad quod ille Ego spiritum blasphemie me habere non credo nec maledixisse cuiq̄ aut maledicere me velle scio presertim principi populi mei Quidam abbas pro vno cenobio construendo sexcentas marcas eidem misit argenti Sz̄ tota pecunia dum deferretur a predonibus sublata est Quo audito nihil aliud dixit nisi Benedictus deus qui nobis pepercit ab onere Sed et illis inquit qui tulerunt leuius est ferendum tum quia hoc humana cupiditas sustulit tū quia magna pecunia magnam eis temptationis occasionem ingessit Quidam insuper canonicus regularis ad eum venit et vt in monachum reciperetur instanter rogauit Cui cum ille non acquiesceret sed ad suam ecclesiaz redire persuaderet vt quid ergo ait ille in libris tuis perfectionem tantopere cōmendasti si eam non exhibes cupienti vtinam illos tuos tenerem libros vt eos penitus lacerarem Cui ille in nullo eorum legisti non

posse te in tuo clauſtro eſſe perfectum. Morum cõrectionem non locorum mutationem in libris omnibus cõmendauit Ille uero inſanus in eum impetum faciens tam grauiter maxillam eius percuffit ut ſuccederet rubor icui et tumor rubori-ia qui aderant in ſacrilegum inſurgebat ſed preuenit eos ſeruus dei clamans ⁊ adiurans per nomen criſti ut nullatenus tangeretur nec ſibi quitq; iniurie inferretur Nouicijs autem intrare uolentib; dñe conſueuerat Si ad ea que intus ſunt feſtina- tis hic foris dimittite cõpa que de ſeculo attuüſtis Soli ſpiritus ingrediantur caro autem non p̄deſt quitq; Pater eius qui ſolus domi remanſerat ad monaſterium iuit ⁊ ibidẽ poſt aliquod tempus in ſenectute bona deceſſit Sorõ autem eius ſeculo nupta cum in diuicijs et delicijs ſeculi piclitaretur q̄- da; uice fratres ſuos ad monaſteriũ uisitaturã acceſſit. Cũq; ueniſſet cum cõmitatu ⁊ aperatu ſuperbo ille eam tanq; ad rethe dyaboli ad animas capiendas abhorruit nec ad uidendaz eam exire aliquatenus acquieuit uidens illa q; nullus fratru ſuorum occurreret Sed ab vno eorum qui tunc portari; erat ſtercus inuolutum diceretur tota in lacrimis reſoluta eſt Et ſi peccatrix ſum inquit protalibus criſtus mortuus eſt Quia enim peccatricem me ſentio idcirco conſilium et colloquium bonorum requiro Et ſi deſpicit frater meus carnem meã ne deſpiciat ſeruus dei animam meam ueniat et precipiat et quicquid preceperit adimplebo hanc ergo promiſſionem tenens exiit ad eam cum fratrib; et quia eam uiro ſeperare non poterat primo omnem ei niudi gloriã interdixit et formã matris imitandã eidem indicens illam dimiſit Illa uero rediẽs ita repente mutata eſt ut in medio ſeculi vitam duceret heremiticã et ab omni ſeculo præſus ſe faceret alienã Tandẽ precibus multis uitium ſuũ uicit et ab epiſcopo abſoluta monaſterium intrauit Infirmatus aliquando uir dei cum extremum iam ſpiritum trahere uideretur et in exceſſum mētis ſue ante tribunal dei uisus eſt preſentari affuit autem ⁊ ſathan ex aduerſo improbis eum accuſationib; pulſans Vbi uero ille omnia fuerat proſecutus et uiro dei pro ſua fuit parte dicendum nihil territus aut turbatus ait Fateor non ſum dignus ego nec p̄prijs poſſum meritis regnum obtinere celorum Ceterum duplici iure illud optinens domin; meus hereditatis ſc; patris et merito paſſionis altero ip̄e cõtentus alterum mihi donat Ex cuius donõ iure illud mihi uendicans non confundor Conſuſus in hoc uerbo inimicus Cõuentus ille ſolu;

tus et vir dei in se reuersus est Tanta autem abstinencia labor et vigilijs corpus suum attriuit quod et grauissima et fere continua egretudine languens conuentum vix sequi posset Quadam vice dum grauissime infirmaretur fratribus pro eo instanter orantibus aliquantulum conualuisse se sensit Congregatis autem fratribus dixit Quid tenetis miserum hominem fortiores estis et inualuistis parcite queso parcite et finite me abire A multis autem ciuitatibus vir dei in episcopum electus precipue a ciuitate lanuensi et ciuitate mediolanensi petentibus se nec annuens nec improbe tenuens dicebat se non esse suum sed aliorum seruitio deputatum Fratres autem ex consilio viri dei sibi prouiderant et summi pontificis auctoritate muniti erant ne quis gaudium suum ab eis tollere possit Quodam tempore cum fratres cartusienses visitasset et ipsi ab eo in omnibus plurimum edificati fuissent Vnum fuit quod predicti loci priorem aliquantum mouit scilicet quod sella cui equitandis insidebat minus neglecta erat et parum preferens paupertatem Quod cum dictus prior vni ex fratribus et ille viro dei retulisset non minus ipse miratus qualis esset sella querebat Nam a clara valle vsque cartusiam venerat et tamen qualis esset sella penitus ignorabat Iuxta lacum lausanensem totius diei itinere pergens penitus enim non vidit aut se videre non vidit Cum enim sero facto de eodem lacu socij loquerentur interrogauit eos ubi nam lacus ille esset Quod illi audientes plurimum admirati sunt Vincebat sane in eo sublimitatem nominis humilitas cordis Nec tam poterat vniuersus eum erigere mundus quam se ipse deicere solus Summus reputabatur ab omnibus infimum ipse se reputans et quem sibi omnes ipse se nemini referebat Denique sicut sepius fatebatur inter sanctos quoque honores et fauores populorum alterum sibi mutuatus hominem videbatur Sequitur potius reputabat absentem velut quoddam somnium suspicatus Vbi vero simplicitates fratres erant et amica semper humilitate frui ibi se inuenisse gaudebat et in propriam redisse personam Semper autem inueniebatur aut orans aut legens aut scribens aut meditans aut fratres verbo edificans Quadam vice cum populo predicaret et omnes verba eius attente ac deuote susciperent eius animo quedam talis irrepsit temptatio Vere nunc optime predicas et ab omnibus libenter audiris et sapiens ab omnibus reputaris At vir dei tali temptacione pulsari se sentiens parumper subsistit Et an procederet vel finem faceret cogitare cepit

Statimq; diuino cōfortatus auxilio temptatori silenter . Res-
pondit Nec per te incepti nec per te dimittam sicq; securus p/
dicationem vsq; ad finem p̄secutus est . Monachus quidam
qui in seculo ribaldus fuerat atq; lusor maligno stimulat^{us}
spiritu ad seculum redire voluit Cum aut̄ beatus . b. eum reti-
nere non posset interrogauit eum vnde victurus esset Qui re/
spondit ad taxillos ludere scio et inde viuere potero . Et ille si
tibi capitale commiserō vis singulis annis ad me redire et
mecum lucrum diuidere . Quod ille audiens gauisus est
et se libenter sic acturum p̄misit Viginti igi^r solidos ei dari p̄/
cepit et ille cū illis abiit hoc autem faciebat vir sanctus vt eū
iterum reuocare posset sicut et postmodū factum est Ille igi^r
abiens totum p̄didit et ad portam cōfusus rediit . Quo audi/
to vir dei ad eū letus exiit extenditq; gremiū vt simul diuide/
ret lucrū . Cui ille nihil pater lucratus sum sed etiam capitali
nostro nudatus sum . Si vultis p̄ nostro capitali recipere me
Cui bern. benigne respondit Si ita inquit est meli⁹ est vt hoc
recipiam quam simul vtrumq; p̄dam Quadam vice dū bea-
bernhardus iumento insidens aliquo pergeret cuidam rusti/
co materia sic se offerente de cordis instabilitate in oratione ē
cōquestus Quod ille audiens mox eū despexit et in orationi
bus suis cor firmū et stabile habere se dixit Volens aut̄ bern-
eum cōuincere et a sua temeritate cohercere dixit sequestrare
paulisp̄ a nobis et tota qua poteris intencōe orationem domi-
nicam inchoato Quā si absq; aliqua cordis intencōe et va/
gatione finire poteris iumentum cui insideo tuum p̄cul du/
bio mox habebis Tu aut̄ mihi in fide tua spondeas q; si aliud
ibidem cogitaueris hoc mihi aliquatenus non celabis Letat̄
ille et tanq̄ iumentū iam lucratum se reputans audacter sece/
dit et seipm̄ recolligens orationem dominicam dicere inchoa-
uit Vix orationis expleuit dimidium et ecce importuna cogi-
tatio de sella cordi suo se ingerit vtrū eam habere debeat cū
iumento Quod ille aduertens cōcitus ad bern. rediit et quid
in ip̄a oratione sollicitate cogitauerit indicauit et de post teme-
re non p̄sumpsit Frater rubertus eius monachus et secūdū
seculum p̄pinqu⁹ in adolescencia sua quorūdam persuasione
deceptus cluniacum se cōtulerat Venerabilis aut̄ pater post
q̄ aliq̄ diu dissimulauit eundem statuit p̄ epistolam reuoca-
re Quam cum sub diuo dictaret et alius monachus eam
ex ore suo cōscriberet subito inopinatus ymber erupuit et hic
qui scribebat cartam cōplicare voluit Cui bern. Opus dei est
scribere ne fœmides Scripsit ergo epistolam in medio ymbre
sine ymbre . Cum enī vndiq; plueret ibidem tamen molestiā

ymbris virtus¹ expulit caritatis · Cū quoddam monasteriū quod vir dei cōstuxerat occupasset muscarum incredibilis multitudo ita vt omnibꝫ grauem molestiam generarent ille dixit Ego excomunico eas Mane autem omnes pariter mortuas inuenerunt Cum a summo pontifice mediolanū missus fuisset vt ipos cū ecclesia recōciliaret et iam papiam redisset q̄dam vxorem suam demoniacam ad eum adduxit Moxqꝫ per os misere mulieris dyabolꝫ incōtumelias eius prupit dicens Non me de anicula mea h̄ porulos edens et brasicas deuorās pellet At vir dei ipaz ad ecclesiam beati syri remisit Beatꝫ aut̄ syrꝫ hospiti suo deferre voluit nec eidem aliq̄o curationis impendit sicqꝫ iterū ad beatū bern̄ adducta est · Tunc dyabolus per os eius garrire cepit ac dicere Non me expellet syrꝫ nec eiciet bernardinus Ad hec ferꝫ dei respondit · Nec syrus nec bernardus te eiciet sed dominus ihesus cristꝫ Mox vt ille orationem effudit spiritus nequam dixit Quam libenter egredere ab hac anicula grauiter molestatus in ea Quam libenter egredere sed non possum quia non vult magnus dominus Cui sanctus Et quis est magnus dominꝫ Cui ille ihesus nazarenꝫ Ad quē vir dei vidisti ne vnqꝫ eum · Quo respondente etiam ait vbi eum vidisti Et ille in gloria Et sanctus et tu in gloria fuisti · quo respondente utiqꝫ ait quomodo inde existi Et ille cum lucifero multi cecidimus Hec autem omnia voce lugebri per os vetule omnibꝫ audiētibꝫ loquebatur Dixitqꝫ ei vir dei Nunquid in illam gloriam redire velles At ille miro modo cachinnas ait Tarde est Tunc orante viro dei demō de muliere exiuit Sed cum vir dei recessisset dyabolus iterum ipam inuasit vir autem eius post eum accurrens quod acciderat indicauit Ille autem collo eius alligari cartulam continētem hec verba precepit In nomine domini nostri ihesu cristi precipio tibi demon ne hanc mulierem ammodo contingere p̄sumas Quod cū factū fuisset ad eā postea nō ē ausꝫ accedere Apud aqtaniā q̄daz mulier miserabilis erat q̄a q̄dā demone petulāte et icubo vexabat Sex enī ānis abusꝫ ē ea et incredibili vexauit libidiē Adueniēte at̄ illuc viro dei demō mulieri ne ad eū accederet vehemēter minā q̄a nil ei p̄desse posset et recedēte eo ipse q̄ eiꝫ fuerat amator crudelissimꝫ fieret p̄secutor at̄ illa secure ad virum dei accessit ⁊ q̄ pateretur cum multo gemitu enarrauit Cui ille tolle hunc meum baculum et in tuo lectulo pone et si quid agere potest agat Quod cum fecisset et in lectulo suo recumberet adest ille continuo Sed nec ad cōsuetum opus nec ad ipsum cubile presumit accedere · Sed acerrime minatur q̄ illo credente se de ea atrociter vīdicabat

Quod cum illa bernardo retulisset ille populum conuocauit et omnes cadelas in manu accensas habere precepit demonemque cum uiuerso qui aderant cetum excommunicauit ac ne ad illam vel aliam deinceps accessum habeat interdixit Sicque illa a tali illusione penitus liberata est Cum in eadem puincia uir sanctus legatione fungeret ut duce aquitanie ecclesie reconciliaret et modis omnibus reconciliari rennueret. Vir dei ad altare celebraturus accessit ipso duce tanquam excommunicato preforibus expectante Cum autem pax domini dixit corpus dominicum super patenam ponit et secum tollit atque ignea facie et flammis oculis foras egreditur et uerbis terribilibus comitem aggreditur Rogauimus te inquit et spreuisti nos Ecce ad te processit uirginis filius qui est dominus ecclesie quam tu persequeris Adest iudex tuus in cuius nomine omne genu curuatur Adest iudex tuus in cuius manibus illa anima tua deueniet Nunquid et ipsum sicut seruos eius contempnes Resiste ei si uales Statimque dux totus irriguit et membris omnibus dissolutis ad pedes eius pertinens persiliuit Quem uir sanctus calce pulsans surgere iubet et dei audire sententiam Ille autem tremebundus surrexit et quicquid uir sanctus precipiebat pertinens adimpleuit Cum regnum germanie pro quadam magna sedanda discordia seruus dei intrasset archiepiscopus quidam uenerabilem quendam clericum obuiam ei misit Cui dum clericus se sibi obuiam a suo domino missum fuisse diceret uir dei respondit Alius dominus misit te Miratus ille se non nisi a suo domino archiepiscopo missum fuisse affirmabat. Econtra seruus cristi dicebat Falleris fili falleris Maior dominus qui misit te cristus. Quod clericus intelligens ait Putas quod monachus uelim fieri absit hoc a me non cogitauit nec ascendit super cor meum. Quid plura in eodem itinere seculo ualefecit et a uiro dei habitum suscepit Cum quendam militem ualde nobilem ad ordinem recepisset et uirum dei quodam tempore sequeretur grauissima dei cepit temptatione pulsari Cum autem eum quidam de fratribus tam tristem uideret causam tante tristitie requisitum Cui illi respondit Scio inquit scio quod nunquam amplius letus ero. Quod uerbum cum dictus frater ad seruum dei retulisset ille pro eo attentius orauit Statimque ille frater qui tam temptatus et tristis erat tantum ceteris apparuit iocundior et hilarior quantum prius ceteris tristior. Cum autem ei dictus frater uerbum mesticie quod locutus fuerat amicabiliter improperebat ille respondit et dixit Nunquam amplius letus ero sed nunc dico. Nunquam amplius tristis ero. Cum malachias episcopus ybnie cuius uita

plenam v irtutibꝫ ipse descripsit ad cristum feliciter in monasterio suo migrasset et vir dei ꝑ eo hostiã salutarem offerret gloriam eius domino reuelante cõgnouit et eodem inspirante post cõmunionem formam orationis mutauit leta voce sic dicens Deus qui beatũ malachiam sanctorũ tuorũ meritis coequasti tribue quesumꝫ vt qui ꝑciosè mortis eiꝫ festa agimꝫ vite quoqꝫ imitemur exempla. Cui dñi cantõr innueret qꝫ erraret ait Non erro sed noui quod dico. Deinde accedens sacra eius vestigia osculatur Cũ instante xl. a multis fuisset tyronibꝫ uisitatꝫ rogauit eos vt in illis saltem sacris diebꝫ a suis vanitatibꝫ et lasciuuis abstinere. Quibꝫ nullo modo acquiescentibꝫ iussit eis ꝑinari vinum dicens Bibite poculũ animarum Quo hausto subito mutati recedunt. Et qui modicum tempus denegauerant totum tempus vite sue deo dederunt Tandem beatus bernardꝫ mortis feliciter appinquans ait fratribꝫ suis Tria vobis obseruanda relique que instadio ꝑsentis vite qꝫ cucurri memini me ꝑ viribꝫ obseruasse Nemini scãdalum facere volui et si aliquando incidit celauit vt potui Minus semp sensui meo quã alterius credidi lesus de ledente nũqꝫ vindictam expectij Ecce caritatem humilitatem et pacenciam vobis relinquo Deniqꝫ postqꝫ multa miracula ꝑtrasset et .c.lx. monasteria cõstruxisset multosqꝫ libros et tractatus cõpilasset cõsummatis vite sue diebus circiter lxiiij. annis a nõ dñi millesimo .c.xliij. inter filiorũ manus obdormiuit in domino. Post obitum suum multis gloriam suam manifesta uit Cuidam enĩ abbati in quodam monasterio apparuit et vt sequeretur admonuit Qui cum sequeretur admonuit dixit ei vir dei Ecce ad montem libani venimus et tu hic manebis ego autem illuc ascendam. Interrogatus ad quid vellet ascendere inquit volo miratus ille Quid inquit vis dicere pater quoniam nullũ hodie in sciencia credimus esse secundũ Et ille nulla hic est sciencia. nulla mihi cõgnitio fursum sciencie plenitudo. Sursum vera noticia veritatis et in hoc verbo disparuit. Ille autẽ diem notauit et tunc virum dei bernardũ de corpore migrasse inuenit Multa autẽ alia et pene innumeralia miracula ꝑ seruũ suum deus operatus est

de nomine

Tymotheus quasi timorẽ tenens vel a timore et theos quod est deꝫ quasi timor dei Causatur autẽ iste timor in quolibet viro sancto sicut ait Grego. cõsiderando vbi fuit vbi erit vbi est ⁊ vbi non est vbi fuit quoniam in peccato vbi erit in iudicio vbi ẽ in miseria vbi nõ est in gloria

De sancto Tymotheo



Tymotheus sub
nerrone a pre
fecto vrbis ro
me dum grauiter tor/
queretur ⁊ calce viua
eius plage aspergere
tur et ipse in hiis gra/
cias ageret duo ange/
li astiterunt dicentes
Erige caput in celis
et vide Aspiciensq; vi
dit celos apertos ⁊ ihe
sum coronam gemi/
natam tenentem et di
centem sibi hanc de ma
nu mea accipies qd q

dam vir noie apollo linaris videns se baptisari fecit Qua ppter
preses iussit ambos in confessione domini perseverantes decol
lari circa annos domini lvij.

De nomine



Symphorianus a symphonia fuit enim
tanq; vas musicum emittens armoniaz
virtutum in quo tanq; in vase musico
tria fuerunt Nam vt dicit auerrois So
natiuum debet esse durum ad resisten
dum leue ad continuandum latum ad
implendum Sic et symphorianus tanq;
vas musicum fuit Durus sibi per auste

ritatem leuis alijs per mansuetudinem latus omnibus per ca
ritatis amplitudinem

De sancto Simphoriano

Symphorianus in augustudinenſi vrbe ortus. Dum
adhuc adoleſcens eſſet tanta morum grauitate polle
bat q; ſeniorum vitam anticipare videretur. Cū igit
pagani feſtū veneris celebrarēt et ſtatuā añ eradiū pfectū de
ferrēt Simphorianus affuit et nolēs eā adorare diu cedit et car
ceri mācipat et cū e ductus de carcere ad ſacrificiū cogereēt et
multa ei donaria pmitterēt dixit. Deſ nē vt nouit remunera
re merita ita nouit punire peccata vitam quā criſto ſoluturi
ſumus ex debito ſoluamus ex uoto Sera penitudo eſt ſub iu
dicis timuiſſe conſpectum. Munera noſtra fucata mellis per
mixta dulcedine male credulis mentibus venena parturiunt

Cupiditas nostra omnia habendo nil possidet quia dyaboli-
cis artibus obligata miseri lucri detinetur cōpedibus et gau-
dia nostra in similitudine vitri cum ceperunt splendere fran-
guntur Tunc iudex ira repletus data sentēcia precepit vt sim-
phorianus occidetur Qui cum ad locum duceretur mater ei?
de muro exclamans ait Nate nate memento eterne vite Sur-
sum respice et regnantem in celo intuere tibi vita nō tollitur
sed in melius cōmutatur · Mox igitur de collatus est et a cri-
stianis corpus eius sublatum honorifice est sepultum Ad cu-
ius sepulchrum tanta fiebant miracula vt etiam a paganis
in honore maximo haberetur Refert gregorius turonēsis q̄
de loco vbi sanguis eius effusus est quidam cristianus tres
lapillos sanguine resperfos sustulit et in caspa argentea ta-
bulis ligneis circumsepta locauit · Quam cum in quodam
castro locasset et totum castrum incendium consumpsisset
de medio ignis predicta caspa sana et integra est educa · Pas-
sus est circa annos domini cc.lxx.

De nomine



Bartholomeus interpretatur filius suspē-
dentis aquas vel filius suspendentis me-
Dicitur enim a bar quod est filius a tho-
los quod est summitas et moys quod ē
aqua in bar. idest filius suspendentis aq̄s
idest dei qui mentes doctorum sursum
eleuat vt aquas doctrinarum inferius fū-
dant et est nomen sirorum nō hebreum

Per primum vero notatur triplex suspendium quod ip̄e ha-
buit Fuit enim suspensus idest eleuatus ab amore mūdi vel
suspensus idest intentus amore celesti vel suspensus .i. totali-
ter innixus gratie ⁊ auxilio dei vt non a suis meritis sed a dei
adiutorio tota vita sua dependeat Per secundum vero profun-
ditas sue sapiencie De cui? sapiencie profunditate dicit dyo-
nysius in mystica theologia · Diuinus bartholomeus dicit et
multam theologiam esse et minimam et euangelium latum ⁊
magnum ⁊ rursus concisum Et vult ostendere bartholomeus
secundum intentionem dyonisy q̄ vna cōsideratione possunt
omnia affirmari de deo · Alia cōsideratione magis proprie
negari



Bartholomeus apostolus
 veniens ad i
 diam que est in fine
 orbis templum in q
 erat ydolum nomine
 astaroth intrauit et
 quasi peregrinus ibi
 dem manere cepit in
 hoc ydolo quidam
 demon habitabat q
 se languentes cura
 re dicebat sed non sa
 nando subueniebat
 sed a lesioe cessando
 Sed cum templum
 languetibus plenum

esset et nullum ab ydolo responsum habere possent ad aliam ci
 uitatem prexerunt ubi aliud ydolum nomine berith colebatur Et
 interrogantibus cur sibi astaroth responsum non daret respon
 dit berith. Deus vester cathenis igneis constrictus est nec re
 spirare nec loqui audet ex illa hora qua apostolus dei bartho
 lomeus ingressus est Dicunt illi Et quis est iste bartholomeus Et de
 mon Amicus est dei omnipotentis et ideo venit in istam provin
 ciam ut omnes deos indue euacuet Et illi Dic nobis signa eius
 ut eum inuenire possimus Quibus demon ait Capilli eius crispi et
 nigri caro candida oculi grandes nares equales et directe barba
 plixa habens paucos canos statu ra equalis collobio albo
 clauato purpura vestit Induit pallio albo quod per singulos an
 gulos gemas habet purpureas. Vigintisex anni sunt ex quo
 vestes et sandalia eius nec veterascunt nec sordidantur cencies
 flexis genibus per diem orat et cencies per noctem. Angeli cum
 eo ambulant qui nunquam eum fatigari nec esurire permittunt
 Semp eodem vultu et animo letus et hilaris perseverat Om
 nia prouidet omnia nouit Omnium gentium linguas nouit et
 intelligit et quod vobiscum loquor ipse iam nouit et quando queritis
 eum si vult ostendet se vobis Si autem non vult eum non po
 teritis inuenire Rogo autem vos cum eum inuenieritis roga
 te eum ne huc veniat ne angeli sui hoc mihi faciant quod meo socio
 iam fecerunt Cum igitur per duos dies solícite querentes eum minime in
 uenissent quadam die quidam demoniacus exclamauit dicens Apo
 stole dei bartholomee incendunt me orationes tue Cui apostolus

Obmutefce et exi foras ab eo Et statim est liberatus. Quod audiens rex regionis illius polemi? cum haberet filiam lunaticam misit ad apostolum rogans vt ad se veniret et filiam suam sanaret Ad quem cum apostolus venisset et eam catenis ligatam videret quia accedentes mœsibus lacerabat iussit eam solui Et cum ministri ad eam accedere non auderent Dixit Ego demoniũ quod in ea erat iam ligatum teneo et vos timetis Et soluta statim liberata est Tunc rex camelos auro et argento et lapidibus preciosis onerauit ⁊ apostolum inquiri fatiens nullatenus inuenire potuit mane autem sequenti apparens apostolus cum solo rege in cubiculo dixit ei Vt q̄t me cum auro et argento et lapidibus preciosis tota die quefisti Ista inuenta sunt necessaria hijs qui terrena requirunt ego nihil terrenum nihil carnale desidero Tunc sanctus bartholomeus cepit eum multa de modo redemptionis nostre docere ostendens inter cetera cristum vicisse dyabolum p̄ mirabilem cōgruenciam potenciam iusticiam et sapiēciam Cōgruum enim fuit vt qui filium virginis i adam factum de terra dum adhuc esset virgo vicerat a filio virginis vinceretur Potenter q̄ ip̄m vicit cum de sua dominatione potenter eiecit quam dyabolus pro deiectione primi hominis vsurpauit Et sicut alicui? victor tyranni comites suos mittit vt eius titulos vbiq; erigant et tyrannos deiciant sic cristus victor nuncios vbiq; mittit vt dyaboli cultum euacuent et cristi statuāt Quis te vero quia iustum est vt qui cōmedente homine vincens hominem detinebat a ieiunante homine vincus hominē amplius non teneret Sapienter autem dum ars dyaboli deludit arte cristi Ars dyaboli fuit vt sicut accipiter rapit auem ita i desertum raperet cristũ vt si ibi ieiunans nō famesceret absq; dubio deus esset Si autem esuriret ip̄m vt primum hominez per cibum deuinceret Sed cōgnosci deus non potuit quia esuriuit nec vinci quia eius temptationi non cessit Cum ergo eadem sacramenta fidei predicasset dixit regi q̄ si baptisari vellet deum suum catenis ligatum ostenderet Sequenti igitur die iuxta regis palacium dum pontifices ydolo sacrificarēt cepit clamare demon ac dicere . Cessate miseri sacrificare nobis ne peiora me paciamini qui catenis igneis ab angelo ihesu xpi quē iudei crucifixerūt religat? sũ putātes eũ a morte detineri Ille aut ip̄am mortē q̄ regina nra est captiuauit et ip̄m nostrũ principē et in antz mortis vinculis igneis vinxit.

Statimq; omnes miserunt funes vt simulacrum euertent s; non potuerunt apostolus autem demoni precepit vt inde exiens ydolum cōmiueret. Qui statim exiens omnia ydola templi per seipm confregit Deinde fusa oratione ab apostolo omnes infirmi curati sunt Apostolus aut templū dedicauit et de monem in deserto abire pcepit. Tunc angelus domini ibidem apparuit et templum circumuolans in quatuor angulos signum crucis digito suo scripsit dicēs hec dicit dominus Sicut vos omnes ab in firmitate vestra mūdauit ita et templum hoc ab omni sōrde mundabitur et habitatore eius quem a postolus in desertum locum ire precepit prius tamen eum vobis ostendam quem videntes ne timeatis. Sed quale signum in lapidib; hijs sculpsi tale in vestris frontib; imprimatis Tūc ostendit eis ethiopem nigriorem fuligine facie acuta. barba prolixa. crinib; vsq; ad pedes protensis. oculis igneis vt ferrū ignitum scintillas emittentib; flāmas sulphureas ex ore et oculis spirantem. cathenis igneis vincūm retro manib; et dixit ei angelus Quoniam visionem apostoli audisti et de templo exiens omnia ydola confregisti soluam te vt vadas in talem locum vbi null; homo moratur et sis ibidem vsq; ad diē iudicij Ille solutus cum magno strepitu et vlulatu disparuit Angelus aut domini in celū cunctis videntib; euoluit Tunc rex cum vxore et filijs omniq; populo baptisatus est et relicto regno apostoli discipul; est effect; Tunc omnes templorum pontifices cōgregati astrigem regem fratrem eius cōuenerunt et de deorum suorum amissione et templi subuersione et regis per artem magicam deceptione cōtra apostolum sunt cōquesti astriges igitur rex indignatus mille viros armatos ad capiendum apostolum destinauit qui cum adductus fuisset coram eo dixit ei rex Tu ne es ille qui euertisti fratrem meum Cui apostolus ego illum non euerti sed conuerti. Cui rex Sicut tu fecisti fratrem meum deum suum relinquere et tuo credere sic et ego te faciam deum tuum relinquere et meo deo sacrificare Cui apostolus. Ego deum quem colebat frater tus ligavi et ligatum ostendi et vt simulacrum frangeret coegi. Si sic poteris facere deo meo poteris me ad simulacrū prouocare Sin autem ego deos tuos conminuam et tu crede deo meo hec illo dicēte nunciat regi q; de; suus baldach cecidisset et cōminut; fuiss; qd rex audiēs purpurā scidit q̄ indut; erat et apostolū fustib; cedi iussit et celum viuū ex coriari mādauit xpiani aut corp; ei; tulerēt et honorifice sepelierūt

Rex aut̄ astrages & temploꝝ pontifices a demonibꝰ arrepti-
mōrtui sunt. Rex aut̄ polemius in ep̄m ordinat̄ & xx. annis of-
ficiū episcopatus laudabiliter implens plenus virtutibus
in pace quieuit. De genere sue passionis diuersa opinio est.
Nam beatus doroteus dicit qꝰ crucifixus est. Ait enī sic. Bar-
tholomeus indis predicauit qꝰ & euangeliū s̄m matheum in
ppria eorū lingua eis tradidit. Dormiuit in albana ciuitate ma-
gne armenie crucifixus deorsum caput habens. Beatus auteꝝ
theodorus dicit qꝰ fuit excoꝛiatus. In multis aut̄ libris legit̄
qꝰ tm̄ fuit decollatus. Hec aut̄ cōtrarietas taliter solui potest
vt dicat̄ qꝰ p̄mo crucifixus fuit. Deinde anteꝝm mōrtē de cruce
fuit depositus & ob maiorem cruciatū fuit excoꝛiatus. Po-
stremo capite truncatus. Anno dñi. ccc. xxxi. saraceni ciliciaꝝ
inuadentes lipitanam insulaz vbi cōpus sancti bartholomei
q̄scat vastauerunt ac eius sepulcrū ofcingentes ossa eius di-
sperserunt. Nam ad hanc insulam cōpus eiꝰ taliter de india
aduēnisse perhibet̄. Cum enim pagani p̄pter signorū frequē-
tiam viderent cōpus eius plurimum venerari indignati locu-
lo plumbeo positum in mare precipitauerunt qꝰ diuino nutu
ad insulam predictam deuenit. Cum igitur saraceni eiꝰ ossa
dispissent illis recedentibus apparuit apostolus quidam mo-
nacho dicēs. Surge & collige ossa mea que dispersa sunt. Cui
ille qua ratione ossa tua colligere aut aliquē tibi honorem ex-
hibere debemus cum nos deleri permiseris nec auxilium no-
bis impenderis. Cui ille Per multum temporis meis meritis
dominus populo huic pepercit. Sed eorū nimis peccatis in-
ualescentibus & vsqꝰ ad celum clamantibus. iam pro eis nō
potui veniam obtinere. Sed cum monachus diceret quomo-
do inter tot aliorū ossa sua quādoqꝰ inuenire posset ait. Nō
dē ad ea colligenda ibis & ea que vt ignem splendentia vide-
ris protinus hec leuabis. Qui omnia vt dixerat inueniens a-
postoli ossa leuauit & super quandam nauem conscendens be-
neuentum que est metropolis apulie ea transtulit. Nunc au-
tem dicitur qꝰ fuit rome licet beneuentam se adhuc cōpus il-
lud habere affirmet. Cum quedaz mulier vas plenum oleo
attulisset & in lampadem beati Bartholomei poneretur. Quā-
tuncunqꝰ vas super lampadem inclinarent nil ex eo exire va-
lebat cum tamen digitos in vas mitterent & oleum liquiduz
omniuo palparent. Tunc quidam exclinauit. Puto qꝰ aposto-
lo acceptum non est vt hoc oleum in suam lampadem infun-
datur quā p̄pter in aliam lampadem infuderunt & protinus
oleū emanauit. Cum imperator fridricus beneuentū destrue-
ret & om̄es ecclesias que ibidez erant dirui mandasset ciuitatē

totam ad alium locum transferre intendens vit q̄dam q̄sdam viros abbates & fulgentes inuenit qui adinuicem loqui & inter se aliqua tractare videbantur . Qui cum vehementer admirans qui nā essent interrogass̄ vnus eorum respondit. Este est Bar. apostolus cum ceteris sanctis quorum in hac vrbe ecclesie habebantur. Qui insimul conuenerunt vt inter se inquirerent & tractarent quali pena esset ille plectendus qui eos de habitaculis suis eiecit & iam inter eos inuolabili sententia est firmatum vt ille sine mora ad iudicium dei accedat de hijs omnibus in eius iudicio responsurus. Post modicum vero tempus dictus imperator miserabiliter vitam finiuit. Legitur in quodam libro de miraculis sanctorum q̄ quidam magister festum sancti Bar. omni anno solenniter celebrabat cui predicanti in specie cuiusdam pulle dyabolus admodum speciose apparuit quam iniectis in eam oculis ad prandium inuitauit. Qui dum in mensa consisterent illa in amorem suum multum eum allicere nitebatur beatus Bar. in specie peregrini presertim affuit & vt amore sancti Bartholomei introduceretur obnoxius flagitauit. Qua dissuadente panis mittitur sed ille huc accipere recusauit. Rogauit tamen magistrum per nuncium vt sibi diceret quod magis in homine proprium esse putaret. Cui cum ille diceret risibile. puella respondit imo peccatum cum quo homo concipitur nascitur atq; uiuit. Cui Bartholomeus respondit q̄ ille bene intulit. Sed mulier profundius indagauit. Secundo dictus peregrinus magistro misit vt sibi diceret quis locus vnus pedis esset ubi deus in terra maiora miracula ostendisset. Cui cum ille diceret locus crucis in quo deus mirabilia operatus est illa ait imo caput hominis in quo quasi minor mundus existit. Vtrorumq; sententiam apostolus approbavit. Tercio inquisit quanta distantia esset a summo celi usq; ad profundum inferni. Cui cum magister se nescire diceret illa ait. Modo video q̄ precipitor. Sed ego hoc noui quia de altero ad alterum decidi & oportet quod hoc tibi ostendam. Tunc dyabolus cum magno euilatu se in abyssum precipitauit. Et dum quererent peregrinum minime inuenerunt. Simile fere legitur de beato Andrea. Beatus autem Ambrosius in prefatione quam facit de illo apostolo eius legendam abbrevians ita dicit. Discipulus xpi tui vnica diuinitate predicantibus trinitate tua mundo mirabiliter dignatus es ostendere maiestatem.

Inter quos beatissimum · Bartholomeum magna virtutum
 progiua colendum benigna tui proposito ad populū direxit
 longinquū quod licet penitus humana quersatione remotū
 tibi tñ predicacōnis augmento meruit consignare vicium. O
 quantis preconiiis apostolum mirabilem celebrādum cui dū
 ad seminādum fidem proximorum corda non sufficerent po/
 pulorū alatis · q̄ · vestigijs extremos terrarū fines penetrauit in
 dorum cum languentium in numrea caterua templuz ingref
 sum demoniacum efficit illico vt nullum demon preberet re/
 sponsum. Oqm̄ mira virtutum ipsius insignia dum humana
 voce verbosantē contra se aduersarium solo iussu laceratis di/
 utissime iuris reddidit mutum. Reginam dyabolica contagi/
 one lunaticam liberauit puellam. Solutisq; nexib; patri rep/
 sentauit sanissimam . Oqm̄ sublime scītatis eius miraculum
 dum antiquum humani generis inimicum suū fecit in nihi/
 lum reddere simulacrum · Oqm̄ digne exercitui numerandus
 celesti cui? vt miraculis fidem commendaret certissimam an/
 gelis apparuit supra delapsus ab aula. Igitur cathenatum de/
 monez cunctis ostentans defœmem salutiferā saxo dominicā
 impresserat crucem. Rex reginaq; simul baptisanē cum gente
 vrbiūq; xij · accole te deum p̄rem corpore seqnē & mente . Ad
 extremā vero tēploꝝ pontificē delatu neophiti polimij f̄r tiran
 nus beatum aplin omnimodis in fide constantē celum atq;
 excōiatū acerimam fecit suscipere mortē. Qui tñ mortis viri/
 liter perferendo discrimē glōiosi certaminis ad celeste gaudi/
 um reportauit triūphum. Beatus aut̄ theodorus abbas & do
 ctō precipuus de hoc apostolo inter cetera sic ait. Apostolus
 dei bartholomeus p̄mum in lichaonia predicauit. Postmodū
 in india ad vltimū mabano vrbe · f̄ · maioris armanie vbi p̄mo
 excōiatatus tandem capite plexus ibidem sepultus est. Quod
 dum ad predicādum a domino vt oppinōe audiuit. Vade di/
 scipulus me? ad predicationem exi ad pugnandum capax
 esto periculorū. Ego paternū opus s̄summaui primus testis
 factus vas q̄d necessarium est imple. Imitare magistrum tu
 um emulare dominum tuum · Sanguinem sanguinibus po/
 ne carnibus carnem trade. qm̄ pro te passus sustinui patere.
 Arma sint tibi benignitas in sudoribus mansuetudo inter ma
 leficos patiam in hīs que pereunt. Non resultauit apostolus
 sed vt famulus fidelis dominico acquiescens precepto pergit
 gaudens tanqm̄ lux mundi vt tenebrosos illuminaret tanq;
 sal terre vt gentes insipidas saliret · tanqm̄ agricola vt spiritu/
 alis cultura perficeret. Petr? quoq; apostolus docet nacōnes
 Sed bartholomeus s̄sequēter paria inuestigat Petrus opac

prodigia magna . Sed bartho . facit miracula valida . Petrus capite deorsum crucifigitur . Bartholome . postqm̄ viuus exco-
riatus est capite plectitur . Ad quod valet Petrus capescēda
misteria ad tot Bartho . sufficit penetranda equaliter fecūdat
ecclesiam equa lance habuit x̄c . diuina carismata hic ex diuini
no duodenarij numero ex utraq; parte sonum diuine sermo-
cinationis dat sicut in cithara armoniaz . Omnes apostoli vni-
uersitatem sibi dispercientes pretōres regis regnum constitu-
ti sunt huic autem est sors & portio armenie locus est ab euil-
lath vsq; ad gabaoth distributa . Igitur inde eum lingue ara-
tro rationalia ruta sulcātem fidei verbum in profundo cor-
dis recondentem paradiso & vineas domini plantantem Sin-
gulis passionum remedia medicinaliter inserentem . Spinās
non intelligibiles euellentem . Siluas impietatis secare . Sepes
dogmaticas circumponere . Sed quales mercedes creatori ob-
tulerunt utiq; pro honore in honozantiam pro benedictione
maledictionem pro munerib; penas pro requiescibili vita a
marissimam mortem ? Nam postqm̄ intollerabilia tormenta
subijt ab eis decoxiatus in mortem follis fuit nec postqm̄ mig-
uit ab hoc mundo neglexit occisores . sed inuitabat miraculis
perditos & prodigijs admittebat aduersos sed bestialem mē-
tem nil erat quod compesceret . nil quod a malo retraheret .
Quid de cetero faciunt insaniunt contra illud sacrum corpus
Respuunt egroti medentem orbi manu ducentem . ceci doctōre
Naufragi gubernatōrem mortui viuificatōrem . Et hoc quo-
modo . Proiciunt namq; in pelagus corpus sanctum . Mota est
igitur cum impetu de regionibus armenie archa cuz quatuor
aliozum m̄m archis que similiter dum signa operarentur
cum ea fuerant in mare proiecte & per tantum spacium ma-
ris quatuor hijs procedentibus & tanqm̄ ministris obsequi-
um quodammodo apostolo facientibus venerunt in partes
sicilie in insulam que lipatis nuncupatur sicut episcopo ho-
stiensis qui tunc presens erat reuelatum fuit Venit ad pauper-
culam thesaurus ditissimus . Venit ad ignobilem preciosissi-
ma margarita . Venit ad mestam splendidissimum luminare .
Alijs igitur quatuor ad diuersas terras euntibus sanctum a-
postolum in dicta insula reliquerunt . Et enim predictos . iiii .
martires ap̄lus relinqns retrosum vnū . s . papinuz in ciuitate
sicilie milos . Aliū v̄o lucianum noie messinā t̄smisit . Reliqs
v̄o duos ī calabritidē terrā direxit . Gre . qdē ī ciuitatē colūnā

Achatium autē in ciuitatez que chale vocatur qui vsq; hodie suffragijs suis splendent. Susceptus est igitur cum multis hinc laudibus & candelis & templum sibi magnifice fabricatur. Mons autē vulcanus insule contiguus cum habitatoribus esset nociuus eoq; ignem emittebat quasi per stadia vij. se inuisibiliter elongauit circa mare suspensus ita vt vsq; hodie appareat videntibus q; figuratio fugientis ignis. Nunc igitur aue o beate beatorum ter beate Bartholomee qui es diuine lucis splendor sancte ecclesie piscator rationabiliū piscium piture capture dulcis fructus viuide palmitis vulnerator dyabuli mendacis latrocinio vulnerantis. Gaudeas sol orbis terre cuncta illuminans os dei lingua ignita sapiam promens. Fons iugiter sanitatem emanans qui mare immeabilibus gressibus sanctificasti. Qui terram purpuream tuo cruore fecisti qui celos comestisti ubi in medio diuine atici refulges in splendore immarcescibilis glorie splendens. In exultatione iocunditatis in facibilis gaudes hec theodorus.

De nomine

Augustinus hoc nomen sortitus est vel propter excellentiam dignitatis vel propter feruorem dilectionis vel propter ethimologiam nominis propter excellentiam dignitatis quoniam sicut imperator augustus precellebat omnes reges sic et iste excellit omnes doctores secundum quod dicit remigius. Unde alij doctores comparant stellis Dan. xij. Qui ad iusticiam erudiunt multos sicut stelle etc. Sic autem comparant soli sicut patet in epistola que de eo cantatur. Quoniam sicut sol refulgens sic ipse refulsit in templo dei. Secundo propter feruorem dilectionis quoniam sicut mensis augustus valde feruet estu caloris sic et ipse valde incaluit igne dei amoris. Unde ipse in libro confessionum de se sic dicit. Sagittaueras tu cor meum caritate tua etc. Iterum ibidem Alum intromittis me in affectum multum inusitatum introitus nescio ad quam dulcedinem que si perficiatur in me nescio quid erit quod vita ista non erit. Tercio propter ethimologiam nominis. Dicitur enim Augustinus ab augeo & astin quod est ciuitas et ana quod est sursum. Unde Augustinus quasi augens supernam ciuitatem. Unde de eo cantatur. Qui preualuit amplificare ciuitatem etc. De qua ciuitate ipse dicit in libro xi. de ciuitate dei. In est ciuitati dei & origo & informatio & beatitudo quoniam si queratur Unde sit Deus eam condidit Si unde sapiens a deo illuminatur Si unde felix deo fruitur subsistens modificatur

contemplans illustratur inherens iocundatur videt & amat.
 In eternitate dei viget. In veritate dei lucet. In bonitate dei gau-
 det. vel vt dicit in glosario. Aug⁹ dicit magnificus felix p̄cla-
 rus. Fuit enī magnificus in vita. preclarus in doctrina. felix in
 glōria Eius vitam compilauit possidomus calamentis eps vt
 dicit Cassiodorus in libro de viris illustribus.

De sancto Augustino.



Augustinus.
 doctor egregi-
 us in prouin-
 cia affricana ciuitate
 carthaginēsi ortus ex
 honestis parentibus.
 valde scz patre patri-
 cio matre moniacha
 genitus in liberalibus
 artibus sufficiēter edo-
 ctus fuit adeo vt sum-
 mus philosophus &
 rethor luculētissim⁹
 haberet. Nam libros
 aristotilis & omnes
 libros liberalium ar-
 tium quoscumq; le-

gere potuit per se dicit & intellexit sicut in libro confes. testat^r
 dicens. Omnes libros artium quas liberales vocauit tunc ne-
 quissimus malarum cupiditatum seruus per me ipsum legi
 & intellexi quoscumq; legere potui. Item in eodem Quicquid
 est de arte loquendi & differendi quicquid de dimensionibus
 figurarum & de musicis & de numeris sine magna difficultate
 nullo hominum tradente intellexi. Scis tu domine deus me⁹
 quia celeritas intelligendi & discendi accumen donum tuum
 est. Sed non inde sacrificabam tibi. Verum quia scientia sine
 caritate non edificat sed inflat in errorem manicheorū qui chri-
 stum fantasticiū fuisse affirmant & carnis resurrectione ne-
 gant incidit & in eo per annos. ix. dum adhuc adolescens esset
 per mansit. Ad has etiam nugas adductus est vt arborem fi-
 ci plorare diceret cum ab ea folium vel ficus tolleretur. Cum
 igit esset annorū. xix. & quādam librū cuiusdā phi. in q̄ vanitas
 mūdi stenenda & phiā appetēda dicebat plegeret. ex hoc q̄
 dem liber plurimum placuit. Sed quia nomen ihesu christi
 quod a matre inhiberat ibi non erat. dolere cepit Mater vero
 eius plurimū flebat & ipm ad vnitatem fidei reducē satagebat

Quadam igitur vice vt legitur in libro confessionum vidit se stare in quadam linea lignea licet tristem & quidam ei iuuenis astitit & causam tante tristitie requisuit. Que cum diceret perditionem filij mei deploro ille respondit . esto secuta qua vbi tu ibi ille. Et ecce continuo filium suum iuxta se stare vidit Hoc cum Augustino retulisset ille ait . Falleris mater falleris nec sic tibi dictum est. S3 vbi ego ibi tu. Econtra illa dicebat Nō fili michi dictum est vbi ille ibi tu . sed vbi tu ibi ille. Rogabat igitur sedula mater quasi importuna quendam ep̄m si cut in eodem libro confessionum Augustin⁹ testatur vt pro filio suo intercedere dignaretur. Qui tāta quodāmodo impunitate deuict⁹ prophetica voce respondit vade secuta quia impossibile est vt filius tantarum lacrimarum peat. Cum aut apud cartaginem multis annis rethoricam docuisset oculte mēe ne sciente romam venit & ibidem multos discipulos congregauit. Cum enī mater vsq; ad poetam eum secuta fuisset vt aut eum retraheret aut secum iret ipse eam decipiens nocte latenter recessit. Quem illa mane considerans aures dei clamorib; implebat quolibet autē die mane & vespere ad ecclesiam ibat & pro filio orabat. Hijs temporib; mediolanenses a simacho p̄fecto romanorum patierunt sibi doctorem in rethorica destinari presulabat tunc ibi vir dei Ambrosius & ad preces mediolanum illuc mittitur Augustinus . Mater aut eius quiescē nō valens cum multa difficultate ad eū venit & ipm iam nec vere manicheum nec vere catholicū reperit. Cepit aut Aug⁹ beato Ambrosio adherere & eius p̄dicationes frequenter audire. Erat aut valde in predicatione suspensus ne q̄d contra ipam manicheorum heresim vel pro ipsa diceret. Quadam enim vice contra illum errorem Ambrosius diutius disputauit & ipm aptis rationib; & auctoritatib; cofutauit ita vt error ille a corde Augustini penitus pelleret. Quidam autē post hoc sibi confiteri ipse in libro confessionum narrat dicens. Cum te primum cognoui reuerberasti in firmitate aspectus mei radians in me vehementer & contremui amore & horrore inueni me longe esse a te in regione dissimilitudinis tanqm̄ auditē voce; tuam de excelso tibus sum grandium cresce & manducabis me nec tu me mutabis in te . sicut cibum carnis tue s; tu mutaberis i me Cum aut sicut idem refert via Christi sibi placeret . Sed per ipsas augustas adhuc ire pigeret immisit dominus in mentē eius vt ad simplicianum in quo lucebat gratia diuina pergeret vt sibi estus suos coferenti proferret quis esset aptus modus viuendi ad ambulandum in via dei in qua alius sic aliq; sic ibat Displicebat ei ei quicq; agebat i seculo p̄ dulcedine

dei & decore domus eius quam dilexit. Simplicianus autem cepit eum hortari & dicere. quot pueri & puellae intra ecclesiam domini deo seruiunt. tu non poteris quod isti & iste. an vero iste & isti in seipsis possunt & non in deo suo. Quid in te stas & non stas proice te in eum & excipiet te & saluabit te. Inter horum colloquia memoria victorum in medio venit. Unde exhilaratus simplicianus narrat qualiter ibidem adhuc gentilibus ob sui sapientiam rome quod maximum tunc erat statua in foro meruisset & qualiter se sepius christianum dicebat. Cui cum simplicianus diceret. Non credo nisi te in ecclesia videro. Ille iocando dicebat. Nunquid pietes faciunt hominem christianum. Tandem dum ad ecclesiam venisset & ei tauquam verecundo occulte liber ubi erat symbolus fidei ad legendum & pronuncian- dum ut tunc mox erat datus fuisset ille in altum ascendit & alta voce pronunciauit mirante roma gaudente ecclesia. Omnes autem subito perstreperunt victorinus cito sonuerunt & citosiluerunt. Tunc etiam ab affrica quidam amicus Augustini nomine superuenit & vitam & miracula illius magni antonij qui nuper in egipto sub constantino imperatore defunctus fuerat recitauit. Horum exemplis Augustinus vehementer exarsit. ita quod socium suum alipium tam vultu quam mente turbatus inuasit & foetiter exclamauit quid patimur quod audimus. Surgunt indocti & celum rapiunt & nos eorum doctrinis nostris in infernum demergimur an quia precesserunt pudet sequi & non pudet nec saltem sequi & accurrens in quadam ortum sub quadam ficu se proiecit ut in eodem libro confessio commemorat. amarissime flens lamentabiles voces dabat quamdiu quod diu eras & cras sine modo sine paululum modo non habebat modum & sine paululum prodibat longinquum de hac sui tarditate plurimum conquerebatur sicut postmodum in eodem libro scripsit heu mihi quoniam excelsus es in excelsis & quoniam profundus in profundis & nusquam recedis & vix redimus ad te. Age domine & fac & excita & reuoca nos. Accede & rape & fragra & dulcesce impedimentis omnibus sic timebam expediri quemadmodum impediri timendum est. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua & tam noua sero te amaui intus eras & ego foras & ibi te querebam & in ista forma quam fecisti deformis iruebam. mecum eras & tecum non eras vocasti & clamasti & rupisti surditate mea chorucasti splenduidisti & fugasti cecitate mea. Fragrasti & duxisti spiritum & hanelo tibi

Gustavi & esurio & sicio te tetigisti me & exarsi in pacem tuam
 Cum aut̄ amarissime fleret audiuit vocem dicentem sibi. Tolle
 le lege tolle lege Aperuitq; statim codicem apostolicum & co-
 mectis oculis ad p̄mum capitulum legit. Induimini dominū
 iesum christum & statim omnes ab eo dubietatis tenebre dif-
 fugerunt. Interim autez tam vehementissimo dentium dolore
 torqueri cepit vt fere sicut ipse ait ad credendam opionez cō-
 nelij philosophi duceretur qui summum bonum aīme in sa-
 pientia. Summum v̄o bonum cōporis in nullum sentiendo
 dolorem posuerat. Tam vehemens autem ille dolor fuit q; etiā
 loquelam amisit. Quo circa vt in libro confess̄ refert in tabu-
 lis cereis scripsit vt omnes pro eo orarēt vt dolorem illum do-
 minus mitigaret. Ipse igitur cum alijs genua flexit & subito
 sanum se sensit Insinuauit ergo per litteras sancto viro. Am-
 bry suum votum vt moueret quid sibi de libris sanctis legen-
 dum esset quo aptior fieret fidei cristiane . At ipse iussit .
 Isaiam prophetam eoq; euangelij & vocationis gentium p̄-
 nunciator aptior videatur . Cuius principium cum Augusti-
 nus non intelligeret totum aliud tale esse arbitrans distulit
 vt illud relegeret cū in scriptis sanctis magis exercitatus esset
 Adueniente vero paschali tempore Augustinus cum esset an-
 norum .xxx. cum filio suo adeodato puero valde ingenioso-
 quem Augustinus in sua odolescentia dum adhuc gentilis
 & philosophus esset genuerat necnon & cum alippio amico
 suo meritis matris & predicatione Ambrosij sacrum bap-
 tisma suscepit. Tunc sicut fertur. Ambrosius te deum laudamus
 inquit & Augustinus te dominum confitemur respondit & sic
 tunc ipsi duo hunc himnum alternatim composuerūt & vsq;
 in finem decantauerunt . Sicut etiam testatur Hierosolus in li-
 bro suo qui dicitur speculum ecclesie. In aliquibus autem libris
 antiquis titulus talis preponitur . Canticum ab Ambrosio
 & augustino compilatum. Protinus autem in fide catholica
 mirabiliter confirmatur. Spem omnem quam habebat in se-
 culo dereliquit & scolis quas regebat abrenunciavit Quāta
 autem dulcedine diuini amoris extunc ferretur ipse in hoc li-
 bro confess̄. apit dicens . Sagittaueras tu cor meum caritate
 tua & gestabam verba tua transfixa in visceribus & exēpla
 feruorum tuorum quos de nigris lucidos & de mortuis viuos
 feceras congesta in sinum cogitationis mee vrebant & assume-
 bat grauem temporem . ascendenti conuallem plorationis &
 cantanti canticum graduum dederas sagittas acutas & carbo-
 nes vastatores nec faciabar in illis diebus dulcedine mirabili
 considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis

hūani · Quantū fleui in himnis & canticis tuis suaue sonātis
ecclesie vocibus commotus acriter voces ille influebant auri
bus meis & eliquabatur veritas tua in cor meum ⁊ currebāt
lacrimae & bene mihi erat cum eis. Tunc enim in ecclesia medi
oliam hec cantica instituta sunt. Et clamabam clamore alto
cordis mei O in pace O in idipsum O qui dixit idipsum dor
miam & somnum capiam. Tu es enim idipsum qui non mu
taris & in te requies obliuiscens laborum omnium legebam
totum psalmum illum & ardebam qui fueram latrator ama
rus & cecus aduersus litteras de melle celi mellitas ⁊ de lumi
ne tuo luminosas & super scripturas huiusmodi tabescebam
christe ihesu adiutor meus qm suaue mihi subito est factum
carere suauitatibus nugarum suarum & quas amittere me
tus fuerat iam dimittere gaudium erat. Eiciebas enim eas a
me. Nam tu & summa suauitas eiciebas & intrabas pro eis
omni voluptate dulcior. Sed non carni & sanguini in omni
luce clarioꝝ sed omni secreto interior omni honore sublimioꝝ sꝫ
non sublimibus in se Post hoc assumptis nebrodio ⁊ euodio
& matre ad affricam remeabat. Sed cum essent apud hostiaz
tiberinam piam mater eius defuncta est. Post cuius mortem
reuersus est Augustinus ad agros priptios vbi euz hijs qui
sibi adhibebāt ieiunijs & orationibus deo vacabat libros scri
bebat ⁊ indoctos docebat. Fama autem eius vbiqꝫ diffunde
batur & in omnibus libris suis & actibus admirabilis habe
batur. Refugiebat autem ad aliquam ciuitatem accedere que
episcopo careret ne ipsum in predicto officio impediri contin
geret. Eodem tempore apud iponē erat quidam vir magna
rum opum qui Augustino misit qꝫ si ad euz accederet & ver
bum ex ore suo audiret seculo renunciare posset. Quod augu
stinus vbi compit illuc concitus iuit. Audiens autem valeriꝫ
iponen episcopus famam eius ipsum plurimum renitentem
in ecclesia sua presbiterum ordinauit nonnullis quidem lacri
mas suas superbe interpretantibus & tanqm eum consolanti
bus ⁊ dicentibus quia ⁊ locus presbiterij licet ipse maiori di
gnus esset appropinquaret tamē episcopatur qui statim mona
sterium clericorum instituit & cepit viuere secundum regulā
a sanctis apostolis constitutam De cuius monasterio fere x
episcopi sunt electi. Et quia predictus episcopus erat grecus
& minus in latina lingua & litteris doctus Augustino pote
statem tribuit vt contra morem orientalis ecclesie eozam se in
ecclesia predicaret. Vnde cum multi episcopi derogarent ille

de hoc non curabat dū modo per eum fieret quod per se fieri non valebat. Eo tempore fortunatum presbiterum manicheum & alios hereticos precipue rebaptisandos donaticas & manicheos conuicit abstulit & confutauit. Cepit autem ualens formidare ne sibi Augustinus tolleretur & ab alia ciuitate in episcopum peteretur. Nam sibi aliquando ablatus fuisset nisi ad locum secretum transire curasset. ita ut inuenire minime potuisset. Impetrauit igitur ab episcopo cartagenensi ut ipse cederet & Augustinum iponensi ecclesie in episcopum promoueret. Sed cum hoc Augustinus omnimode recusaret cōpulsus tamen & coactus succubuit & episcopatus curam suscepit. Quod in se postea fieri non debuisse ut suo iuente episcopo ordinaretur & dixit & scripsit propter concilij vniuersalem prohibitionem quam postmodum ordinatus didicit nec quod sibi factum contra doluit. Vnde etiam satagit ut in concilijs episcoporum constitueretur ut omnia statuta p̄m ordinandis deberent ab ordinatōibus intimari. Ipse autem de se dixisse postmodum legitur. In nulla re mihi dominum sēcō sic iratum. sicut in hoc q̄ cum non essem dignus poni ad relictum posuit me in amplustre in apice regiminis ecclesie. Vestimenta eius & calciamenta & ornamenta alia nec nitida nimium nec abiecta plurimum. Sed ex moderato & competenti habitu erant. Ipse enim de se dixisse legitur fateor de precio sa veste erubesco & ideo cum datur mihi vendo eam ut quia vestis non potest esse communis precium sit commune. Mensa frugali & p̄ca semper vsus est & inter olera & legumina propter infirmos & hospites plerumq; carnes habebat. In ipsa autem mensa magis lectionem vel disputationem quam epulationem diligebat & contra pestem detractionis in ea sic scriptum habebat. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Nam & aliquando cum quidam sibi familiarissimi coepiscopi ad detractionem linguam laxassent adeo dure eos redarguit ut diceret q̄ nisi desisterent aut versus ipsos deleret aut a mensa recederet. Quadam vice cum quosdam suos familiares ad prandium inuississet vnus illorum curiosior ceteris coquinam ingressus est cum omnia frigida repisset. reuersus ad Augustinum interrogauit. quid ciborum ipse pransurus paterfamilias preparasset. Cui Aug? neq̄m taliū eplārum curiosus r̄ndit. & ego vobiscū nescio. Tria a beato Ambrose didicisse ait. Primum est q̄ vxorē cuiusq̄m nusq; peteret. Secundū q̄ militare uolentē ad h̄ nō smēdaret. Tercium q̄ ad diuina inuitatus non iret.

Causa primi est ne illi inter se non conueniant ⁊ sibi male dicant. Causa secundi est ne militantes calumniam exerceant ⁊ in eum alij culpam refundant. Causa tercij est ne forte tempore modum perdat. Tante autem puritatis ⁊ humilitatis fuit ut ipsa etiam minima peccata que apud nos nulla vel minima reputantur in libro confessionum de hijs confiteatur ⁊ coram deo humiliter se accusat. Nam ibidem accusat se de eo quod cum puer esset iudebat ad pilam dum ad scholas ire deberet. Item de eo quod nolebat legere vel adiscere cum a parentibus vel magistro vrgeretur. Item de eo quod fabulas poetarum sicut fabulam enee cum adhuc esset puer libenter legebat ⁊ didone mortuam propter amorem plorabat. Item de hoc quod de cellario parentum vel mensa aliquid furabatur ut pueris ludentibus daret. Item de eo quod in ludo puerorum fraudulenter victorias exercebat. Item de eo quod pirum de quadam arbore vicina vinee sue cum adhuc esset annorum .xvi. furatus fuit. In eodem quoque libro de confessionibus accusat se de ipsa modica delectatione quam aliquando in comedendo sentiebat dicens. Sic me docuisti ut quemadmodum medicamenta sic alimenta sumpturus accederem. Sed dum ad quietem facietatis ⁊ indigentie molestia transito in ipso transitu insidiatur michi laquens concupiscentie ipse enim transitus voluptas est ⁊ non est alius quo transiretur quo transire cogit necessitas ⁊ cum salus sit causa edendi ⁊ bibendi adiungit se tanquam pediseca periculosa iocunditas ⁊ plerumque preire conatur ut eius causa fiat quod salutis causa me faceret vel dico volo. Ebrietas longe est a me misereberis ne appropinquat michi. Crapula autem nonnunquam subrepsit seruo tuo misereberis ut longe fiat a me ⁊ quis est domine qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis. Quisquis ille est magnus profecto est. Magnificet nomen tuum ego non sum quia homo peccator sum habet etiam se suspectum de olfactu dicens. De illecebra odorum non satago nimis curas absunt nec requiro. cum obsunt non respicio paratus eis etiam semper carere michi illa video ⁊ forsitan fallo. Nemo enim securus esse debet in ista vita que tota temptatio nominatur. verum qui fieri potuit ex deteriore meliore non fiat ex meliore deteriore. Iterum de auditu confitetur dicens. voluptates aurium tenacius me implicauerat ⁊ subiugauerant sed resoluiisti ⁊ liberaisti me. Cum michi accidit ut me amplius cantus quam res que canitur moueat penaliter me peccare confiteor ⁊ tunc mallem non audire cantantem. Accusat etiam se de visu sic de eo quod aliquando nimis libenter vidit canem curretem ⁊ de eo quod per agrum casu

transiens venationeꝝ libenter prospexit & de eo q̄ domi exiis
 araneas muscas suis rethibus capientes nimis adente conspe
 xit. Deo autem de hijs coram domino confitetur vt ibidem di
 cit . quia aliquando hec a bonis meditationibus auertunt &
 orationes interrumpunt . Accusat etiam se de appetitu laudis
 & motu inanis glorie dicens . Qui laudari ab hominibus vult
 vituperante te non defendetur ab hominibus iudicante te nec
 eripietur damnante te laudatur homo propter aliquod do
 num quod dedisti ei & tamen plus gaudet se laudari q̄m do
 num . Temptamur hijs temptationibus cotidie sine cessatione
 cotidiana fornax nostra est humana lingua veruntamen nol
 lem vt vel ageret mihi gaudium cuiuslibet boni nomē suffra
 gio oris alieni . Sed auget fateor non solum . Sed vituperatio
 minuit . Contristor autem aliquando laudibus meis cum ea
 laudantur in me in quibus mihi ipse displiceo vel etiam bona
 minora vel leuia pluris existimantur q̄m existimanda sunt
 Hereticos vir iste sanctus validissime confutabat . Ita vt ter
 publice predicarent peccatum nō esse interficere Augustinum
 quem tanq̄m lupum occidendum dicebant & occisoribus o
 mnia sua peccata a deo dimittenda asserabant multas ab eis
 insidias pertulit ita vt sibi aliquo pergenti in via insidias pone
 rent . Sed dei prouidentia itineris errore seductum inuenire
 non possent . Cum pauperum semper memor erat eis ex hijs
 que habere poterat liberaliter exhibebat . Nam & de vasis do
 minicis propter pauperes & captiuos aliquando iubebat frā
 gi & conflari & indigentibus dispensari . Domum vel agrum
 siue villam nunq̄m emere voluit . Multas etiam hereditates
 sibi dimissas respuit eoq̄ mortuorum filijs vel propi quis po
 tius ipsa deberi dicebat . In hijs que in ecclesia possidebat intē
 tus amore illis implicatus non erat . Sed die ac nocte de scri
 pturis & rebus diuinis cogitabat . Fabricatum quoq̄ noua
 rum nunq̄m studium habuit deuitans in eis implicationem
 sui animi quem semper liberum habere volebat ab omni mo
 lestia corporali vt libere vacare posset continue meditationi &
 assidue lectioni non tamen illa edificare volentes prohibebat
 nisi forte immoderate fieri conspexisset . Laudabat quoq̄ plu
 rimum illos quibus moriēdi desiderium inerat . & super h
 o
 triū ep̄orum exēpla sepius recitabat . Ambr̄z autē cū in extre
 mis esset & rogareꝝ vt plongacōem vite sibi p̄cibꝝ optineret
 r̄ndit . Non sic vixi vt me pudeat int̄ vos viuē . nec mori timeo
 q̄m bonū hēmus dñm . Quod r̄nsuz augꝝ mirabiliꝝ excolabat .

Addebat quoq; de alio episcopo cui cum diceretur eum ecce
nultum necessarium fore. & ideo adhuc eum dñs liberaret ait
Si nunqm bene s; aliqn quare non modo. De alio quoq; epi
scopo aiebat ciprianum referre q; cum infirmitate graui labo
raret adhuc sibi sanitatem restitui exorabat. Cum iuuenis spe
ciosus apparens cum indignatione infremuit & ait pati time/
tis exire non vultis quid faciam vobis. Feminarum nullā vi
qm nec etiaz germanam sororem aut fratris sui filias que deo
pariter seruebant secum habitare permisit dicebat enim q; &
si de sorore vel nepotibus nulla mali posset cœiri suspitio tñ qa
tales persone sine alijs sibi necessarijs esse nō possent & ad eas
etiam alie aduentarent ex illis possent infirmiores aut huma/
nis temptatoinib; cōmoueri aut certe malis hoīm suspitioni/
bus infamari. Nunqm cum muliere solus loqui volebat nisi
secretum aliqd interesset. Consanguineis sic bene fecit non vt
diuicias haberent sed vt aut non aut min⁹ egerent. raro pro
aliquo aut lris aut verbis intercedere volebat. Recolens quē
dam p̄m contemplatione fame amicis non multa prestitisse
& sepe dicebat plereq; potestas que petitur premit. Cum aut
id faciebat sic stilum tempabat vt onerosus non esset Sed me
reretur verbanitatē dictam̄is exaudiri. volebat potius in igno
tos quā inter amicos causas audire. dicēs quia inter illos po
terat libere iniquū agnoscere & vnū ex hijs amicum esset fa
cturus pro quo. si iusticia mediante sententiā daret ex amicis
vero esset vnū perditurus sc; contra quē proferret sententiam
a multis ecclesijs inuitabat & ibi verbum dñi predicabat &
multos ab errore quertebat. Aliqn a proposito digressionē face
re consueuerat in p̄dicatione & tunc dicebat deū hoc ad p̄fectū
salutis alicui⁹ ordinasse sicut i q̄dam manibœrū negociatore
patuit qui in p̄dicatione quadam augus. vbi ipse digressio/
nem faciens extra hunc errorem p̄dicauerat sursum fuit. Eo tē
pore dum gothi romam cepissent ydolatre & infideles xp̄ia/
nis plurimum insultabant p̄pter quod Aug⁹ librum de ciuit/
tate dei sposuit in quo iustos in hac vita debere premi. Impi
os autem floere ostendit vbi de duplici cinitate. scilicet ierlm & babi
lone & earū regibus ait qa rex ierlm cristus rex babilonis dya
bolus Quas duas ciuitates vt ibidem dicit duō amores sibi fa
bricant qa ciuitatem dyaboli destruxit amor sui crescens vsq;
ad p̄temptum dei. Ciuitatem dei amor dei crescens vsq; ad cō
ptum sui. In diebus aut eius anno. s. dñi. ccc. xl. wandali to/
tam affrice puinciam occupauerunt vastantes omnia nec per/
centes sexui ordini vel etati. Post hoc autem ad yponensem ci
uitatem peruenierunt & ipsam manu valida obsederunt. Sub

hac tribulatione Aug⁹ preceteris sue senectutis amarissimaz
 & lugubrem duxit vitam fueruntq; sibi lacrimae eius panes
 die ac nocte cum alios videret occisos alios effugatos eccās
 sacerdotibus uiduatas ciuitates cu; accolis dissipatas. Inter
 tot tamen mala cuiusdam sapientis sententia se consolabatur
 dicentis. Non erit magnum magnus putans q; cadunt ligna
 vel lapides & moeruntur moerentes. Conuocatis autem fratri/
 bus dixit eis. Ecce rogavi dominum vt aut nos ab hijs peri/
 culis eruat aut patientiam tribuat aut me de hac vita suscipi/
 at ne tot calamitates videre cōpellat. Et ecce tertium quod pe/
 tiuit obtinuit & tertio obsidionis mense febribus laborās le/
 cto decubuit. Intelligens autē dissolutionez sui corporis immi/
 nere. vii. psal. penitenciales sibi scribi fecit ipsosq; in loco con/
 tra parietem positos lecto decubans legebat & vbertim ac iu/
 giter lacrimas fundebat & vt deo vacaret liberius & eius intē/
 tio a nullo impediri posset ante .x. dies sui exitus nullum ad
 se ingredi precepit. nō vel cum medicus ingrederetur vel cui;
 sibi refectio portaretur. Quidam autē eger ad eum venit & vt
 sibi manum imponeret & ab infirmitate curaret ipsum instan/
 ter rogauit. Cui Augustinus respondit Quid est hoc fili qd
 loqueris putas q; si tale quid facere possem michi hoc ipsum
 non conferrem. ille autem instabat asserens sibi in visione p/
 ceptum esse vt ad eum accederet & sanitatem reciperet. videns
 autem fidem eius pro ipso orauit & sanitatem recepit. Ener/
 guminos multos curauit & plura alia miracula fecit. In li/
 bro .xxij. de .ci. dei duo miracula de se tanqm de quodam alio
 refert dicens. iponensem quandam virginem scio que cum se
 oleo perunxisset. cum pro illa orans presbiter lacrimas suas
 stillauerat mox a demone fuisse sanata. In eodem etiam li/
 bro sic ait. scio etiam episcopum semel pro adolescente quem
 non vidit orasse illumq; illico demonio caruisse. nullum autez
 dubium videtur quin de se loquatur sed humilitatis causa se
 ipsum noluit nominare. In eodem quoq; libro de ciuitate dei
 sic ait. q; cum quidam infirmus incidi deberet & de eius moer/
 te ab incisionem plurimum timeretur cum infirmus multis
 lacrimis deū exoraret cum eo & pro eo Aug⁹ orauit & sine in/
 cisione aliq; integraz sanitatē recepit. Deniq; dissolutio corp/
 is appinquans h^o mēorale docuit nullū vic; hoīez qntūcūq;
 excellentis meriti sine confessione. & eucaristia debere transire

Ad extremam autem horam veniens membris omnibus sui
cœporis incolumis integro aspectu atq; auditu anno etatis
sue .lxxvij. episcopatus vero .xl. coram positis fratrib; & oranti
bus migravit ad dominum. Testamentum nullum fecit quia
vnde faceret pauper non habuit. Floruit circa annos domini
ccc. Itaq; augustinus sapientie lunem prefulgidum. ppun/
gnaculum veritatis & fidei munimentum omnes ecclesie do/
ctores tam ingenio qm̄ scientia vicit incomparabiliter florens
tam exemplis virtutum qm̄ affluentia doctrinarum. vnde &
beatus remigius Hieronimum & quosdam alios doctores cō
memorans sic concludit. Hos omnes Augustinus ingenio
& scientia sua vicit. Nam licet Hieronimus .vi. milia volumi/
na originis se legisse fateatur iste tamen tanta scripsit vt non
solum diebus ac noctib; scribere libros eius quis non possit
sed nec legere quidam occurrat volusianus autez cui Augu/
stinus epistolas scripsit sic de eo dicit. Legi dei deest quicqd
Augustinus contigerit ignorare Hieronimus quoq; in qua
dam epistola scribens. Augustin? ait duob; libellis tuis eru/
ditissimis & om̄i eloquentie splendore fulgentibus responde/
re non potui. certe quicquid dici potuit & assumi ingenio &
scripturarum hauriri fontib; a te positum atq; disertum est.
Sed queso reuerentiam tuam parumper patiaris me tuum
laudare ingenium. Hieronimus etiam in libro de .xii. doctori/
bus sic de eo scribit. Aug? eps volans per montium cacumia
q; aquila & ea que sunt in montium radicib; non cōsiderans
multa celorum spacia terrarumq; situs. & aquarum circulu;
claro smone pronunciat. Deinq; in q̄nta eum reuerentia &
dilectione Hieronimus habuit patet in epistolis quas eidem
misit In vna quarum sic dicit. Domino sancto ac beatissimo
pape augustino Hieronimus omni quidem tempore beatitu/
dinem tuam eo quo docet honore veneratus sum & habitan/
tem in te dilexi dominum saluatorem. Sed nunc si fieri potest
cumulo aliquid addim? & plena complemus vt absq; nomi/
nis tui mentione ne vnā horam quidem p̄terite patiamur.
Idem in alia epistola ad eūdem. absit autem vt quicquaz de
libris beatitudinis tue attingere audeam Sufficit enim mea p̄
bare & aliena non carpe. Gregorius quoq; in epistola ad In/
nocentium affrice prefectum de eius libris sic ait Quod expo/
sitionē sancti iob vobis transmitti voluistis vestro studio cō/
gaudemus. Sed si delitioso cupitis pabulo saginari beati au/
gustini compatriote vestri opuscula legite & comparationez
illius similagnis nostrum fufurem non queratis. Idem q;
in registro sic ait. Legitur q; beatus Augustin? nec cū sœore

sua habitare consensit dicēs. Que cum sorore mea sunt sorores mee non sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis debet eē institutio. In prefatione quoq; ambrosiana sic legiū. Magnificentiam tuam in mortificatione aug. adoramus tua in omnibus operante virtute vbi nullis promissis blandimentorum fallacium vir tuo ignitus spiritu vinceretur quia eū ita omni genere pietatis inbueras vt ipse tibi ara & sacrificium & sacerdos esset & templum. Beatus igitur prosper in tercio libro de vita contemplatiua sic de eo dicit. Sanctus Augu. epus acer ingenio suauis eloquio secularis litterature peritus. In ecclesiasticis laboribus operosus. In cotidianis disputationibus clarus in omni sua actione compositus. In questionibus soluentis acutus. In conuincendis hereticis circumspēctus In expositione fidei nostre catholicus. In exemplandis scripturis canonicis cautus. Bernar. quoq; sic de eo scribit Aug⁹ hic est validissimus malleus hereticorum. Post hoc aut cum barbari gens terram illam occupasset & sancta loco pphanarent si deles corpus aug. ceperunt & ipsum in sardiniam transfulerūt. Transactis autem ab eius obitu annis. cc. lxxx. circa annos domini. dcc. xvij. L. iprandus deuotus longobardorū rex audiens sardiniam a saracenis depopulatā solēnes illuc nuncios misit vt doctoris sancti reliquias papiā deferrēt qui magno precio dato corpus sancti aug. tulerunt & ipm vsq; ianuā deportauerūt qđ deuotus rex audiens vsq; ad p̄dictam ciuitatē cum magno gaudio eidē obuiauit & reuerentē excepit. Cū aut mane vellent corpus deducē nullo mō de loco moueri potuit donec rex votū emisit qđ si se inde duci pmitteret ibidē in suo nomine eccliam fabricaret. Cū aut votū fecisset statim sine difficultate inde deductū ē. Rex aut qđ vouerat impleuit & ibidē in honore sancti Augu. eccliam gstruxit. Idē miraculū die sequenti in qđam villa epatus terdonensis qđ dē cassele ḡtigit & eodē mō ibidē in honore sancti Augu. eccliam fabricauit. Insuper villam ipsa cū oībus suis appendentijs gcessit huiusmodi ecclie sancti Augu. perpetuo possidendā q̄a vero rex viderat sancto complacē vt in suo nomine ecclia fieret vbiq; mādasset & timēs ne in alio loco quā vbi desiderat locū sibi eligēt in omni loco vbi de nocte cū corpore hospitabat in honore ipsius eccliam cōstruebat. Sicq; cū magno gaudio papiā deducit & in ecclia sancti Petri que celum aureum dicitur honorifice collocatur. Molendinarius quidam in beatum Augustinum specialem deuotionem habens cum quandam infirmitatem que dē flegma saluz in tibia pateret beatū Augu. deuote in sui adiutorio inuocabat

Cui per visum sanctus Augustinus apparuit & tibiam manu palpanz integre restituit sanitati qui excitatus se liberatum inuenit. & deo & beato Augustino gratias reddidit. Quidam puer cum vicio lapidis premeretur & de consilio medicorum incidi deberet. mater pueri mortis sibi timens periculum beati Augustinum de vote in sui filij subsidium inuocauit. Statimq; fusa oratione puer lapidem cum vrina emisit & plenaz sanitatem recepit. In monasterio quod etia dicitur. monachus quidam in vigilia sancti Augustini raptus in spiritu vidit nubem splendidam celitus elapsam & super nubem Augustinum sedentem pontificalibus insignitum cuius oculi quasi duo solis radij totam illam ecclesiam illuminabant & odor inde nimius exalabat. Sanctus quoq; Bernardus dum quadam vice in matutinis existens aliquatulum obdormisset & de quodam tractatu Augustini lectiones legerentur vidit quendam pulcherrimum iuuenem ibi stantem de cuius ore tantus inuolantium aquarum impetus exibat qd totam illam ecclesiam videretur replere. Qui Augustinum esse non dubitauit qui fonte doctrine totam ecclesiam irrigauit. Quidam sanctum Augustinum valde diligens monacho custodi corporis sancti Augustini pecuniam magnam dedit vt sibi sancti Augustini digitum vnum daret. Sed ille accepta pecunia digitum cuiusdam mortui sericis inuolutum sibi tribuit simulans esse digitum Augustini. Quem ille reuerenter accipiens semper deuotissime adorabat & oris oculi que appones crebro pectori astringebat. Cuius fidem deus intuens digito illo proiecto vnum digitum sancti Augustini tam mirabiliter qm misericorditer sibi dedit. Qui cum reposuisset & multa ibi miracula fierent fama vsq; papiam delata est. Sed cum predictus monachus assereret qd cuiusdam mortui digitus ille esset sepulchrum aperuerunt & vnum deesse de eius digitis inuenerunt vnde abbas recognita monachum ab officio deposuit & dire afflixit. Apud burgundiam in monasterio quod dicitur fontaneum erat quidam monachus Hugo nomine sancto Augustino valde deuotus que in eius scriptis miro desiderio pascebatur que etiam crebra supplicatione rogauerat vt ipsum ex hac luce migrare non sineret nisi in die sue sacratissime solenitatis. Ipse igitur xv. die ante festum eiusdem sic cepit duris febribus estuare vt in vigilia ipsius super humum tanqm moriens poneretur. Et ecce plures decore ac fulgentes viri amicti albe ecclesiaz dicti monasterii processionaliter intrauerunt quos sequebatur quidam reuerendus pontificalibus insignitus. Quidam aut monachus in ecclesia consistens hoc videns obstupuit & quinam essent

vel quo pergerent inquisiuit. Cui vn̄ eorum dixit q̄ sanctus
 Augustinus esset cum suis canonicis qui ad deuotum suum
 morientem pergeret vt eius animam ad regnum glorie depor/
 taret. Post hoc illa reuerenda processio ad infirmitiam ingredi
 vbi cum aliquodiu mansisset sancta illa anima a carne soluta
 est. Quam dulcis amicus & ab hostium insidijs securam reddi
 dit & ad celi gaudia introduxit. Legit quoq; q̄ dum Augu-
 in carne viueret & quedam relegeret ante se transire vidit de-
 monem librum humeris baiulantem. Qui ab eo protin̄ ad-
 iuratur vt qui ibi scripta lateant sibi pandat. Qui peccata ho-
 minum ibidem esse asserit scripta. qm̄ vndecūq; colligit & re-
 ponit. Moxq; ei precepit vt si aliqd̄ suorum peccatorum ibi scri-
 ptum retineret sibi legendū continuo manifestet. Ostenso autem
 loco nichil Auḡ in scriptum reperit nisi quod q̄dam vice cō-
 pletorium ex obliuione dimisit precipiensq; dyabolo vt suum p̄-
 stolaretur aduentum eccliam est ingressus & cōpletorium de-
 uote dixit & solitas orationes compl̄. peregit. Reuersusq; di-
 xit ei vt predictum locum sibi ostenderet iterum relegendum
 Qui dum crebro reuoluerat & tandem locum vacuum repe-
 risset iratus dixit. Turpiter me decipisti penitet me q̄ librum
 meum tibi ostendi quia peccatum tuum orationem tuarum
 virtute delesti. Et hijs dictis confusus euahuit. Cum quedam
 mulier quibusdam maliciosis iniuriam paterec̄ illa ad beatū
 Augustinum accessit vt super hoc eius consilium imploret.
 Que cum ipsum studentem inuenisset & eum reuerenter salu-
 tasset ille nec ad eam respexit nec quicqm̄ sibi respondit. Cogi-
 tans illa ne forte ob nimiam sanctitatem in facie mulieris nol-
 let intendere proprius accessit & negociū diligenter exposuit.
 Sed ille nec se ad eam conuertit nec responsum aliqd̄ sibi de-
 dit. Ideoq; illa cum tristitia magna recessit. Altera aut̄ die cū
 Augustinus missam celebraret & dicta mulier interesset post
 eleuationē corporis rapta in spiritu vidit se positā ante tribu-
 nal scissime trinitatis vbi vidit Auḡ facie inclinata de trinita-
 tis gloria attentissime & sublimissime disputantē. Factaq; est
 vox ad eā dicēs. Cum aut̄ ad Augu. iuisti ille sic de trinitatis
 gloria attentissime disputabat & ideo q̄ ibi fueris penitus non
 aduertit s; ad eū secure redeas q̄a & euz clementē inuenies &
 p̄siliū salubre repies. Quod cū fecisset Auḡ benigne eā aud-
 uit & p̄siliū salubre donauit. Fer̄ q; q̄ dū q̄dam vir sanctus
 ī spū rapt̄ sanctos ī glia sp̄pexisset & bea. Augu. minie vidiss; q̄-
 ndam de sanctis vbi nā Auḡ eēt p̄condat̄. Qui r̄ndit auḡ
 residet in excelsis vbi disputat de glia excellentissime trinitatis-

Cum quidam papienteses a marchione mala spine in carcere detinerent ab eis omnis potus penitus est interdictus vt possz ab eis magna pecunia extorqueri Vnde pleriqz iam spiritum exalabant . quidam vero vrinā bibebant ac quidam iuuenis intra eos qui in beatū augustiū magnā deuotionem habebat ipm in sui adiutorium inuocauit. Tunc circa noctis medium sanctus aug⁹ predicto adole⁹centi apparuit ⁊ quasi manum eius dextrā apphēdēns vsqz ad flumen graueloni ipm deduxit ibiqz cum filo vitis in aquaz madefacto sic eius linguam refrigerauit . vt qui vrinā bibere cupierat de potu nectaris non curaret . Prepositus cuiusdam eccie in beatū augu magnam deuotionem habens cum per tres annos grauem infirmitatez incurrisset ita vt de lecto surgere non valeat adueniente solēritate sancti augu . cum iam in vigilia ad vesp̄as pulsaretur ad rogandum sanctum augu . deuota deuotione se stulit . Cui in alb⁹ aug⁹ apparens eidem tercitato pprio nomine dixit ecce assum tociens a te rogatus . Surge cito ⁊ celebra michi officium vesp̄arū . Qui sanus surgens cunctis stupentibz ecclesiam intrauit ⁊ officium deuote pregit . Cum quidam pastoris seuum . vlcus inter scapulas ortum esset adeo morbo inualuit vt iam totis esset viribz destitutus . Qui dum ad sanctū augu . preces emitteret eidem aug⁹ in visu apparuit ⁊ super locū infirmum manū apponens perfecte eum sanauit . Idē quoqz vit⁹ procedente tempore oculorū lumine est p̄uatus . Qui cuz sanctum augu . sedule inuocaret q̄dam die circa meridiem eidem apparuit ⁊ oculos manibz suis tergens pristinā sibi sanitatem restituit . Circa annum dñi . dccc . xii . viri q̄dam grauiter infirmi numero plusq̄m . xl . de germania ⁊ gallia Romaz ibant ad limina ap̄lorum visitanda . Quorū quidam scāris in terra curui se velentes alij cum baculis se sustentantes . alij p̄uatis oculis post alios se trahentes . alij contractas manus ⁊ pedes habentes pergebant . Qui montes transcentes ad locum qui dicitur carbonaria peruenerunt . Cum autem pene ad locum qui cana dicitur aduenissent qui tribz milibus a papia distat sanctus aug⁹ pontificalibus indutus de quadam ecclesia in honore sanctorū cosme ⁊ damiani constructa exiens eidem apparuit eosqz salutans quo tenderent requisuit q̄ cuz respondissent adiecit . Ite papiam ⁊ de cenobio sancti Petri quod dicitur celum aureum interrogate ⁊ ibi mīam habebitis quam optatis . Qui cum euz de nomine suo interrogassent ait Ego sum Aug⁹ quondam yponensis ciuitatis episcopus . Statimqz ab oculis eorū euauit . Illi autem papiam pergetes cum ad dictum nōnasterium peruissent ceperunt om̄s

voces leuare ac vnanimiter clamare. Sancte augustine ad/ iuuia nos ad quorum clamores ciues & monachi excitati ad tam grande spectaculum confluebant & ecce ex neruorum distensione sanguis multus cepit effluere ita vt ab introitu ce/ nobij vsq; ad tumbam sancti augustini tota terra sanguine videretur respersa cum autem ad sepulchrum sancti augustini inuenissent omnes sanitati sunt integre restituti ac si nulla in eorum corporibus lesio extitisset cepit extunc fama sancti augustini crebrescere & multitudo languentium ad eius tumulum aduolare. Qui omnes sanitatis beneficia reportantes sue pignora relinquebant. factumq; est vt tanta predictorum pinguorum fuerit multitudo vt inde totum oratorium sancti aug. & porticus plena essent ita vt eundi & redeundi impedimentum non modicum generaret. Quapropter monachi necessitate compulsi ea inde remoueri fecerunt. Notandum q; cum tria sint que a mundanis hominibus appetuntur. s. diuicie delitie & honores vir iste sanctus tante perfectionis extitit q; ipse diuicias contempsit. honores respuit. voluptates abhorruit. qd enim diuicias contemneret ipse testatur in libro soliloquiorum vbi ratio interrogat eum dicens Diuicias nullas cupis. Et respondit aug. hoc quidem nec nunc primum. Nam cum .xxx. annos agam .xiiij. vere anni sunt ex quibus ista cupere destiti nec aliud in hijs preter necessarium victum cogitavi propterea vnus ciceronis liber mihi facile persuasit nullo modo appetendas esse diuicias. Quod autem honores respuetit in eodem libro testatur vbi ratio eum interrogat dicens. Quid honores. Et respondit augustinus fateor eos modo ac pene hijs diebus cupere destiti voluptates q; & delicias contempsit & quantum ad concubitum & quantum ad gustum. Quantum ad primum interrogat eum ratio dicens in eodem libro. Quid vxor nonne te delectat pulchra pudica moxigerata. diues presertim si certus sis nihil ex ea te moleste esse passurum. Et respondit aug. Quantumlibz vel eam depingere atq; cumulare bonis omnibus nil mihi tam fugiendum q; concubitum esse decreui. Cui ratio. Non ego quero quid decreueris. Sed vtrum ad hoc alliceris. Et respondet augustinus propterea nihil in huiusmodi quero nihil desidero etiam cum honore. honore. & aspernatione talia recordor. Quantum ad secundum interrogat eum ratio dicens. Quid de cibis. Et respondet Augustinus. Siue de cibo & potu siue de balneis ceteraque corporis voluptate nihil interroges. tantum ab eo peto quantum in valitudinis operam conferri potest.



Decollatio sci iohannis baptista quatuor de causis instituta fuisse videtur in libro de ministerio officio inuenitur primo propter eius de collatione Secundo propter osium ipsius scemationem et collectionem Tertio propter caput ipsius inuentionem Quarto propter digitum ipsius translationem et hinc hoc festum istud a quibusdam diuersimode

notatur. scilicet decollatio collectio. inuentio. et dedicatio. Primum igitur celebratur hoc festum propter ipsius decollationem que quidem hoc modo facta est. Nam ut habetur in historia scolastica. Herodes antipas filius magni herodis romane proficiscens. et per fratrem suum philippum transitum faciens cum herodiade uxore philippi et hinc iosephum sororem herodis agrippe secreto pepigit quod in reditu suo uxorem et pudicam. et ipsam in iugum duceret quod uxor est sua. scilicet filiam archiepis damascenorum mimum latuit et ideo non expectato viri reditu ad patriam quatuordecim festinauit rediens autem herodes herodiadem philippo abstulit et aretham regem et herodem agrippam et philippum in sui inimicitiam incitauit. Iohannes autem eum de hoc arguebat quoniam hinc legem quam recepat fratris sui uxorem ipso uiuente sibi mimum habere licebat Videns herodes quod iohannes tam dure eum super hoc redargueret et quia obpredicationem et baptismum hinc iosephum magnum populum congregaret ipsum in carcere uiculauit uxori placere cupiens et populi subsequens iohannem dispendium pertimescens ipsius autem occidere uoluit sed populum timuit Desiderantes autem herodias pater et herodes occasionem aliquam inuenire ut iohannem occidere possent uidentur inter se secreto dixisse ut herodes natalis sui die coram primis galilee suisque principibus celebraret et puella saltanti filie herodiadis quicquid petierit se sibi daturum iuramento firmeret et ipsa caput iohannis petente illud sibi propter iuramentum facturum tribuere oporteret. sed de iuramento sancto se stristari simularet. quod enim hanc uersutiam et simulationem habuerit videtur in uerbo in historia sancto. ubi sic dicitur Credibile est quod herodes cum uxore de nece iohannis sub tali occasione faciendam prius secreto tractauerit Et tunc sero. in gloria. ideo forte iurauit ut occasionem inueniret occidendi

Nam si illa patris aut matris interitum postulasset herodes
 nō utiq; consensisset. Ordinato igitur conuiuio puella adest co/
 ram omnibus saltat placet cunctis Se sibi quicquid petierit
 daturum iurat rex a matre premonita caput Iohannis expo/
 stulat. Sed versipellis herodes propter iusiurandum se stri/
 statum simulauit eo q; ut dicit Rabanus temere iurasset quod
 facere oporteret. Sed tristitiam preferebat in facie cum leticiam
 haberet in mente. Excusat scelus iuramento ut sub occasione
 pietatis impius fieret. Igitur spiculator mittitur caput iohis
 presciditur. puella datur. et a puella matri adultere presentat.
 Aug. occasione huius iurationis narrat in sermone quodam
 quem fecit in decollatione iohannis baptiste tale exemplum.
 Fuit quidam homo innocens et fidelis a quo audiui quod
 narro. Cum enim quidam sibi negasset quod ei acomodaue/
 rat vel quod sibi debebatur. comotus ille prouocauit eum ad
 iusiurandum. Ille igitur iurauit iste perdidit. Dicebat ergo in
 ipsa nocte se ad iudicem raptum fuisse et ab eo interrogatus
 fuisse his verbis. Quare prouocasti hominem ad iurationem
 quem sciebas falsum esse iuraturum respondit ille Negauit
 mihi rem meam Et iudex Melius erat ut rem tuam perderes
 quam ut animam illius falsa iuratione perimeres. Postquam igitur
 tam grauius cedi iussit ut in dorso euigilantis plagarum ve/
 stigia apparerent Sed indultum est ei postquam emendatus est hec
 Aug. in hac autem die iohannes decollatus non est. sed circa
 dies azimorum anno precedente passionem christi Oportuit
 ergo ut propter dominica sacramenta minor cederet maiori.
 Hic exclamat iohannes Crisostomus dicens Iohannes scola virtutum
 magisterium vite. sanctitatis forma. norma iusticie. virginita/
 tis speculum. pudicitie titulus. exemplum castitatis. peniten/
 tie via. peccatorum venia. iohannes maior homine par angelis
 legis summa. euangelij sanctio. apostolorum vox. silentium p/
Tanta autē ibidem angelorū melodia insonuit vt inter mltos qui audierunt etiam Iarcia vxor prefeti Iubrij cristianam se esse clamauit & mox ab impijs decollata & in suo sanguine baptisata occubuit. Filius autem eius nomine iurbius rome sub tribus imperatoribus militauit. Deinde parisijs rediens baptisatur & religiosorum numero sociatur. Dum autem in fideles metuerent ne sanctorum rustici & eleuterij corpora cristiani sepelirent iusserunt vt in secana mergerentur. Matrona autem quedam nobilis vectorem ad prandium inuitauit & illis epulantibus sanctorum corpora furtiue subripuit & agro suo occulte sepeliri fecit que postea persecutione cessante inde sustulit & corpori beati Dionisij honorifice sociauit. Passi sūt anno domini xc.vj etatis vero beati Dioni xc. Tempore Iodouici legati Michaelis imperatoris constantinopolitani inter cetera munera detulerunt. Ludouico filio karoli magni libros Dioni de ierarchia de greco in latinum translatos qui cum gaudio sunt recepti & xix. infirmi in ipsa nocte in ecclesia eius curati. Cum apud arelaium sanctus regulus episcopus missarum solennia celebraret apostolorum nominibus in canone recitatis adiunxit & beatis martiribus tuis Dionisio rustico & eleuterio. Quo dicto cum adhuc dei famulos viuere crederet plurimum mirari cepit cur eorum nomina sic nesciens in canone protulisset. Ecce eidem miranti tres columbe apparuerunt super crucem altaris residentescq; sanctorum martirū nomina habebant suis peccatoribus sanguine insignita. Quas diligenter intuens sanctos migrasse a corpore intellexit. Circa annum domini dc. xliiij. Dagobertus rex francorum vt i quadam habetur cronica qui longe ante pipinum regauerat a sui puericia sanctum Dionisium in magna ueneratione habere cepit. Nam & quando dotarij patris sui itam metuebat ad ecclesiam sancti Dioni. continuo fugiebat. Cum ergo factus iam rex mortuus fuisset cuidam sancto viro in visione monstratum est q; anima eius ad iudiciū rapta fuit & multa sancti suarum ecclesiarum exspoliatione; obiebant eide;. Cūq; ergo mali angeli iam ad penas rapere eam uellent affuit beatus Dioni. & eius interuentu liberatus est & penam euasit. Forte enim eius anima ad corpus redijt & ibi penitentia; egit. Clodoueus rex corpus sancti Dionisij min⁹ religiose discooprensens os brachij eius fregit & cupide rapuit qui mox in amentia rapt⁹ est. Et nota q; Igmarius epus remensis dicit in epla. quā misit ad karolū. q; iste Dio. missus in galliā fuit dio. ariopagita vt sup̄dictū est. Idē testat I. o. scot⁹ in epla ad karolū ne forte rō ex cōpoto tēporis cōtradicit sic aliq; obicē uolueit.

De sancto Calixto



Quoniam Calixtus papa anno dñi cc. xxij. sub alexandro imperatore martirium passus est. Cuius temporibus pars eminentior urbis rome diuino est incendio concremata & sinistra manus iouis aurea liquefacta. Tunc omnes sacerdotes ad Alexandrum imperatorem venerunt petentes ut dii irati sacrificijs placarentur. Dum ergo offerrent

subito celo sereno manendi e iouis diuino fulmine quatuor sacerdotes idolorum mortui sunt. & ara Iouis concremata est & sol obscuratus est ita ut populus romanus fugeret extra muros. Audiens autem palmatius consul quod Calixtus cum suis clericis trans tibrim latitaret rogauit ut christiani per quos hoc malum contigerat ad purgationem ciuitatis penitus deleterentur. Palmatius itaque potestate accepta cum illuc cum militibus properasset. sed illi protinus excecati fuissent. territus. Alexandro hoc protinus nunciauit. Tunc imperator iussit ut die mercurij omnis populus conueniret & mercurio immolaret ut ab eo super hijs responsa acciperet. Quod cum fieret. virgo quedam templi nomine Iuliana arrepta a demone exclamauit. Deus Calixti est verus & viuus deus qui nostris est pollutionibus indignatus. Quod audiens palmacius trans tibrim ad urbem rauennantium ad sanctum Calixtum accessit & cum uxore sua & familia se ab eo baptisari fecit. Quod audiens imperator eum accessitum simplicio senatori tradidit. ut verbis blandis eum moneret ex eo quod reipublice plurimum necessarius esset. Palmatio vero ieiunis & orationibus perseuerante venit ad eum quod miles promittens quod si uxorem suam paliticam sanaret continuo crederet. Cum ergo palmacius oraret. illa sanata ad

Palmatiū cucurrit dicēs· Baptisa me in noīe cristi qui tenuit
manū meā & alleuauit me ¶ Tūc calixt⁹ veniēs ipsaz cum viro
suo simplicio & multis alijs baptizauit. Quod audiēdiēs impe
ratoꝝ iussit omnes baptisatos decollari Calixtū vero·v· diebus
sine cibo & potu manē fecit . Ille autem videns eum amplius
confortari · iussit eum diebus singulis fustigari· deinde per fe
nestram precipitatum alligatumq; saxo in puteum precipita
ri. Asterius autem presbiter corp⁹ eius de puteo eleuauit &
ipsum in cimiterio calipodij sepeliuit.

De nomine



Leonardus odore populi a leos quod est
populos ⁊ nardus quod est herba reo
lens quia odore bone fame populuz ad
se trahabat vel Leonardus dicitur qua
si legens ardua · vel Leonardus a leone
Leo enim quatuor habet in se . Primo
habet fortitudinem quam fortitudinem
vt dicit Isidor⁹ habet in pectore & in cor
pore. Sic beatus Leonardus habuit fortitudinem in pectore p
mal'arum refrenationem cogitationum & in capite per insati
gabilem supernorum contemplationem. Secundo habet saga
citatē ⁊ hoc in duobus scilicet in apertione oculorum cuz
dormiuit & in directione festigiorum cum fugit. Sic Leonar
vigilauit per laborem actionis & vigilando dormiuit per qui
etem contemplationis & in se deleuit vestigia mundane toti⁹
affectionis. Tercio habet virtuositatem in voce quia ei⁹ vox
tercia die suscitāt leunculum natum mortuum & omnem be
stiam figere facit gradum. Sic Leonardus multos mortuos
in peccatis resuscitauit & multos mortuos bestialiter iuuen
tes in operibus bonis fixit. Quarto habet timorem in corde q̄a
secundum Isidorum duo timet · scilicet strepitum & ignem
accessum. Sic Leonardus timuit ⁊ timendo vitauit strepitum
mundane sollicitudinis & ideo in desertum fugit & ignem ter
rene cupiditatis & ideo omnes thesauros sibi oblatos contē
psit.

De sancto Leonardo



Leonardus fuisse dicitur circa annus domini 50. Hic a sancto remigio remensium archiepiscopo de sacro fonte leuatus & ab ipso salutaribus disciplinis instructus est. Cuius pentes primi in palatio regis francie habebantur hic tantam gratiam a rege obtinuit quod omnes incarcerati quos ipse visitabat protinus absoluebantur. Cuius igitur fama san-

ctitatis eius excresceret rex multo tempore eum secum manere coegit donec oportuno tempore ei episcopatum donaret. Quod ille rennuit & solitudinem desiderans relictis omnibus aurelianum predicando cum fratre suo lisardo deuenit ubi postquam in quodam cenobio aliquamdiu vixerunt dum lisardus super ripam ligeris solitarius manere vellet & Leonardus per sancti spiritus admonitionem in aquitania disponeret predicare osculantes se abinuicem discesserunt. Leonardus igitur ubique predicans multa miracula exercens in quadam silua ciuitati lemouice vicina habitauit ubi erat aula regia causa venationis constructa. Accidit autem ut quadam die rex ibi venaretur & regina illuc causa delectationis egressa partu periclitaretur. Cum ergo rex & familia propter regine periclitationem lugerent & Leonardus per nemus transiret & gementium voces audiret. pietate commotus illuc properauit & a rege vocatus protinus introiit. Cum igitur a rege interrogatus quis esset & se sancti remigii discipulum fuisse narraret rex spem bonam concipiens & a bono magistro ipsum bene instructum existimans ipsum ad reginam induxit rogans ut suis precibus de recuperata coniuge & edita prole duplex gaudium obtinere. Tunc illa oratione fusa quod petebat protinus impetrauit. Cum autem rex multa in auro & argento sibi offerret ille protinus recusauit admonens ut hoc pauperibus daret dicens. Ego nullis horum indigeo sed tantum in

aliqua siluarum contemptis huius mundi diuicijs soli xp̄o
 famulari desidero. Cum autem rex totum illud nemus sibi
 tradere vellet ille ait. Non totum illud accipio sed quantum
 nocte cum meo assello circuire potero tantum michi concedi
 exopto. Quod rex libentissime adimpleuit Constructo itaqz
 ibidem monasterio ibi diu cum adiunctis sibi duobus mo/
 nachis in abstinentia multa degebat. Cum autem aqua vno
 ab eis miliario distaret puteum ibidem siccuꝝ penitus fodi iu/
 ssit quem aqua orationibus suis impleuit. locum autem illuz
 nobiliacum appellauit eoqz a rege nobili traditus sibi fuisset
 ibi tantis miraculis choruscauit qz quicumqz eius nomen in
 carcere inuocasset mox ruptis vinculis nullo contradicente
 liber abiret ⁊ suas eidem cathenas vel compedes p̄sentarꝝ. ho/
 rum plures secum manebant ⁊ ibidem domino seruibant.
 Septem quoqz famule de eius nobili stiepe venditis omnibꝝ
 ad eum venerunt ⁊ distributis singulis nemore ibi cum ipso
 manentes exemplo suo plurimos adtraxerunt. Deniqz sanctꝝ
 vir Leonardus multis clarus virtutibus. viii. Idus nouem/
 bris ad dominum migravit. vbi postq̄m multa fecisset mira/
 cula clericis illius ecclesie est reuelatum vt quia locus ille pp̄
 ter multitudinis frequentiam artus erat alibi eccam fabrica/
 rent ⁊ illuc corpus sancti Leonardi honorifice transportaret.
 At illi cum populo triduo ieiunio ⁊ orationi insistentes re/
 spicientes viderunt totam prouinciam niue coopertam. locuz
 aut illum in quo sanctus Leonardus quiescere volebat omni
 no vacuum conspexerunt. Ibi itaqz translatus. quanta miracu/
 la precipue circa incarceratos dominus per eum faciat immē
 sa ferri varietas ante eius tumulum dependentis testis existit.
 Vicecomes lemouicensium ad terrorem malozum quandam
 grauissimam cathenam fecerat quam in tipo sue turris affigi
 mandauerat. qua cathena quicumqz collo cingebatur cui li/
 bet aeris intēpetie expositis non vna sed quasi mille moꝝtibꝝ
 angebatur. Accidit autem vt quidam seruus sancti Leonar/
 di illa cathena sine culpa ligaretur. Qui cum fere vltimum
 spiritum efflaret intra se quo p̄nit voto sanctum Leonardū
 rogauit vt qui alios liberaret sibi cum seruo suo subueniret.
 Statimqz sanctus Leonardus in veste candida sibi apparens
 dixit. Noli timere quia non morieris. Surge ⁊ hanc cathenaz
 tecum ad ecclesiam meam dēferas. Sequere me quia ego pre
 cedam te. Qui consurgens ⁊ cathenam accipiens sanctum
 Leonardum precedentem vsqz ad ecclesiam suam secutus est.

Statimq; vt ante fores fuit beatus Leonardus ipsum dimisit
& ecclesiam intrans que sanctus Leonardus sibi fecerat omni-
bus enarrauit & catenam illam tam maximam ante tumul-
lum eius suspendit. Vir quidam in loco sancti leonardi nobi-
liaco habitans & eidem sancto valde fidelis existens a quodā
tiranno captus est qui tyrannus intra se cogitans dicebat. Le-
onardus iste omnes absoluit .& omnis vis ferri ante eum ve-
lut cera ante ignem liquefcit. Si hunc igitur vinculis ligaue-
ro protinus Leonardus aderit & ipsum liberabit . Si autem
ipsum custodire possem mille solidis ipsum redimere facere;
Scio igitur quid faciam. In turre mea profundam foueam
faciam & hominem hūc compedibus aggrauatū ibidem sub
iungam deinde super os fouee ligneam archam construam in
qua armatos milites accubare faciam .licet enim Leonardus
ferrum confringat tamen nondum sub terra intrabit. Quod
cum totum quod cogitauerat impleuisset & ille homo san-
ctum Leonardum sepius inclamaret. Leonardus nocte ve-
niens archam in qua iacebant milites reuoluit tanqm̄ mortu-
os in sepulchro ita eos sub ipsa conclusit. Deinde multa luce
foueam ingressus manum fidelis sui tenuit ac dixit. Dormis
an vigilas. Ecce leonardus quem tu desideras . At ille admi-
rans ait. Domine adiuua me Confestim contractis catenis
apprehensum proprijs vlnis extra turrim portauit . Deinde
secum sicut amicus cum amico confabulans vsq; ad locum
suum & domum ipsum deduxit. Peregrinus quidam cum
a vifatione sancti Leonardī redisset & in auerniam captus in
cauea inclusus esset eos plurimum deprecabatur vt amore san-
cti Leonardī cum nichil vnquam eis offendisset eum relaxa-
re deberēt . Qui responderunt q; nisi se copiose redimeret non
exiret. Et ille Sit inter vos & sanctum leonardum cui me sci-
atis recommendatum. Sequenti igitur nocte sanctus Lonar-
dus domino illius castri apparuit vt peregrinum suum dimit-
teret imperauit . Ille vero mane quasi somnium paruipendēs
nullatenus dimittere voluit. Altera nocte eidem imperans sibi
apparuit. Sed ille iterum obedire contempsit. Tercia vero no-
cte sanctus Leonardus peregrinum accipiens extra opidum
deduxit statimq; turris cum media parte castri corruens op-
pressis pluribus solum principem ad sui confusionem fractis
cruribus reseruauit . Miles quidam in britania incarceratus
sanctum Leonardum inuocabat . qui statim cunctis videnti-
bus & cognoscentibus & stupentibus in media domo appa-
ruit & carcerem intrans a vincula frangens homini catenas

in manibꝫ posuit ⁊ per mediũ illorũ deducens omnes stupore
 perterrit. Fuit ⁊ aliud Leonardus eiusdem professionis ⁊
 virtutis cuius corpus apud cœbiacum requiescit. Hic cum
 in monasterio esset prelatus tante se humilitate dæciebat vt
 omnibus inferior videretur. Sed cum omnis pene populus ad
 eum conflueret. quidam inuidi regi dotario suaserunt q̄ nisi
 sibi preuideret per Leonardum qui multos sub obtentu reli
 gionis colligebat regnum frantie detrimentum non modicuz
 sustineret. Quibus rex nimis credulus eum expelli iussit. Ve
 nientes autem milites a deo huius verbis compuncti sunt. q̄ se
 suos futuros discipulos sponponderunt. Rex quoq; penitens
 veniam petijt ⁊ detractores rebus ⁊ honoribus priuari fecit ⁊
 sanctum Leonardum valde dilexit ⁊ vix ad preces sancti de
 tractores dignati pristine restituit. Qui a deo sibi impetrauit
 vt quicunq; in carcere tenerentur mox inuocato suo nomine
 soluerentur. Dum autem quadam die orationi incuberet ser
 pens quidam maximus a parte pedum vsq; in eius sinum tes
 tendit qui propter hoc nullatenus ab oratione surrexit. Com
 pleta vero oratione dixit ei. Scio quia ab initio creationis tue
 homines quantum preuales inquietas. Sed nunc si in me tra
 dita est potestas fac in me quicquid merui. Quo dicto serpens
 per capuciũ eius exiliens ad pedes eius mortuus corruit. Post
 hoc autem cum duos episcopos discordantes sedasset in cras
 sulinum se finiendum predixit circa annos domini. d. lxx.

De nomine



Lux interpretatur ipse confurgens vt
 eleuans vel dicitur lucas a luce. Ipse eĩ
 fuit cõsurgens ab amõre mundi. eleuãs
 se in amõrem dei. Fuit etiam lux mundi
 eoq; mundum illuminauit vniuersum.
 Mathei quito vos estis lux mudi. Lux
 autem mundi est ipse sol que quidem
 lux habet in situ sublimitatẽ. Ecc̄. xxvij.

sol oĩes mdo i altissimis dei In aspectu delectabilitatẽ. Ecc̄. xi.
 dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis vidẽ solẽ in motu velocitatẽ.
 ij. esdre. iiii. magna ẽ terra ⁊ excelsũ ẽ celũ ⁊ velox cursus solis.

In effectu utilitatem quia sicut primus homo generat hominem
 et sol sic Lucas habuit sublimitatem per celestium contemplationem
 delectabilitatem per dulcem conversationem velocitatem per
 feruentem predicationem utilitatem per doctrine sue descriptionem

De sancto Luca



Lucas syrus natione anti-
 ochenus arte
 medicus fuit secundus
 quosdam unus de lxxij
 domini discipulis. Sa-
 ne cum Iero. dicat eum
 fuisse discipulum apo-
 stolorum non domini et
 glo. super. xxv. exodi.
 notet quod domino pre-
 dicanti non adhaesit sed
 post resurrectionem
 eius ad fidem venit ma-
 gis tenendum est quod non
 fuerit unus de lxxij.
 licet aliqui fuerunt

opinati sic qui tante fuit perfectionis in vita ut optime ordi-
 natus fuerit quantum ad deum et quantum ad proximum et quan-
 tum ad seipsum et quantum ad suum officium et in signum
 huius quadruplicis ordinationis quatuor facies habere descri-
 bitur. scilicet faciem hominis et leonis bouis et aquile. quodlibet
 enim de animalibus habebat quatuor facies et quatuor pen-
 nas ut dicitur Eze. i. Et ut hoc melius videatur imaginemur ali-
 quod animal quod habeat caput quadratum ut lignum qua-
 dratum et in qualibet superficie imaginemur unam faciem a par-
 te anteriori faciem hominis a dextris faciem leonis a sinistris fa-
 ciem vituli a parte posteriori faciem aquile. Quia facies aquile
 super alias eminebat propter colli productionem quod in ea longius
 est ideo dicitur quod erat desuper quodlibet enim horum iiii. pen-
 nas habebat quia cum quodlibet animal quasi quadratum imagi-
 nemur et in quadrato sint quatuor anguli in quolibet angu-
 lo erat una penna. Per ista quatuor animalia secundum san-
 ctos quatuor euangeliste significantur quorum quilibet ha-
 buit quatuor facies scribendo scilicet de humanitate passionem resur-
 rectionem et diuinitate singule tamen singulis per quandam

appropriationem attribuuntur sicut Iero. Matheus in homine figuratur quia principaliter circa christi humanitatem immoratur Lucas in vitulo agens in christi sacerdotio. Marcus in leone euidentius scribens de resurrectione Catuli enim leonum ut dicunt usque in die tertium quod mortui iacent sed rugitu leonis in die tertio excitantur iterum quia incepit a rugitu predicationis Iohannes in aquila ceteris altius volans scribens de christi diuinitate christus etiam de quo scribit omnia ista quatuor fuit scilicet homo natus de virgine vitulus in passione leo in resurrectione aquila in ascensione Per has igitur iiii facies in quibus designatus est lucas sicut quilibet alius euangelista ostenditur qualiter illis iiii modis fuerit ordinatus. Nam per faciem hominis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quantum ad proximum quem debet ratione instruere mansuetudine attrahere et liberalitate fouere Homo enim est animal rationale mansuetum et liberale Per faciem aquile ostenditur quod recte fuerit ordinatus quantum ad deum quia in eo oculus intellectus stuet deum per contemplationem Rostrum affectus ad ipsum exacuitur per meditationem effectus Senectus abicitur per nouam conuersationem Aquila enim acui lumens est ut rotam solis irreuerberatis oculis aspiciat et in altum mirabiliter eleuata pisciculos in medio maris videat Rostrum etiam nimis aduncatum ne impediatur in cibo capiendo petre allidit et sic vsui cibandi abilem efficit Exusta insuper a colore solis et in fontem magno impetu se proiciens senectutem abicit calorem solis oculorum caligine consummante et pennas alleuiate Per faciem leonis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quantum ad se quia habuit generositatem per morem conuersationem honestam Sagacitatem per insidiarum hostium vitationem et passibilitatem per afflictorum compassionem Leo est enim animal generosus quia rex animalium Est sagax quia vestigia cauda delet cum fugit ne inueniatur Passibile quia quartanam patitur Per faciem vituli siue bouis ostenditur quod recte fuerit ordinatus quantum ad suum officium quod fuit scribere euangelium ibi enim moyses processit quia incepit a natiuitate precursoris et natiuitate et infantia christi et sic paulatim processit usque ad vltimum summationem Discrete incepit quia post alios duos euangelistas ut quod illi omisissent iste suppleret et quod sufficenter dixissent omitteret Circa templum et sacrificium immoratur fuit quod patet in principio et in medio et in fine Bos enim est animal morosus in vngulis scissus per quod intelligitur discretio imolatiuum Verax quod beatus Lucas in predictis iiii modis ordinatus fuerit melius ostenditur si vite eius series melius indagetur Primo igitur ordinatus fuit quantum ad deum

Tripliciter autem ordinatur homo quantum ad deum scđ in
beatum Bernardū scđ affectione cogitatione & intentione affe-
ctio debet esse sancta cogitatio munda. & intentio recta. Affe-
ctionem igit̃ sanctam habuit quia sancto spiritu plenus fuit.
Tero in prologo super Lucam Obijt inquit in betania plen⁹
spiritu sancto. Secundo habuit cogitationem mundam quia
fuit virgo corpore & mente in quo notatur mundicia cogita-
tionis ipsius. Tercio habuit intentionem rectam quia in omni-
bus que faciebat honorem domini querebat. De hijs duob⁹
vltimis dicit̃ in prologo super actus apostolorū sine crimine
in virginitate permanens hoc q̃ntum ad mundiciā cogitatio-
nis domino maluit seruire id est ad honorem domini hoc q̃n-
tum ad rectitudinem intentionis. Secundo fuit ordinatus
quantū ad proximū. Ad proximum aut̃ ordinamur cum ei
inpendimus qđ debemus. Tria aut̃ s̃m R² de sancto vic sunt
que proximo debemus scđ n̄m posse n̄m nosse n̄m velle vt
quartū addat̃ nostrum agere. N̄m posse i subsidijs n̄m nos-
se in consilijs. N̄m velle in desiderijs. N̄m agere in obsequijs
Quantū ad hec q̃tuor ordinatus fuit beatus lucas. Dedit enī
primo proximo posse suum in subsidijs qđ patet ex hoc qđ
paulo in omnibus tribulationib⁹ semp̃ adhesit & ab eo nun-
qm̄ discedens eidez in predicationib⁹ subsidium fuit. ij. thi. iij.
Lucas est mecū solus in hoc qđ dicit mecū tanqm̄ s. adiutor
& defensor. Nota ql̄iter sibi subsidia p̄stitit. In hoc qđ dicit̃ so-
lus Nota qđ constanter ei adhesit. T̄terū. ij. cor. viij. dicit de lu-
ca. N̄c n̄ solum aut̃ s̃ ordinatus ē ab ecclesijs socius peregrina-
tionis n̄re ac̄. Secundū suum nosse in consilijs. Tunc enī suū
nosse proximo tribuit cum doctrinā ap̄licam & euangelicam
quā ipse nouerat ad vtilitatē proximorū s̄scripsit. De hoc ip̄e
sibi testat̃ in prologo suo dicens. visum est & mihi affecuto
a p̄ncipio diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile
vt agnoscas eorū verborū de quib⁹ es eruditus veritatē. Qua-
liter etiā prebuit suū nosse in consilijs patet ex illo verbo qđ
dicit̃ Tero in prologo qđ eius verba anime languētis sunt me-
dicina. Tercio eius velle in desiderijs qđ patet ex h̄o qđ eis sa-
lutē eternam desiderauit Col. iij. Salutāt vos lucas medicus
salutat. i. salutē eternā exoptat Quarto ei⁹ agere in obsequijs
qđ patz̃ ex h̄o qđ dñm quē aliquē peregrinū extimabat hospiti-
cio recepit & ei omne obsequiū caritatis exhibuit. Fuit enim
socius cleophe dum ibat in emaus sicut aliqui dixerunt. put
refert grego. in moze. licet ambz̄ dicat alium fuisse cuius etiā
nomen ponit. Tercio fuit bene ordinatus q̃ntum ad seipsum.
Tria autem sunt s̃m Bernardum que ordinant hominem ad

seipsum & sanctum faciunt scilicet lucus sobrius. actus iustus. sensus pius & quodlibet horum secundum ipsum Bernardum in tria diuiditur victus inquit sobrius erit si continenter si socialiter si humiliter vixerimus. Actus iustus erit si fuerit rectus discretus fructuosus. Rectus per bonam intentionem. discretus per bonam intentionem & commensurationem. fructuosus per edificationem. Sensus pius erit si fides nostra sentit deum summe potentem. summe sapientem. summe bonum ut per eius potentiam nostram credamus iuuari infirmitate. per eius sapientiam nostram credamus corrigi ignorantiam. Per eius bonitatem dilui iniquitatem. Hec Bernardus. In hijs omnibus beatus Lucas fuit optime ordinatus. Primo enim habuit victum sobrium & hoc tripliciter quia vixit continenter. Nam ut testatur Hieronimus de eo in prologo super Lucam ipse nec uxorem unquam habuit. nec filios. Secundo socialiter hoc notatur in hoc quod dicitur de ipso & de cleopha. Luce ultimo Duo ex discipuli ibant etc ipsa die etc. Socialitas enim notatur in hoc quod dicitur duo. & ex hoc quod dicitur discipuli. quod disciplinati. id est bene disciplinati. Tercio humiliter. cuius humilitas insinuat in hoc quod nomen socij sui. scilicet cleophe expressit & suum tacuit. Nam secundum opinionem quorundam Lucas ex humilitate nomen suum siliuit. Secundo habuit actum iustum qui quidem actus fuit rectus per intentionem hoc notatur in oratione cum dicitur crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit. Discretus per moderationem. Vnde in forma bouis monstratus est qui ungulam findit per quod virtus discretionis exprimitur. Fructuosus per edificationem. adeo quippe fuit proximis quod ab omnibus karissimus habebatur. Vnde col. quarto vocatus ab apostolo karissimus. Salutat vos Lucas inquit medicus karissimus. Tercio habuit sensum piuum quia credidit in suo euangelio professus est deum esse summe potentem. summe sapientem. summe bonum. De duobus primis dicit in quarto capitulo. Stupebant in doctrina eius quia in potestate erat sermo ipsius. De tercio patet. xviii. capitulo. Nemo bonus nisi solus deus. Quarto & ultimo fuit optime ordinatus quantum ad suum officium quod fuit scribere euangelium. In hoc autem patet quod ibi fuerit ordinatus quoniam ipsum suum euangelium fulcit multa veritate. Est autem triplex veritas scilicet vite iusticie & doctrine. Veritas vite est adequatio manus ad linguam. Veritas iusticie est adequatio finis ad causam. Veritas doctrine est adequatio rei ad intellectum.

Hac triplici veritate ipsum euangelium fulcit quia in ipso euangelio hoc triplex veritas edocetur. Ostendit enim lucas ante christum hanc triplicem veritatem in se habuisse & alios docuisse. Ostendit autem christum hanc veritatem habuisse per testimonium aduersariorum sicut patet. Luce. xxvii. Magister scimus quia recte dicis & doces ecce veritas & doctrina & non accipis personam ecce veritas iusticie Sed in veritate viam dei doces ecce veritas vite bona enim vita dicitur via dei. Secundo ostendit in ipso suo euangelio christum hanc triplicem veritatem docuisse. Primo enim ibidem docetur veritas vite que consistit in obseruatione mandatorum dei. Vñ dicitur. x. capitulo Diliges dominum deum &c. hoc fac & viues. Item. xviii. interrogauit eum &c. Quid faciendo vitam eternam possidebo. Et sequitur Mandata nosti. Non occides &c. Secundo veritas doctrine. Vnde quibusdam hanc veritatem doctrine peruertentibus dicebat. xi. capitulo ve vobis pharisais qui decimatis id est decimanda predicatis mentam & rutam & omne olus & preteritis iudicium & caritatem dei &c. Item ibidem ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie &c. Tercio veritatis iusticie ostendit. xx. c. Reddite ergo que cesaris sunt cesari & que dei sunt deo. Item. xix. c. veritatem inimicos meos illos qui voluerunt me regnate super se adducite huc & interficite an me. Item. xiiij. vbi agit de iudicio vbi reprobis diciturus est. Discedite a me omnes oparij iniquitatis. Secundo eius euangelium replet multa vtilitate. Vñ & ille qui scripsit medicus fuit ad designandum qd nobis medicinam vtilissimam propinavit. Est autem triplex medicina curatiua. preseruatiua & melioratiua hanc triplicem medicinam nobis Lucas in suo euangelio celestem medicum ostendit propinasse. Medicina autem curatiua est que curat a morbo & hec est penitentia que omnes morbos spirituales curat. hanc medicinam dicit medicum celestem nobis exhibuisse cum ait. iiii. c. sanate contritos corde predicare capiuis remissionem &c. Item. v. c. Non veni vocare iustos &c. Medicina melioratiua est que sanitatem auget & hec est obseruatio consiliorum. consilia enim hominem meliorem & perfectionem faciunt hanc medicinam ostendit medicum propinasse. xviii. c. cum ait. Omnia quecumque habes vende & da pauperibus &c. Item. vi. c. ab eo qui aufert tibi vestimentum &c. Medicina autem preseruatiua est que preseruatur a casu & hoc est vitatio occasionum peccandi & malarum societatum. Hanc medicinam ostendit medicum tradidisse cum ait. xii. c. Attendite a fermento pharisorum &c. Vbi edocet malorum consortia euitare. Vel potest dici quod ipsum euangelium multa vtilitate replet.

quoniam in ipso virtus omnis sapientie continetur. De hoc sic dicit ambrosius. Lucas omnes sapientie virtutes euangelij sui compleditur historia docuit enim natalia cum & spiritus an/cto dominicaz incarnatione extitisse referauit. Vnde & dauid naturalem docens sapientiam ait. Mitte spiritum tuum & creabuntur. Item cum docuit tenebras in passione christi factas terram tremuisse solem radios extraxisse docuit moralia cum in ipsis beatitudinibus mores docuit. Docuit rationalia cuius ait. Qui fidelis est in minimo & in magno fidelis est. Sine hac triplici sapientia ipsa fides ipsum misterium trinitatis esse non potest. hoc est naturali rationali & morali. Hec Ambrosius. Tercio eius euangelium decoratur multa venustate eius enim stilus & modus loquendi valde venustus & decorus est. Ad hoc autem quod aliquis in dictis suis venustatem & decorem teneat. tria sunt necessaria que tradit Augustinus scilicet vt placeat vt pateat & vt moueat vt placeat debet loqui ornate. vt pateat debet loqui aperte. vt moueat debet loqui cum feruore. Hunc triplicem modum habuit Lucas in scribendo & in predicando. De duobus primis. ij. cor. viij. Misimus autem cum illo fratrem Glosa barnabam vel lucam cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. In hoc quod dicitur cuius laus est etc. Notatur quod locutus est ornate. In hoc quod dicitur per omnes ecclesias. Notatur quod locutus est aperte. quod autem cum feruore locutus sit patet ex hoc quod cor ardens habuit dicens. Nonne cor nostrum ardens erat in vobis etc. Quarto eius euangelium authenticatur multorum auctoritate. multorum quippe auctoritate authenticatum fuit quoniam a patre fuit preordinatum. Tere. xxxi. ecce dies veniet dicit dominus et feriam domum israel & domum iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum etc. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel post dies illos dicit dominus dabo legem meam in visceribus eorum etc. ad litteram loquitur de doctrina euangelica. Secundo a filio corroboratum. Vnde dicit in eodem euangelio. xxj. c. celum & terra transibunt verba autem mea non transibunt. Tercio a spiritu sancto inspiratum. Vnde dicit Tero. in prologo super Lucam. Sancto instigante spiritu in achaie partibus. hoc scripsit euangelium. Quarto ab angelis prefiguratum fuit ei prefiguratum ab illo angelo de quo dicit apoc. xiiij. Vidi angelum dei voluntate per medium celi habentem euangelium eternum. Istud autem euangelium dicit eternum quia ab eterno efficiens id est a christo qui est eternus de eternis materialiter ad eterna similiter in eternum perpetualiter. Quinto a prophetis pronuntiatum. Nam eze. propheta istud euangelium pronuntiauit cum vnum de animalibus faciem

vituli habere dixit per quod euangelium Luce signatum est
vt supra dictum est. Item qñ dictum est eze. ii. se vidisse librū
qui erat scriptus intus & foris ⁊ in quo erant scripta lamentū
carnē & ve. Per hūc enī librū intelligit euangeliū luce quod
est scriptū intus per p̄fundi misterij occultationē & foris per
historie aptionem in quo etiā cōtinet lamentū passionis car/
nem resurrectionis & ve eternē damnationis sicut pater xi. c.
cū multa ve ponunt. Sexto a virgine reseruātū. virgo enī bea/
ta omnia in corde suo gseruabat & diligent̄ gseruebat vt dicit̄.
Luce. ij. vt hoc postmodū scriptoribz referaret vt dicit glo. ibi
dem omnia que de dño vel a dño facta vel dicta cognouit in
memoria relegebat vt cū tempus p̄dicande vel scribende incar/
nationis aduenerit sufficient̄ vniuersa put essent gesta posset
explicare q̄rentibz. Vñ etiā Ber. assignans rōem q̄re angelus
beate virgini nunciauit gceptum elizabet ait ideo elizabet nun/
ciat̄ marie vt dū nunc saluatoris nunc precursoris edocet̄ ad/
uentus rerū tempus & ordinē tenens ipsa postmodū melius
sciptoribz ac p̄dicatoribz euangeliū referet veritatē. que plene
de omnibz a principio celitus fuit instructa misterijs. Credit̄
igit̄ q̄ euangeliste eā de multis inquirebant ⁊ ipsa eos certifi/
cabat & specialiter creditur de beato Luca q̄ ad eam tanq̄ ad
archā testamenti cucurrit ⁊ ab ea de multis certificat̄ fuit. p̄/
cipue de hijs q̄ sibi soli gstabant sicut de angelica annūciatio/
ne & xpi natiuitate & hui⁹ de qbz solus Lucas ait. Septimo
ab apl̄s intimatū. Cū vero Lucas non fuerit cū xpo in om̄i/
bus actibz & miraculis xpi. ideo suū euangeliū scripsit hm q̄
apl̄i q̄ p̄ntes fuerant sibi intimaerūt & retulerunt sic ipse in
p̄logo suo insinuat dicens. Sic tradiderunt nobis q̄ ab initio
ipi viderūt & m̄stri fuerunt h̄monis x̄c. Cū enī duplicit̄ con/
fueuit ferri testimoniū scz de visis ⁊ de auditis ideo dñs vt ait
Aug⁹ duos testes voluit habere de visis scz matheū & Io. &
duos de auditis scz marcū & lucā. Et qm̄ testimoniū qd̄ ē de
visis firmit̄ & cercius ē quā illud q̄ est de auditis ideo vt di/
Aug⁹ duo euangelia q̄ sunt de auditis ponunt̄ media tanq̄m
infirmiora ab illis extremis q̄ sunt certiora. hinc inde fulcian/
tur & roborantur. Octauo a paulo mirabiliter approbatum
Nā eius euangelium mirabiliter approbat̄ quando ad con/
firmationem dictōrum suorū luce euangelium adducebat.
Vnde dicit Teronimus in libro de viris illustribus. Quidam
suspiciantur quotienscumqz Paulus in epistolis suis dicit se/
cumdum euangeliū meū de luce significare volumine. Eius

etiã euangeliũ mirabiliter a p̄bauit cum de eo scribit·ij· cor·
vii· cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias· Legitur
in hystoria antiochena q̄ dum xp̄iani qui erant in antiochia
multis flagicijs se dedissent oblesũ a multitudie turcorũ fa
me ac miseria multiplicia affligebant̄. Sed cũ plene ad dñm
per pñiam fuissent guesi· apparuit in ecclesia sancte Marie de
tripoli vigilanti Vir q̄dam lucidus candidis vestimẽtis indu
tus & cũ q̄reret quisnã esset dixit se esse Lucam qui de antio
chis venerat vbi dñs miliciã celi & ap̄los & martires quoca
uerat vt pro suis peregrinis pugnaret· cristiani igitur omnez
turcorũ exercitum confregerunt.



Crisantus fi
liꝝ pollim vi
ri illustrissi
mi dum fidem cristi
edoctus esset & a pa
tre ad idola reuocari
non posset iussit eum
pater in conclauis re
cludi & v· puellas ei
dem vt earũ seducat̄
blãdicijs sociari· Qui
cum orasset deũ ne a
fera pessima carnali
scz ꝓcupiscentia supe
raret̄· Continuo pre
dicte puelle sompno
oꝓp̄le nec potuz uec

cibũ sumere poterant s̄ educte exterius ḡtinuo hec sumebant
Tunc daria virgo prudentissima dee veste dicata rogã vt ad
Crisantũ introcat ⁊ eũ diis & patri restituat· Qua ingressa ⁊
a Crisanto de pompa vestiũ rephensã Rñdit se nõ p̄pter pom
pam s̄ vt diis & patri eũ lucrifaceret sic indutã· Cũ crisantus
iterũ eã rephenderet cur pro diis illos coleret q̄s actores ipo
rũ flagiciosos semp viros & impudicas femias affirmarent·
Rñdit daria p̄hos per noia hoĩm elementa sanxisse· Cui cri
santus· Si vnus terrã vt deã venerẽt & alter vt rusticus aret
plus rustico q̄m veneranti exhibere probãt & de mati & alijs
similit̄· Tũc crisantus & daria ab eo guesiã sanctis p̄s copula
vniti ⁊ carnale m̄imoniũ simulantes ad xp̄m plurimos con
uertebãt· Nã & claudiũ tribunũ q̄ p̄us eius toxtor fuerat cuz
vxore eiꝝ ⁊ filijs & pluribꝝ alijs militibꝝ ad fidẽ gueserũt· cri
santus igit̄ iussu numeriani infetissimũ carcerẽ recludit̄· Sed

fetor in odorem suauissimum commutatur. Daria autem lupanari traditur sed leo ab amphiteatro fugiens hostiarius lupanaris efficitur. Mittitur igitur quidam ut virginem corrumperet sed a leone capitur et quasi innuens a sancta quod de captiuo fieri iubet sciscitatur. Que precepit ne eum lederet sed ad se venire permitteret quod mox uersus per urbem cucurrit et daria deam esse clamare cepit. Mittuntur igitur venatores ut leonem capiant sed omnes a leone capiuntur et ante pedes virginis ponuntur et ab ea uertuntur. Tunc prefectus copiosum ignem iussit in introitu celle mitti ut leo cum daria comburatur. Quod leo considerans timuit et rugiens a virgine licentiam accepit ut nullum ledens quo vellet abiret. Cum ergo crisanto prefectus et darie diuersa penarum supplicia irrogaret et nequaquam ledi valerent tandem inuolati coniuges in foueam deponuntur et terra et lapidibus obruti christo martires consecrantur. Horum solennitas hic crebrius recolitur.

De undecim milia virginum



Undecim milium virginum passio huius ordine celebrata fuit in britania namque rex christianissimus quidam fuit nomine nothus vel maurus qui quamdam filiam nomine vesulam generauit. hec mirabili morum honestate sapientia et pulchritudine pollebat ita quod eius fama ubique volabat. Rex autem anglie cum nimis prepotens esset et

multas nationes suo imperio subiugaret audita huius virginis fama beatum se per omnia fatebatur si predicta virgo suo unigenito copularetur. Iuuenis etiam ad hoc plurimum estuabat. Mittunt igitur solenes nuncios ad patrem virginis magnis promissionibus et blanditijs magnas adicietes minas si ad dominum suum vacui reuertantur. Rex autem cepit plurimum anxari. tunc quia christi fide insignita cultori idolorum tradere indignum ducit. tunc quia ipsas nullatenus sentire agnosceret. tum quia regis ferocitate plurimum formidaret.

Ipsa autem diuinitus inspirata patri suavit ut predicto regi
 assensum preberet ea tamen conditione apposita ut ipse rex cum patre
 x. virgines electissimas sibi ad solacium traderet & tunc sibi quam
 alijs mille virgines assignaret & copatis trieribus inducias trien-
 nij sibi daret ad dedicationem sue virginittatis & ipse iuuenis ba-
 ptisatus in hijs tribus annis in fide instrueret. Sipienti siqui-
 dem vsus consilio ut aut difficultate apposite conditionis animi
 eius ab hoc auerteret. aut hac oportunitate predictas virgines
 secum dedicaret. At iuuenis libenter hac conditione accepta apud
 patrem institit & pertinens baptisatus accellerari cuncta que bea-
 ta virgo precepit impauit. Pater autem puellam ordinauit quod filia
 sua quam valde diligebat viros quorum solacio tam ipsa quam eius
 exercitus indigebat in comitatu suo haberet. Unde quoque vir-
 gines confluunt. Unde quoque viri ad tam grande spectaculum currunt
 Nam multi epi ad eas confluxerunt ut secum pergeret inter quos fuit
 pantulus basilienfis episcopus qui eas usque romam perduxit & inde re-
 uersus cum eis martirium suscepit. Sancta quoque gerasma regina si-
 cille qui virum suum regem crudelissimum quasi de lupo fecerat agnum
 sororem macirisi epi & darie matris sancte vsule cum eidem patre
 sancte vsule secretum per litteras intimasset continuo inspirante deo
 cum .iiii. filiabus suis babilla. iuliana. victoria. & aurea & puulo
 suo adriano qui amore sororum suarum vltro se peregrinatorem in-
 gressus relicto regno in manu vniuersi filij sui usque in britaniam an-
 gliam nauigauit. Cuius consilio virgines de diuersis regnis collige-
 bantur & earum semper ductrix existens cum eis tandem martirium pa-
 ssa est. Iuxta predictum igitur virginibus trieribus & sumptibus prepa-
 ratis commilitonibus suis regina secreta reuelat & in nouam miliciam om-
 nes iurant. Nam modo belli pludra inchoant. modo currunt. modo di-
 scurrunt. Interdum bella plerumque fugam simulant. omnique genere lu-
 dorum exercitate nichil quod animo occurrebat reliquebant intactum
 aliquando meridie aliquando vix vespere redibant. Confluebant proceres
 & principes ad tam grande spectaculum & omnes admiratione &
 gaudio replebantur. Tandem cum vsula omnes ad fidem virgines con-
 uertisset sub vniuersi diei spatio flante prospero vento ad portam gal-
 lie quod tiella dicitur & inde coloniam deuenerunt vbi vsule angelus
 domini apparuit & predictum eas illuc integro numero reuersuras &
 coronas ibidem martirij precepturas. Unde igitur ad angeli admo-
 nitionem romam tendens ad urbem basileam applicuerunt & ibidem re-
 lictis nauibus romam pedestres venerunt. Ad quarum aduentum pa-
 pa citiacus valde gaudens cum ipse de britania oriundus esset
 & multas ibidem inter eas sanguineas haberet cum omni clero
 ipsas summo cum honore suscepit. In ipsa autem nocte pape diui-
 nitus reuelat cum cum ipsis virginibus palmam martirij precepturam.

Quod apud se celans multas ex ipsis que adhuc baptisate non fuerant baptisauit. Verū cum oportunū tēpus videret & anno vno & .xj. ebdomatibz pz petrū eccliam decimusnouas rexisset in gventu oīm ppositū suū indicauit & corā oīmibz & dignitati. & officio resignauit. Sz cū oīes reclamaret & maxime cardiales q̄ eū delirare putabant eo q̄ relicta pontificatus glōria p̄ q̄sdam mulierculas fatuas ire vellet. Ille nullatenus acq̄escens quendā virū sanctū q̄ metus dictus est loco sui in pontificē ordinauit. Et q̄a sedez apostolicā inuito clero reliqt. Nōmē eiꝯ de cathalogo pontificū ideꝯ clerus abrasit omnēqz grām quā sacer ille virginū chorus in curia romana habuerat a tēpore illo amisit. Duo aut̄ iniqui principes romane milicie scz maximus & africanus videntes magnā virginū multitudinē & q̄ multi multeqz ad eas cōfluerent timuerunt ne per eas nimis cresceret religio xp̄iana quā ppter iter eorū diligētius explorantes nuncios miserunt ad iuliū gnatum suū principē gentis hunorū vt educō gtra eas exercitu ipsas cū xp̄iane essent cū venirēt coloniā trucidaret. Bea. igit̄ cū riacus cū illa nobili virginū multitudine de vrbe egressus ē. Secutus est aut̄ ipm̄ vincentius presbiter cardinalis & iacobus q̄ de britania patria sua in antiochiā p̄fectus archiep̄s dignitatē .vij. annis ibidē tenuit. Qui cū papā tunc tēporis visitass̄ & iā vrbē egressus de virginū aduentu audisset .ḡcitus redijt & itineris ac passionis se eis sociū fecit. Mauriciꝯ q̄ leucane vrbis ep̄s auūculus babile & iuliane. necnō & follarius lucēsis ep̄s & fulpiciꝯ rauenensis ep̄s qui tunc romā aduenerāt p̄dictis virgibz adheserunt. Ethereus q̄ sponius be. vrsule manens in britania per visionē angelicā a dño admonēt vt m̄ez suā hortaret fieri xp̄ianam. Nā pater eiꝯ p̄mo anno q̄ xp̄ianꝯ factus fuerat mortuꝯ ē & filius eiꝯ ethereus eidē in regno successit. Cū aut̄ sacre virgēs cū p̄dictis ep̄is a roma redirent ethereꝯ a dño admonēt vt p̄tinus surgēs sponse sue occurrat vt cū ea in colonia martirij palmaꝯ accipiat. q̄ diuinis monitis acq̄escens m̄em suā baptisari fecit & cū ipsa & sorore sua puula floētina iā xp̄iana necnō & clemēte ep̄o ipsis virgibus obuiās se ad martiriū sociavit eisdem. Marcus quoqz ep̄s grē & neptis sua gstantia filia dorothee regis gstantiopolitani que nubens cuiusdam adolescenti filio cuiusdā regis. sed ante nuptias morte p̄uento virginitatē suam dño vouit per visionem admoniti romam. venerunt & p̄dictis virginibus ad martirium se iunxerunt. Omnes igitur virgines cū p̄dictis ep̄is coloniā redierunt & ipam iā ab huiꝯ obsessaz inuenerūt

Quas barbari videntes super eas cum clamore nimio irruerunt & quasi lupi seuientes in oues totam illam multitudinem occiderunt. Cū autē ad be. Ursulam ceteris iugulatis venissent videns princeps eius mirā pulcritudinē obstupuit & solans eā super necē virginū p̄misit q̄ eā sibi in coniugē copularet. Sed cū hoc illa penitus respuisset ille ḡtemptū se videns directā sagitta eā transfixit & sic martiriū ḡsuminavit. Quedā autē virgo noīe Cœdula timore p̄territā in naui nocte illa se abscondit. Sed in crastinū sponte mortē se offerens martirij coronā suscepit. Sed cū eius fellū non fīret eoq̄ cū alijs passā n̄ esset ipsa post longū tēpus cuidāz reclusē apparuit p̄cipiens vt se quenti die a festo virginū eius q̄ solennitas recolat. Passē sūt autē anno dñi cc. xxxviii. Ratio autē tēporis vt q̄busdam placz non sustinet q̄ hoc tali tēpore sint peracta. Sicilia enī tūc non erat regnū nec ḡstantinopolis cū hic fuisse dicat cū virginibz has reginas verius credit q̄ diu post Constantinū imperatōrē cū hūni & gothi seuiebant tale sit martiriū celebratū tēpore scz Marciani impatoris vt in q̄dāz cronica legit qui regnauit anno dñi. ccc. liij. Abbas q̄dam ab abbatisa colonie cœpius vnius virginū impetrauit p̄mittens q̄ ipam in capsā argentea in sua ecclesia collocaret. Sed cū per annū integrū sub altari eā in capsā lignea tenuisset. q̄dam nocte dñi abbas ipius monasterij cū suo ḡuentū matutinas cātaret. Virgo illa cōp̄ralit̄ desuper altari descendit & tante altare reuerenti se inclinans per mediū chorū videntibz monachis & stupentibz inde recessit. Abbas igit̄ ad capsāz currens & vacuā ipsāz inueniēs coloniaz p̄perauit & abbatisse rei ordinē intimauit p̄gentesq̄ ad locū vñ illud cōp̄sus sumpserrat illud ibidē inuenerūt. Cū abbas veniā petens illud vel aliud peteret certissime p̄mittens capsāz p̄ciosam citi⁹ se facturū nullaten⁹ impetrauit. Religiosus q̄dam cū has virgines in deuotione multa haberet quadā die dū ḡuiter infirmaret vidit q̄ndam virginē pulcherrimā sibi apparentē & si se ḡgnosceret inq̄rentē. Qui cū ad eius visionē miraret̄ & se nequaq̄ ipsāz ḡnoscere fateret̄ illa ait. Ego sum vna virginū et ga q̄s tm̄ habes deuotionis affectū. Et vt inde mercedē accipias si amore & honore n̄ri vñdecies millies dñicam orōem dixeris in hora mortis in p̄tectionē & solaciū nos habebis. Quā disparētē ille q̄meiti⁹ potuit hec impleuit. Statiq̄z vocatio abbate inungi se fecit. Qui cū vngeret̄ subito exclamauit vt fugerēt & venientibz sacris virgibz locū darēt. Quē cū abbas qd hoc esset interrogaret & ille p̄missionē virginis sibi per ordinem enarrasset recedentibz cunctis & paulo post redeuntibz ipm̄ migrasse inuenerunt.

De nomine

Simon interpretatur obediens vel ponens tristitiam. Hic habuit duplex cognomen. dictus est ei simon zelotes. & simon cananeus a cana vico galilee vbi dñs aquam in vinum mutauit. & idem est zelotes quod cananeus cana enim zelus interpretatur habuit igitur obedientiam preceptorum per executionem. tristitiam afflictorum per passionem zelum animatum per constantem feruorem. Iudas interpretatur confitens vel gloriosus vel iudas quasi iubilum dans ipse enim habuit confessionem fidei. gloriam regni. & iubilum interni gaudij. Hic multiplex habuit cognomen. dictus enim iudas iacobi suple frater fuit enim frater iacobi minoris. Secundo dictus est thadeus qui interpretatur apprehendens principem vel dicitur thadeus a tharea & deus tharea dicitur esse vestis regia dei per ornamentum virtutum per quam apprehendit principem christum vel thadeus quasi tam deus id est magnus deus scilicet per adoptionem. Tercio dictus est in historia ecclesiastica lebeus quod sonat quasi cor vel corulus id est cordis dñi cor vel lebeus quasi lebes cor per magnanimitatem corulus per puritatem lebes per gratiarum plenitudinem quia quasi olla & vas virtutum & gratie esse promeruit. Eorum passionem & legendam hebraice abdias episcopus babilonie ab ipsis apostolis episcopus ordinatus scripsit quaz. iij. post ab die discipulis transtulit in grecum africanus in latinum.

De sancto Simon



Simon cananeus & iudas qui & thadeus fratres fuerunt iacobi minoris & filij. Marie cleophe que alpheo nupta fuit. iudas ad abagarum regem edisse a thoma missus post ascensionem dñi legitur enim in eccle. historia qd p̄dictus rex ab a dño nostro iesu xpo in hunc modum eplam destinauit ab a euchaie filio

Iesu saluatori beato qui apparuit i locis Ierosolimoꝝ salute
 Auditum est mihi de te & sanitatibꝫ quas facis qꝫ sine medi/
 camentis aut herbis fiant ista per te ⁊ qꝫ verbo facis cecos vi/
 dere. claudos ambulare leprosos mundari. & mortuos reuiui/
 scere. quibꝫ omnibꝫ auditis de te statui in animo meo vnum
 esse e duobꝫ. aut quia tu sis deus & descenderis de celo vt hoc
 facias. Aut qꝫ filius dei sis qui hꝫ facis. pꝫterea ergo scribens
 rogauerim vt digneris fatigari vsqꝫ ad me vt egritudinẽ meã
 quadiu laboraui curare. Nam & illud comperi qꝫ iudei mur/
 murant aduersum te volunt insidiari tibi. Veni gꝫ ad me qꝫ
 est mihi parua ciuitas sꝫ honesta. que vtrisqꝫ sufficiet. Dñs
 aut̃ ihesus in hec verba sibi. Rñdit beatus es qui credidisti in
 me cū ipse non videris me. Scriptũ est ei de me qꝫ hij qui me
 nō vident credent & hij qui me vident non credent. De eo aut̃
 qꝫ scripsisti ad me vt veniã ad te oportet me hec omnia com/
 plere. pꝫter qꝫ missus sum & postea recepi me ab eo a qꝫ missus
 sum. Cū gꝫ assumptus fuero aliquẽ discipulis meis mittam
 ad te vt curet te. & viuificet te & hec in historia ecclesiasticam
 Videns aut̃ abagarus qꝫ pñaliter xꝫm videre non posset fm
 qꝫ in qdam historia inueniẽ sicut Iodam in li. iiii. testat picto/
 rem quendã ad ierũm. misit vt dñi imaginẽ figuraret vt sic
 ipm saltẽ per imaginẽ conspiceret quẽ in facie videre non pote/
 rat Sed cum ad eũ pictor venisset pꝫter nimium fulgorẽ qui ab
 eius facie pcedebat in eius facie clare nequibat intendere nec
 ipam vt sibi iussum fuerat figurare qd cernens dñs vestimen/
 tũ lineũ ipsius pictoris accipiens & sue faciei super imponẽs
 suipius imaginẽ eidẽ impõsit ac desideranti regi abagaro
 destinauit. Cuiusmodi aut̃ dñs fuerit imaginis in eadem anti/
 qua historia legit sicut idẽ Iodamã. testat Fuit enĩ vt ibidem
 dicit bñ occultatus. bene supciliatus. longũ vultum habuit. ⁊
 accliuus qd est signũ maturitatis fuit. Illa aut̃ eplã dñi nr̃i
 iesu xꝫi tante virtutis esse dicit vt in illa ciuitate edissa. nullꝫ
 hereticus vel paganus viuere valeat nec tyrannus aliqꝫ eidez
 nocere psumat. Nam si aliqñ gens aliqñ armata manu contra
 illã ciuitatẽ insurrexerit infans aliqꝫ super portã stans eplãm
 illã legit. & ea die hostes aut territi fugiunt aut pacati cum
 eis sponunt. sicut referi olim fuisse adimpletũ. Sed postmo/
 dũ ciuitas a saracenis capta fuit pphanata sublato beneficio
 pꝫter abundantia peccatoꝝ in oriente vndiqꝫ patefactã. Post
 qm vero dñs assumptus est vt in historia ecclesiastica legitur
 misit thomas apłus thadeũ qꝫ ⁊ iudas dictus est ad abagarũ
 regẽ fm dei promissionẽ. Qui cum ad eum venisset & se disci/
 pulum ihesu sibi promissum dixisset. vidit abagarus in vultu

thadei quemdam mirum & diuinum splendorem. Quo visu stupefactus & territus dominum adorauit dicens. Vere discipulus es ihesu filij dei qui mihi dixerat. Mitta aliquē ad te de discipulis meis qui te curet & vitam prestat cui thadeus si in dei filius crederis omnia tui cordis desideria obtinebis. Cui abagarus. Credo vere. & iudeos qui eū crucifixerūt libentius trucidarē si mihi possibilitas adesset. & nequaquam romanorum auctoritas impediret. Cū igitur abagar? ut in aliquibus libris legitur leprosus esset. thadeus epistolam saluatoris accepit & de ea eius faciem confricauit & statim plenam sanitatem recepit. Judas autem primo in mesopotamia & ponto predicauit. Simon uero in egipto. deinde in persidam uenerunt. & ibidem duos magos zaroen & arphaxat quos matheus de ethiopia fugauerat inuenerunt. Tunc wardach dux regis babilonie contra indos ad plium profecturus nullus a dijs suis potuit habere responsum. Pergentes autem ad phanum proxime ciuitatis ibidem habuerunt. Ratum quod propter apostolos qui uenerunt dijs Rationem non possent. Tunc dux eos inquiri fecit & inuentos quoniam essent vel qua de te uenissent inquisiuit. Qui responderunt. Si gen? que ris hebrei sumus. Si additionem suos christi nos esse fateamur. Si causam salutis v're causa huc uenimus cui dux respondit. Cū felix reuersus fuerō audiam uos. Cui apostoli modo magis congruum est te cognoscere illum cuius ope uincere possis. Vel certe rebelles pacatissimos inuenire. Quibus dux dijs nostris potentiores uos uideo. finem belli nobis rogo predicite. Cui apostoli ut deos tuos mendaces esse cognoscas. Tubemus illis ad quesita dare responsa. ut dum dixerint que ignorant. probemus eos per omnia esse mentitos. Tunc fantastici grande bellum dixerunt futurum & multum plium hincinde prelio ruiturum. Tunc apostoli ridere ceperunt. Dicit eis dux. Me timor inuasit & uos ridetis. Cui apostoli. Noli timere quia pax huc nobiscum intrauit & cras hora diei tertia legati indorum ad te uenient. & tue se potestati cum pace subijcient. Tunc pontifices risum etiam leuauerunt & duci dixerunt. Ad hoc isti securum te reddere uolunt ut dum incautus fueris ab aduersarijs occuperis. Cui apostoli. Non diximus tibi expecta unum mensem sed unum diem & cras in pace victor existens. Tunc utrosque custodiri fecit ut ex rei exitu ueraces honorerentur & mendaces pro crimine punirentur. Cum ergo in crastinum quod apostoli p/

dixerant euenisset. & dux incendere voluisset pontifices prohiberunt apostoli ne hoc fieret cum ipsi non viuentes occidere sed mortuos viuificare missi essent. Tunc dux valde miratus & eos occidi non permitterent & quia de bonis illorum recipere nolent eos ad regem duxit dicens. Isti rex sunt dii latentes in effigie hominum. Cumque sibi omnia presentibus predictis magis narrasset zelo inuidi e magi commoti dixerunt eos malignos esse & contra regnum subtiliter cogitare. Dixit eis dux Si audetis cum eis conflagere Cui magi si vis videre quod nobis presentibus loqui non potuerunt. Veniant huc viri eloquentissimi & si coram nobis ausi loqui fuerint nos per omnia imperitos probabis. Cum autem plurimi aduocati adducti fuissent continuo coram magis ita muti facti sunt quod nec nutibus quod loqui non poterant iudicarent. Dixeruntque magi ad regem. Ut scias nos deos esse permittemus eos loqui sed ambulare non posse. Iterumque reddemus eis gressum sed faciemus eos apertis oculis non videre. Qui cum hec omnia fecissent dux aduocatus illos turpiter confusos ad apostolos duxit quos cum aduocati pannosos vidissent eos in animo contempserunt. Quibus simon sepe euenit ut intra scrinea aurea & gemmata uilia queque habeantur inclusa & intra vilissimas & ligneas capsas sint gemmarum monilia preciosa composita. Quicumque ergo alicuius rei cupit esse possessore non magnopere gestatorum sed ipsorum quod gestatur expectat. Promittite igitur vos ab idolorum cultura discedere & solum deum inuisibilem adorare & signum crucis in frontibus vestris faciemus & magos confutare poteritis. Quod cum fecissent & in frontibus consignati essent ad Regem coram magis iterum ingressi sunt. Et cum a magis superari non possent imo ipsis coram omnibus insultarent irati magi multitudinem serpentium aduenire fecerunt. Statimque ad iussum regis venientes apostoli pallia sua de serpentibus impleuerunt & in magos proiecerunt dicentes. In nomini domini non moriemini sed a fertibus lacerati dolorum vestrorum mugitus dabitur. Cum ergo serpentes carnes eorum comederent & ipsi tanquam lupi ulularent rex & ceteri rogabant Apostolos ut eos a Serpentibus occidi permitterent. Quibus Apostoli Responderunt. Nos missi sumus reducere de morte ad vitam non a vita precipitare in mortem.

Et facta oratione iusserunt serpentibus ut omne venenum quod infuderunt reuocarent et postmodum ad loca sua redirent. Maiores autem cruciatus magi senserunt cum venena serpentes retraherent quam cum ante carnes comederent. Quibus apostoli dixerunt Tribus diebus dolores sentientis. Tercia vero die sani eritis ut vel sic a nostra malicia recedatis. Cum ergo tribus diebus sine cibo et potu ac somno doloribus nimium cruciati essent apostoli venientes ad eos dixerunt. Non dignatur dominus habere coacta seruitia. Deo quoque surgite sani et abite habentes liberam facultatem faciendi quod vultis. Illi autem in malicia perdurantes ab eis fugerunt et pene contra eos totam babiloniam commouerunt. Post hoc filia cuiusdam ducis ex formatione concepit et filium pertutens quendam sanctum Diaconum infamauit quia eam violauerit et ex ipso concepit. Cum autem parentes diaconum occidere vellent apostoli adueniunt et quoniam puer natus sit requirunt. Qui responderunt. Hodie hora prima diei. Dixerunt quoque apostoli Infantem huc adducite et diaconum quem accusatis huc etiam perducite. Quod cuius factum esset apostoli infanti dixerunt. Dic infans in nomine domini si iste diaconus hoc presumpsit ad hoc infans. Iste inquit diaconus castus et sanctus est nec unquam carnem suam coinquinauit. Cum autem parentes instarent ut apostoli querebant quis actus huius sceleris fuisset. Responderunt apostoli. Nos innocentes absolue decem nocentes perdere non decet. Tunc etiam temporis contigit ut due tigrides ferocissime que in singulis caueis clause erant fugerent et omnes qui sibi occurrerent deuorarent. Tunc apostoli ad eas venerunt in nomine domini eas velut oues mansuetas fecerunt. Volentibus autem apostoli inde discedere rogati per annum et tres menses ibidem permanserunt. In quo spacio plusquam sexcenta millia hominum exceptis puulis cum rege et principibus baptisati sunt. Predicti autem magi ad quandam ciuitatem nomine suam aie ubi erant. lxxx. idolorum pontifices venerunt ad eos contra apostolos excitauerunt ut cum illuc venissent aut eos sacrificare compellerent aut penitus necarent. Per frustra igitur vniuersa peruenientia cum apostoli ad predictam ciuitatem venissent ecce predicti pontifices cum vniuerso populo eos capiunt et ad templum solis deducunt. Demones autem per energuminos clamare ceperunt. Quid nobis et vobis apostoli dei viui. Ecce in ingressu vestro flammis exurimur. Tunc angelus dei eis apparens dixit. Vnum e duobus eligitis. Aut horum repentinum interitum aut vestrum martirium. Cui apostoli. ut et istos conuertat et nos ad palmam martirij perducatur. Facto autem silentio apostoli dixerunt ut sciatis quod hec idola demonibus plena sunt. Ecce eis impanetur ut exeant et singuli simulacra sua confringant. Statim quoque duo ethiopes nigri et nudi cunctis stupentibus de simulacris lacris exierunt et contractis illis diris uocibus abcesserunt.

Quod videntes pontifices in apostolos irruerunt ⁊ eos ptinē
trucidarent. In ipsa autē hora cum nimia esset serenitas tanta
fulgura extiterunt vt templū ipsum trifarie scinderetur ⁊ illi
duo magi in carbonēs icū fu' guris verterentur. Rex autē cor
pora apostolorū ad urbē suā transtulit ⁊ in honorē eorū eccle
siam mire magnitudinis fabricauit. De beato autē simone in
pluribz locis inuenit̄ q̄ crucis patibulo sit affixus quod etiā
isidorus in libro de obitu aplōrum ⁊ eusebi⁹ in historia eccle
siastica ⁊ beda super actus ⁊ magister. Io in summa sua testā
tur. Cum enī vt aiunt in egipto p̄dicasset Ierosolimā redijt ⁊
post mortē Iacobi minoris in ep̄m Ierosolimitanū ab aplis
vnanimiter est electus ⁊ ante mortem suam xxx· mortuos sus
citasse narratur. Vnde cantatur de eo terdenos mortuos flu/
cibus mersos humane vite reddidit. Cum autem ecclesiam
Ierosolimitanum per annos multos rexisset ⁊ circa xx annū
ageret tempore traiani imperatoris cum accitus consularis ie
rosolimis haberetur ab eo capitur ⁊ iniurijs multis afficitur
Ad vltimum in cruce ipsum affigi iussit omnibus qui aderāt
⁊ ipso iudice mirantibz vt c·xx· annorū sex crucis supplicij
pertulisset. Sed fuit alius simon filius cleophe frater Ioseph
q̄ ⁊ eusebius cesariensis episcopus in sua cronica testat̄. Idē
dicūt Isi ⁊ beda in suis cronicis. Nā isidorus ⁊ eusebi⁹ q̄ p̄
us dixerūt postmodū in cronicis correxerūt qd patz per bedā
qui se hoc sensisse redarguit retractionibz suis. Vsuardus q̄
in suo mēilugio idē testatur.



Quintin⁹ ge/
nere nobilis
⁊ cui⁹ roma
nus ad urbē ambian
venies ⁊ multa mira
cula facies iussu ma
xiani a p̄fecto vrbis
capit̄ ⁊ vsqz defectuz
cendentij verberat⁹
carceri mancipat̄. Sz
soluente eum angelo
in mediaz urbem iuit
⁊ ibi populo predi
cavit. Vnde iterum
captus ⁊ in eculeo
vsqz ad ruptionē ve
narū distēt⁹ neri⁹ q̄
crud⁹ diuissime cesus

oleum picem & adipem feruentissimū tolerauit. Et cū p̄sides
 derideret iratis calcem acetum & sinapium in os eius pro/
 iecit. Sed cū adhuc immobilis permaneret & apud voceman/
 dum adductus fuisset duos clauos a capite vsq; ad crura &
 decē inter ungulas & carnes preses infigans tandem eū decol/
 lari fecit. Cuius corpus in flumē proiectū. Cū per annos .lv. la/
 tuisset a q̄dam matrona nobili romana taliter repertū est. Nā/
 dum assidue orationi vacaret nocte ab angelo monita ad ca/
 strum vocemandū p̄perare iubet vt in tali loco corpus sancti
 Quintini req̄reret & honorifice sepeliret. Cū igit ad predictuz
 locū cū multo comitatū venisset & orationē ibidē infunderet
 corpus sancti Quintini incorruptū & redolens fluiū p̄tinē
 enatauit. Quod sepeliens pro sepulture beneficio lumē oculo/
 rum recepit & ibidē edificata ecclesia ad p̄pria remeauit.

De sancto Eustachio.



Eustachius .
 ante placidū
 vocabatur .
 hic erat magister mi/
 litum traiani impera/
 toris . Erat autē operi/
 bus misericordie val/
 de assiduus . Sed tri/
 idolorum cultui dedi/
 tus . Habebat autem
 coniugem eiusdem ritū
 & misericordie existe/
 tem . duosq; filios . p̄/
 creauit quos iuxta su/
 am magnificentiam
 magnifice educari fe/
 cit . Et quia operibus

misericordie sedulū insistebat ad viā veritatis meruit illustra/
 ri . Quadā enī die cū venationi insisteret gregem ceruorum re/
 perit inter quos vnū ceteris speciosiorē & maiorē conspexit . q̄
 ab aliorū societate discedens in siluā vastiorē profiliit . Verum
 alijs militib; circa ceruos reliquos occupatis . placidus hunc
 toto nisu insequitur & ipm capere nitebat . Quē cum totis viri/
 bus insequerē . ceruus tandē super quōdā rupis altitudinē con/
 scendit & placidus a p̄pians q̄ iter capi posset animo sedulus
 ruoluebat . Qui cū ceruū diligentē cōsideraret vidit inter cornua
 ei; formā sacre crucis supra solis claritatē fulgentē . & imagi/
 nem iesu christi qui per os cerui sicut olim per asinā balaam

sic ei locutus est dicens. O placide quid me persequeris. Ego
 tui gratia in hoc animali tibi apparui. Ego sum xpus quem
 tu ignorans colis. Elemosine tue coram me ascenderunt & ob
 hoc veni & per hunc quem venaberis ceruū. Ego quoque te ipse
 venaret. Alij tñ dicunt q̄ ipsa imago que inter cœrnuā cerui
 apparuit hæc verba protulit. Hęc audiens placidus nimio timo
 re cor̄ reptus de equo in terrā p̄cidit. & post vnā horā ad se re
 diens de terra surrexit & ait. Reuela mihi q̄d loq̄ris & sic rece
 dam in te. Et ait xpus. Ego placide sum xps qui celū & terrā
 creauī. qui lucē oriri feci & a tenebris diuisi. qui tēpora & dies
 & annos p̄stitui. qui hoīez de limo terre formaui q̄ p̄pter salu
 tem hūani generis in terris in carne apparui q̄ crucifixus &
 sepultus tertia die resurrexi. Hęc audiens placid⁹ iterum in
 terra decidens ait. Credo dñe q̄ tu es qui omnia fecisti & qui
 errantes quertis. Et dixit ad eū dñs. Si credis vade ad ep̄m
 ciuitatis & te baptisari facias. Cui placid⁹ vis dñe vt hæc vxō
 ri mee & filiis nunciē vt & ipsi pariter in te credat. Cui dñs.
 Renuncia illis vt & ipsi pariter tecū mudent. Tu quoque dic
 crastina huc venias vt tibi rursus appareā & que futura sint
 plenius tibi pandam. Cum ḡ domū venisset & hæc vxōri in
 lecto renunciasset exclamauit vxōri eius dicens. Domine mi &
 ego eum transacta nocte vidi dicentē mihi. Cras tu & vir tu
 us & filij tui ad me venietis. Et nunc cognoui qm̄ ipse est ihe
 sus christus. Perrexerunt igit̄ ad ep̄m rome media nocte qui
 eos cum magno gaudio baptisauit. & placidum eustachium
 vocauit. Eius vxōrem theospitem & filios eius agapitum &
 theospitum. Mane factō eustachius sicut pri⁹ aduentionez
 p̄cessit & p̄pe locū veniens milites suos quasi sub obtentu in
 uestigande venationis dispersit. statimq; in loco formam p̄me
 visionis aspexit. cadensq; in faciem suam dixit supplico domie
 vt manifestes que promiseras seruo tuo. Cui dominus. beat⁹
 es Eustachi qui accepisti lauacrum gratie mee quia modo
 dyabolum supasti. modo eum qui te deceperat conculcasti.
 modo apparebit fides tua. Dyabolus enim eoq; ipsum dereli
 queris contra te seue armatur oportet igitur te multa sustine
 re vt accipias coronā victorie oportet te multa pati. vt de alta
 seculi vanitate humilieris. & rursus in spiritualibus diuitijs
 exalteris. Tu ergo ne deficias nec ad gloriā pristinā respi
 cias quia per temptationem oportz te alterū Tob demonstrari.

Sed cum humiliatus fueris veniam ad te & in gloria p̄stinā
restituam te. Dic ḡ si modo temptationem vis accipere aut
in fine vite. Dicit ei eustachi⁹. Domine si ita fieri oportet. mō
nobis accidere temptationem iube. Sed virtutem paciētie tri-
bue. Cui dominus Confians esto quia gratia mea custodiet
animas vestras. Sicq; dominus in celo ascendit & eustachi⁹
domum rediens hec vxori sue nunciauit. Post paucos igitur
dies mors pestifera cunctos seruos & ancillas suas inuasit &
vniuersos seruos occidit. Deinde post aliquod tempus omnes
serui & omnia eius peccora subito interierunt. Quidam autē
scelestes eius dep̄dationem videntes & per noctem in domuz
eius irruentes cunctaq; repererunt asportarunt & domū totaz
auro & argento & rebus alijs spoliarunt. Et ipse cum vxore
sua & filijs gratias agens nocte aufugit nudus. Qui ruborez
verentes egiptum pergebant. totaq; eius possessio per rapinā
ma'orim ad nichilium est redacta. Rex autem totusq; senat⁹
pro magistro militum tam strennuo multū dolebant eoq; de
eo nullum indicium repire poterant. Cum autem iter ageret
appinquauerunt mari & inuenientes nauem super eam nauis
gare cepunt. Videns autem dominus nauis vxorem eustachij
q; pulchra esset nimis ipsam plurimū habere desiderauit. Cū
vero transfretassent nauū ab eo exiebat. Non habentib; vō
illis. Vnde soluerent. iussit pro nauulo detineri vxorē volens il-
lam secū habere. Quod vt eustachi⁹ audiuit nullaten⁹ assen-
tire voluit. Diu vero eo cōtradicante innuit dñs nautis suis
vt eū in mare p̄cipitarēt vt sic vxorē suā habere possent. Quod
cū eustachius cōpisset vxorē eis tristis reliquit & duos infan-
tes accipiens in gemiscens ibat ac dicens. Ve michi & vobis
q̄a mater v̄ra alienigene marito tradita ē. Perueniēsq; ad q̄n-
dā fluiū. p̄pter agrum abundantia non ē ausus cū duob; fi-
lijs fluiū p̄transire. S; vno circa ripā flum̄is relicto alterum
trāsportabat. Qui cū fluiū transuadasset illū infantē quem
baiuauerat sup̄ terrā posuit & ad accipiendū aliū festinauit.
Cū autē circa mediū flum̄is puenisset ecce lupus p̄citus veit
& infantē quē deposuerat rapiens in siluā aufugit. Qui de eo
desperans ad aliū festinauit. S; cū abiret leo venit & aliū filiū
rapiens abiit. Vnde eū consequi non valens cū esset in medio
flum̄is cepit plangere & capillos suos euellere volens se in al-
quam picere nisi eū diuina prouidētia cōtinuisset. Pastores
autem uidentes leonem puerum viuū portantem eū cum
canibus in secuti sunt. Per diuinam autem dispēsacionem leo
puerum illesum abitiens recessit. Quidam insuper aratores
post lupum inclamantes ipsum de eius faucibus in columen

liberarūt. Vterq; vero scz pastores ⁊ aratores de vno vico fuerūt
 ⁊ penes se pueros nuttierunt. Hoc vero eustachij nesciebat
 sed merens ac plorans ibat ⁊ dicens. heu mihi quia ante vt ar
 bor pollebā sed nō penitus sum nudatus. Heu me q̄a multi
 tudine militū circumdari solebam. Sed nunc solus remanens
 nec filios sum gressus habere. Memini dñe te mihi dixisse q̄a
 oportet te temptari sicut Job. Sed ecce plus aliqd in me fieri
 video. Ille enī ⁊ si possessionis nudatus fuerit tñ stercus habu
 it super quo sedere potuit. Mihi aut nil horum remansit. Ille
 amicos sibi ḡpatientes habuit. ego immites feras habui que
 meos filios rapuerūt illi vxor est relicta a me vō ablata. Da
 requiē dñe tribulationib; meis ⁊ pone custodiā oxi meo ne de
 clinet cor meū in verba malicie ⁊ eiciat a facie tua. Et hec di
 cens cum lacrimis ad quendā vicum abiit ⁊ data mercede si
 bi agros illoꝝ hominum per annos. xv. custodiuit. Filij aut
 eius in altero vico educati sunt. nec se esse fratres sciebant. do
 minus aut vxorem eustachij ḡseruauit nec illam ille alienige
 na cognouit sed potius eam intactam dimittens vitā finiuit.
 Imperator aut ⁊ populus romanus plurimū ab hostib; mo
 lestabantur. Et recordatus placidi qm strenue contra ipos
 hostes sepius dimicasset de eius subita mutatione plurimuz
 tristabat direxitq; multos milites per diuersas mundi partes
 pmittens omnib; qui eum inuenissent multas diuitias ⁊ ho
 nores. Duo aut ex militib; qui aliqn placido ministrauerant
 ad ipm vicum in quo degebat venerunt. Quos placidus de
 agro venire. ḡsiderans eos ex incessu protinus recognouit. Et
 veniens in memoriaz dignitatis sue perturbari cepit ac dice.
 Domine sicut istos qui aliquando mecum fuerūt preter spez
 vidi sic da vt aliquando coniugem meam videre possim. Nam
 de filijs scio q̄ a feris comesti sunt. venit autem ad eum vox
 dicens. Confide eustachij quia cito honorem tuum recupera
 bis. ⁊ filios ⁊ vxorem recipies. Cum igitur militibus obuia
 sset ipsi minime cognouerunt. Cumq; eum salutassent quesil
 erunt si aliquem peregrinum nomine placidum cum vxore ⁊
 duobus filijs cognosceret. Ille autem se nescire professus est
 Ad preces tamen eius in hospicio diuerterunt ⁊ Eustachius
 eis seruebat. Et recolens pristinum statum suum lacrimas
 continere nō poterat. Egressus aut foras suā faciē lauit ⁊ itere
 rediens eis seruebat. Illi vero ḡsiderantes adinuicē dicebant.

Quam similis est homo hic illi quem querimus . Et rñdens
alter dixit valde quidem similis est . Consideremus igiñ signū
cicatricis in capite quod sibi in bello accidit ipse est . Et respi
tientens & signum videntes ipsum esse quem querebant pro
tinus cognouerunt . Et insilentes & osculantes eum de vxore
& filijs eum sciscitati sunt . Qui dixit eis q̄ filij mortui essent
& vxor detenta . Vicini autē omnes quasi ad spectaculum cō
currebant dum milites virtutē eius & primam gloriā p̄di
cabant . Tunc milites preceptū imperatoris ei exponunt &
optimis indumentis induunt . Post iter .xv. dierū ad impera
torem deuenērunt . Qui eius aduentum audiens protin⁹ eidez
occurrit & ipsum videntē in oscula eius ruit . Narrauitq; om̄i
bus cuncta que sibi per ordinem accidissent . Statimq; ad magi
sterium milicie trahitur . & idem q̄ prius officium exercere cō
pellitur . Qui numeratis militib; & paucos contra tot hostes
esse cōgrōscens iussit tirones colligere per omnes ciuitates &
vicos . Contigit autē illam terrā in qua filij eius educati sunt
describi vt darent duos tirones . Vniuersi incole illos duos
iuuenes tanq̄m ceteris aptiores magistro militū signarunt .
Videntē vero iuuenes elegantes & morū honestate composi
tos cum sibi plurimū placuissent inter primos conuiuas sui
os ordinauit eosdē . Et sic profectus ad bellum subiectis ho
stibus exercitum suum trib; dieb; in quodam loco vbi vxor
sua pauper hospita manebat req̄scere fecit . Illi vērō duo ado
lescentes in tabernaculo matris sue nutu dei hospitati sunt .
nescientes q̄ m̄ sua esset & sedentes circa meridiē & mutuo
fabulantes exponebant sibi inuicē de infantia sua . Mater vērō
eorū de contra sedens q̄ ipsi referebāt attentius audiebat . Dice
bat enī maior minori . Ego dū infans essez nihil aliud recolo n̄
q̄ pater me⁹ mḡ militū erat & mater mea speciosa valde . Du
osq; filios habuerūt . scz me & aliū minorē me . qui & ipse spe
ciosus valde erat . Accipiensq; nos egressi sunt de domo nocte
Ingressiq; sunt nauē nescio quo euntes . Cū autē de nauī egre
deremur . m̄ n̄a nescio q̄ in mari relicta est . Pater vero n̄ por
tans nos duos flens pergebat . perueniensq; ad quēdam fluuiū
transiuit cū fr̄e meo iuniorē & me sup ripā flum̄is dereliquit .
Cum autē reuertere vt me acciperet . lupus venit & illū infantē
rāpuit antequam ad me appinquaret . leo de silua exiens me
rāpuit & in siluam deduxit . Pastores vero eruerunt me de ore
leonis & nutritus sum in illa possessione in qua & ipse cis & non
potui scire q̄d factum sit de patre meo neq; de infante . Nec au
diens minor cepit flere ac dicere . Per deū vt audio frater tu⁹
sum ego qm̄ & qui me educauerant hoc dicebant . q̄ de lupo

eruimus te & in amplexus ruentes osculabantur seinuicem
 & fleuerunt. Audiens hec mater eorum & considerans q̄ euē/
 tum suū ita seriatim dixissent diu apud se tractauit si illi filij
 sui essent. Altera aut̄ die ad mḡm militū adiit & interpellauit
 eū dicens. Deprecor te dñe vt me ad p̄riam meā perducere iube/
 as. Ego enī de terra romanorū sum & peregrina hic sum. Et
 hec dicens vidit in eo signa mariti sui. Et eū cognoscens cum
 se iam p̄tinere nō posset p̄cidit ad pedes suos & ait. Precor te
 dñe vt exponas mihi pristinā vitā tuā. Puto enī q̄ tu sis placi/
 dus mḡ militū qui alio noīe diceris eustachi⁹. Quē placidū
 saluatorē cōuertit. qui talē & talē temptationē sustinuit & cui
 vxor que ego sum in mari ablata fuit. que tñ ab omī cōrup/
 tione seruata sum. Qui & duos filios sc̄z agapitū & theospitū
 habuit. Hoc audiens eustachius & ipsam diligētē cōsiderans
 vxorē suā recognouit & lacrimat⁹ pre gaudio ipsaz osculat⁹
 est glōrificās deū q̄ p̄solat̄ afflictos. Tūc dicit ei vxor sua. dñe
 vbi sunt filij tui. Et ait a feris capti sunt. Et exposuit ei quō
 p̄didit illos. Et illa gratias agam⁹ deo. Puto enī q̄ quēadmo/
 dū deus donauit nobis vt inuenirem⁹ nosinuicē. donabat etiā
 recognoscē filios meos. Et ille dixi tibi q̄ a feris capti sunt. &
 illa Hesternā die sedens ī cōto. audiui duos filios iuuenes sic
 & sic suam infantia exponens & credo q̄ filij mei sint. Interro/
 ga igit̄ ab eis & dicent tibi. Et conuocans eos eustachius &
 audiēs ab eis infantia suā recognouit q̄ filij mei essent. Et am/
 plectentes eos ipse & mater sup̄ eorū collū plurimū fleuerūt
 & crebrius eos osculant. Omnis igit̄ exercit⁹ plurimū gaude/
 bat & de inuentione eorū. & de victōria barbarorū. Cū igit̄ re/
 diret p̄tigit iam traianū obisse & successisse ei peiorē in sceleri/
 bus adrianū. Qui pro victōria obtenta & inuentione vxoris
 & filiorū magnifice eos suscepit. & magnum cōuiuuium p̄para/
 uit. Altera autem die ad templum idolorum processit vt ibi
 sacrificaret pro victōria barbarorum. Videns vero imperator
 q̄ Eustachius nec pro victōria nec pro inuentione suorum
 sacrificare vellet hortabatur vt sacrificium immolaret Cui eu/
 stachius. Ego cristum deum colo & illi soli sacrifico. Tunc im/
 perator ira repletus ipsum cum vxore & filijs in arena statuit
 & leonem ferocem ad eos dimitti fecit. Accurrens vero leo &
 dimissio capite quasi eos adorans ab eis humiliter recessit.
 Tunc imperator bouē eneam incendi fecit & eos ibi de⁹ viuos.

mitti mandauit. Orantes igitur sancti & se domino cōmendātes bouem intrauerunt & ibidem domino spiritum reddiderunt. Tercia autem die de boue sunt coram imperatorē extracti ita penitus intacti inuenti sunt · q̄ nec capillos nec quicquid eorum vapores incendii aliquatenus contigerunt. cristiani uero eorum cōpora tulerunt ⁊ in loco celeberrimo recondentes ibidem oratōrium construxerunt. Passi sunt autē sub adriano qui cepit circa annum dñi · c. xx. kalendis nouembris vel s̄m quosdam duodecimo kalendis octobris.



Omniū sanctorum festiuitas q̄tuor de causis instituta fuisse uidetur · Primo propter cuiusdam tēpli dedicationem. Secundo propter obmissōrum suppletionem Tercio propter negligentiarum expiationem Quarto propter faciliōrem orationum nostrarum impetrationem · Primo igitur instituta est propter cuiusdam tēpli dedi-

cationem. Romani enim cum uniuerso orbi dominarentur q̄dam templum maximum construētes in cuius medio suuz idolum collocantes · omnium prouinciarum simulachra per circuitum statuerunt respicientia rectis vultibus idolum romanorum. Si quando autem aliqua prouincia rebellaret cōtinuo ut aiunt arte dyabolica illius prouincie simulacruꝝ idolo romanorum posterora uoluebat tanqm̄ innuens q̄ ab eius dominio recessisset Conciti igitur romani ad illam prouinciā copiosuz exercitū destinabant & ipsam dño suo subiugabāt Verū non suffecit romanis q̄ oīm prouinciarū simulachra in vrbe sua hērent quipotius fere singul' dijs templa singula gstruxerūt tanq̄ qui eos cunctarū prouinciarum victores & dños effecissent. Sz q̄a omnia idola templū ibidē habē non poterant ad maiore sue uesanie orationem unū templū ceteris mirabilē & sublimē ī honore deorū oīm erexerūt & p̄theon q̄d sonat toti dij uocauerunt a pan q̄d est totū & theos deus-

Pontifices enim ydolorum ad maiorem populi deceptionem finxerunt quod sibi a Cibelle quam omnium deorum matrem vocabant fuerit imperatum ut si de omnibus gentibus vellent victoriam obtinere filiis suis templum magnificum fabricarent. Fundamentum autem ipsius templi spericum iacitur ut ex ipsa forma deorum eternitas demonstraretur. Sed quia latitudo testudinis insustentabilis videbatur cum supra terram in edificio aliquantulum processissent totum intus terra replebant simul ut dicitur cum terra donarios iacentes et sic quousque predictum templum est mirabiliter consummatum. Tunc data licentia ut quicumque terram asportare vellet tota quam in ipsa terra inuenisset pecunia sua esset festine turba properat et ipsum templum cito euacuat. Denique romani pineam eneam et deauratam fabricant et in summitate collocant. Aiunt quod quod in hac omnes provincie mirabiliter sculpte erant ita ut quicumque romam venisset versusque esset sua provincia scire posset. Hec autem procedente tempore inde cecidit unde et in predicto templo in summitate apertura remansit. Tempore igitur foce imperatoris cum iam dudum roma fidem domini recepisset bonifacii papa quartus a magno greg. circa annos domini. dc. v. predictum templum a foca cesare impetrauit et omnium ydolorum eliminata spurcicia ipsum templum iiii. idus maii in honore beate marie et omnium martirum consecrauit ac locum sancte marie ad martires appellauit qui nunc sancta maria rotunda a populo appellatur. Nodum enim confessorum solemnitas ab ecclesia agebatur. Sed quia ad hoc festum multitudo maxima confluebat. Et propter defectum victualium celebrationi vacare non poterant ideo quidam papa greg. hoc festum in calendis nouembribus quando maior victualium copia videtur esse messibus et vinetis celebratis fieri instituit ac per vniuersum mundum hunc diem in honore omnium sanctorum celebrare solemniter ordinauit. Et sic templum quod fabricatum fuerat omnibus ydolis nunc dedicatum est omnibus sanctis et ubi multitudo colebatur ydolorum ibi deuote laudatur multitudo sanctorum. Secundo instituta est propter obmissorum suppletionem. Nos enim multos sanctos obmissimus de quibus nullam festiuitatem siue etiam memoriam fecimus. Non enim possumus omnium sanctorum festa agere tum propter sanctorum multipliciter quia multi et quasi infiniti sunt tum propter nostram infirmitatem quia infirmi et debiles sumus nec ad hoc sufficere possemus tum propter temporis breuitatem quia etiam tempus non sufficeret. Nam sicut ait Iero. in quadam epistola que in suo calendario ponitur. Nullus dies est excepto die calendarum ianuariarum qui

non intra .v. milium martirū reperiri possit ascriptus ¶ deoq;
ecclesia rationabiliter ordinauit vt quia omnium sanctorum
singulariter festa facere non possumus. saltem omnes genera
liter & insimul honoremus Quare autem institutum sit vt fe
stiuitates sanctorum in terris agamus. magister wilhelmus al
tifiodorensis in summa de officio ponit sex rationes. Prima est
propter honorem diuine maiestatis. Cum enim sanctis hono
rem impendimus. deum in sanctis honoramus. & ipsum in eis
mirabilem predicamus. quia qui sanctis honorem tribuit. illū
specialiter honoret qui eos sanctificauit. Secunda est propter
auxilium nostre infirmitatis. quia enim per nos salutem hēre
non possumus. ideo sanctorum intercessionibus indigemus a
quibus vt adiuuari mereamur merito ipsos honorare debemus.
Legitur in. iij. R^o. i. quod berfabee qd interpretatur puteus
facietatis id est ecclesia triumphans filio suo. i. ecclesie militati
regnum sui precibus obtinuit. Tertia est propter augmentū
nostre securitatis vt scilicet p sanctorum glōiam que nobis ī
eorum festiuitate. pponitur nostra spes & securitas augmētē
Si enim homines mortales nobis similes. poterunt ita per sua
merita sublimari constat quia nos similiter poterimus cum
manus domini abbreviata non sit. Quarta est propter exem
plum nostre imitationis. Cum enim eorum festiuitas recen
setur ad eorum imitationem prouocamur vt scilicet eorum ex
emplo terrena contemnamus & celestia desideremus. Quinta
est ppter debitum mutue vicissitudinis. Sancti enim de nob
in celo festum faciunt. gaudium enim est angelis dei & aiabo
sanctis super vno peccatore penitentiam agente Vt igitur ei
vicissitudinem rependamus iustum est vt quia ipsi de nob fe
stum agunt in celis & nos de ipsis festum agamus in terris.
Sexta est propter procurationem nostri honoris. Cum enim
sanctos honoramus tunc nostram rem agimus & nostrum
honorem procuramus. quia eorum festiuitas est nostra digni
tas. Nam cum honoramus fratres nostros & honoramus nos
ipsos caritas nāq; facit oīa esse gmunia. oīa qdē nra sunt cele
stia terrestria & eterna. pter autez has rationes ponit alias
rationes. Io. dān. li. iij. c. vij. quare scilicet sci & piter eorū cor
pora. siue eorum reliquie debeant honorari qz qdā summū
quātū ad eorū dignitatē quedā qzū ad corporū ipsoz pēcio
sitatē. Dignitas aut eorū vt ibidē dicit quadruplex ē. Quo
niā ipsi sunt amici dei filij dei. hēdes dei. & duces nostri. & po
nit istas aūtoritates. De primo Iohis. iij. Tam non dicam
vos seruos sed amicos. et cetera. De secundo Iohannis qnto

Dedit eis potestatem filios dei fieri. De tertio Ro. viij. Si autem filij et heredes. etc. De. iij. sic dicit Quantum labores ut dulcem inuenires. qui mortali te regi adduceret et pro te ad ipsum sermonem faceret. duces igitur generis totius qui ad deum pro nobis interpellationes faciunt nonne honorandi sunt. utique quod deum honorandi sunt templa erigentes deo et eorum memoriam venerantes. Alii summuntur quantum ad corporum ipsorum preciositatem et ponit idem damas. iij. et augusti. addit quintum. per que manifestatur preciositas corporum sanctorum siue reliquiarum. Ipsa enim sanctorum corpora fuerunt promptuarium dei templum christi alabastrum spiritualis unguenti. Fontes diuini et organum spiritus sancti. Primo enim fuerit promptuarium dei. Vnde dicit Hieronimus promptuaria dei pura cenacula facti sunt. Secundo templum christi. Vnde sequitur quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit deus ait apostolus. Nescitis quoniam corpora vestra templum inhabitantis in vobis spiritus sancti sunt. Deus autem spiritus est. Qualiter igitur non honoranda animata templa dei et animata dei tabernacula. etc. De hoc etiam crisostomus. Homo in edificatione parietum delectatur. Deus autem in conuersatione sanctorum. Vnde psalmus Domine dilexi de deo. t. quem decorem. Non quem diuersitas marmorum splendentium facit. sed que prestat varietas viuendum gratiarum. Ille decorem carnem delectat iste viuificat animam. Ille pro tempore decit et decipit oculos. iste autem imperpetuum edificat intellectum. Tertio alabastrum spiritualis unguenti. Vnde ait Vnguentum boni odoris. ex se manas sanctorum reliquie tribuentes. et nullus hoc decedat. Si enim ex rupe et firma petra aqua in heremo emanauit et ex maxilla asini samson facienti. ex martirum reliquijs unguentum bene olens emanare incredibile nequaquam est. Sicut enim demum dei virtutem et sanctorum que ab ipso est honorem. Quarto fontes diuini. Vnde ait Iusti viuentes in veritate cum libera presentia deo assistunt. Fontes nobis salutare dominorum christi sanctorum suorum prebuit reliquias multi forma beneficia irrigantes. Quinto organum spiritus sancti. hanc rationem assignat augustinus in libro de ciuitate dei dicens. Non sunt conuicinandam sed plurimum reuerenda sanctorum corpora quibus dum adhuc uiuerent spiritus. scilicet. quibusdam organis ad omne opus bonum usus est. Vnde apostolus. An experimetur queritis eius qui in me loquitur christus. Et de stephano dicitur quod non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Item ambrosius. in exam. hoc est preciosissimum quod homo diuine vocis fit organum et corporalibus labijs exprimit celeste oraculum.

6 Tertio instituta est propter negligentiam expiationem licet enim paucorum sanctorum festa agamus. adhuc tamen illa pauca sepe agimus & multa ibidem per ignorantiam vel negligentiam omittimus Siquid igitur in alijs solemnitatibus sanctorum quas egimus negleximus In hac generali festiuitate supplere possumus & de negligentia nos purgare valeamus. Hec ratio tamgi videtur in sermone qui hac die per ecclesias recitatur in quo sic dicitur. Decretum est ut hac die sanctorum omnium memoria habeatur ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam vel per negligentiam seu per occupationem rei secularis in solemnitatibus sanctorum minus plene peregerit in hac sancta obseruatione soluatur. Notandum autem quod quadruplex est differentia sanctorum noui testamenti quos per anni circulum colimus & quos hodierna die insimul recolligimus ut ea que negligent fecimus suppleamus. scilicet apostoli martires & confessores & virgines & hijs secundum rabanum per quatuor mundi partes significantur per orientem apostoli per meridiem martires per aquilonem confessores per occidentem virgines. Prima igitur differentia est apostolorum quorum dignitas & excellentia manifestatur ex eo quod omnes alios sanctos in quatuor excedunt. primo in preminencia dignitatis. Ipsi enim sunt sapientes principes ecclesie militantis potentes assessores eterni iudicis dulces pastores dominici gregis Bernardi. Tales decebat humani generis pastores & doctores constituti qui & dulces essent & potentes essent & sapientes. dulces ut me blande & misericorditer susciperent potentes ut fortiter protegerent. Sapientes ut ad vitam & per viam ducerent que ducit ad ciuitatem. Secundo in preminencia potestatis de quorum potestatis preminencia sic dicit Augustinus. Apostolis deus dedit potestatem super naturam ut eam curarent. Super demones ut eos euerterent Super elementa ut ea mutarent Super animas ut ipsas a peccatis soluerent Super mortem ut ipsam contemnerent. Super angelos ut corpus dominicum consecrarent. Tertio in prerogatiua sanctitatis. Unde propter eorum maximam sanctitatem & gratiarum plenitudinem vita & consecratio christi in eis tanquam in speculo relucebat. & agnoscebat in eis sicut sol in suo splendore sicut rosa in suo odore sicut ignis in suo calore De hoc dicit Crisostomus super mattheum. misit christus apostolos quasi sol radios suos. quasi rosa suauitatis sue odorem quasi ignis scintillas suas dispersit ut sicut sol in radijs suis apparere sicut rosa in odoribus suis sentitur sicut ignis in scintillis suis aspicitur sic illorum christi virtutibus potentia cognoscatur. hec Crisostomus. Quarto in efficacia utilitatis

De quorum efficacia sic dicit Augustinus loquens de apostolis Ex abiectissimis & paucissimis nobilitantur illuminantur multiplicantur dulcissima eloquia preclarissima ingenia copiosissima agmina mirabilesque precias autorum facundorum atque doctorum subiugant christo Secunda differentia est nostrum quorum dignitas & excellentia manifestatur ex eo quod passi sunt multipliciter vtiliter & constanter Multipliciter quoniam preter martiriū sanguinis passi sunt triplex aliud martiriū sine sanguine. De quo triplici martirio dicit bernardus. Triplex est martiriū sine sanguine scilicet pietas in vbertate quam habuit David largitas in paupertate quam exhibuit thobias & vidue castitas in iuuentute qua usus est ioseph in egipto secundum autem Gregorium triplex est martirium sine sanguine scilicet patientia aduersorū. Unde dicit sine terro martires esse possumus si patientiam in animo veraciter custodimus Compassio afflictorum Unde dicit qui dolorem exhibet in aliena necessitate crucem portat in mente. Dilectio inimicorum. Unde dicit ferre contumelias odientem diligere martirium est in occulta cogitatione. Secundo vtiliter que utilitas ex parte ipsorum martirum inest omnium peccatorum remissio meritum cumulatio & eterne glorie perceptio. Ita pro suo sanguinis sibi emerunt. & ideo eorum sanguis dicitur preciosus id est precio plenus De primo & secundo dicit augustinus de ci. dei Quid est preciosus quam mors propter quam debita dimittuntur & merita cumulantur Item super ioh. preciosus est sanguis christi sine peccato. fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem preciosum pro quibus dedit sanguinem precium Nam si suorum sanguinem non faceret preciosum non diceret preciosa in conspectu domini. Item cyprianus martirium est delictorum finis. periculi terrinnum. dux salutis. patientie magister. domus vite. De tertio bernardus tria sunt que mortem sanctorum faciunt preciosam quies a labore gaudium de nouitate Securitas de eternitate Ex parte nostri duplex est utilitas quia dati sunt nobis in exemplar ad certandum. Crisostomus. Tu cristiane delicatus es miles si putas te posse sine pugna vincere sine certamine triumphare Exerces vires fortitudine dimica atrociter in proelio isto certa considera pactum conditionem attende miliciam nosce pactum quod spondidisti conditionem quam assumpsisti miliciam cui nomen dedisti. hoc enim pacto cum dei pugnauerunt hac conditione vniuersi vicerunt hac milicia triumphauerunt. h. Crisostomus. Secundo dati sunt nobis in patronas ad auxiliandum. adiuuant enim nos & meritis suis & orationibus suis De primo augustinus. Omnes dei pietas martirum merita nostra vult esse

suffragia Illos examinat vt nos erudiat. Illos gterit vt nos
acquirat illoꝝ cruciatus nostros vult esse, pfectus De secū
do Iero. contra iugilantium. Si apostoli & martires adhuc ī
cōpōra possunt orare p ceteris qñ de se adhuc deberent esse
solliciti quātomagis post cōronas victōrias & triūphos. vnꝰ
homo moyses impetrauit veniam a deo sexcentis milia arma/
toꝝ & stephanus veniam deprecatur & postq̄ cum christo
esse ceperunt minus valebunt. Paulus apoc. cclxxvj. sibi dicit
in nauī animas gdonatus & postq̄ resolutus ceperit esse cum
xpo. tunc ora clausurus ē. Tertio constanter Aug. framea est
anima martiris splendida caritate. acuta veritate. de i pugnan/
tis vibrata virtute que bella fecit. que contra dicentium cater/
uas redarguendo supauit percussit infestos prostrauit aduer/
sos. Item Cris. Terti torquentibus foetioꝝ steterunt. accla/
mantes vngulas laniata mēbra vicerunt. Tertia differentia ē
confessoꝝ quoꝝ dignitas & excellentia māifestatur ex eo q̄
domini confessi sunt tribus modis s̄ cōde. ore. & opere. gfessio
aut cōdis non sufficit sine confessione oris sicut pbat Cris.
quatuor rationibus super math. Quātum ad primā sic dicit.
radix confessionis fides est cōdis. confessio autem fructus est
fidei. Sicut ergo quādiu radix est viua in terra necesse est vt
ramos producat aut folia. Si autem non produxerit sine du/
bio intelligis. quia radix eius in terra siccata est. Sic quādiu
fides cōdis integra est. semp germinat confessione in ore. Si
autem confessio marcida fuerit oris intellige sine dubio quia fi/
des cōdis eius iam ante siccata est. Quantum ad secundū
sic dicit Si tibi prodest cōde credere & coram hominibus nō
confiteri. ergo & infideli ypocriti gfiteri xpm prodest etiam si
cōde non credat. Si autem ille nihil proficit sine fide gfitens.
nec tu proficis credendo sine confessione. Quantum ad tertiaz
sic dicit Et si sufficit christo quia cognoscis cum etiam si cō/
fessus eum non fueris coram hominibus ergo & tibi sufficiat
quia cognoscit te christus etiam si confessus non fueris coram
deo. Si autem tibi non sufficit cognitio eius. nec illa sufficiet
fides tua. Quantum ad quartum sic dicit. Si enim sufficeret si/
des cōdis. cor tantūmodo tibi deus creass̄. nūc aut & os tibi
deus creauit vt cōde credas & ore gfitearis. Tertio cōfessi sunt
deū ope. Qualiter aut q̄s deū ope confiteat aut neget oflēdit.
Iero sup illud in orige. confitetur se nosse deū dicens. christus
sapia est. iusticia veritas. sanctitas. foetitudo. Negatur per infi/
pientiā sapia p iniquitatē. p iusticia mēdaciū veritas. p ipitu/
dinem sanctitas per imbecillitatem animi foetitudo & quoci/
enscūq; mentiuntur vicijs atq; peccatis tociens deum nega/
mus. & econuerso quociens bene quid agimus deū gfitemur

Quarta differentia est virginum quarum dignitas et excellētia manifestatur Pr̄o quia ipse sunt sponse eterni regis ābz̄. Pulchritudinem quis potest maiorem existimare decore ei⁹ que amatur a rege probatur a iudice dedicatur a deo semper sponsa semper in nupta. Secundo quia compantur angelus. Ambrosius virginitas conditionem humane nature supergreditur per quam homines angelis sociantur. maior tamen est victōria virginum quā angelorum. Angeli enī sine carne viuūt virgines vero in carne triumphāt. Tertio quia illustriores sunt fidelibus vniuersis. vnde ciprian⁹. virginitas ē flos ecclesiastici germinis. decus atq; cōnar. etum gratie spiritualite in doles laudis & honoris opus integrum atq; incorruptū dei ymago. rursus ad sanctimoniam dei illustriore portio gregis christi Quarto quia preferuntur coniugatis. hec autem excellentia quam habet virginitas respectu copule conjugalis Patet ex multiplici compatione ad illam. Illa enim impregnet ventrem ista mentem Augustinus Generosius eligit in carne vitam iam imitari angelorum quam in carne numerum augere mortalium. Est autem vberior felicitoreq; fecunditas non ventre grauescere sed mente grandescere Illa parturit filios doloris ista filios gaudij et exultationis Augustinus Ipsa continentia nequaquam sterilis est Sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te domine. Illa filiis replet terram Ista celum Ieronimus. Nuptie terram implent virginitas paradysum. Illa autem erat multe sollicitudinis. ista quietis. Gilbertus. Virginitas est curarum silentium. pax carnis redemptio viciorum principatus virtutum. Illa est bonum. Ista melius. Ieronimus ad pammacium Tantum est inter nuptias et virginitatem quantum iter non peccare et beatificare. Immo vt leuius dicam quantum inter bonum et melius. Illa copatur spinis ista rosis. Ieronimus ad eustochium laudo nuptias Sed quia mihi virgines generant. Lego de spinis rosam. De terra aurum. De concauo margaritam Quinto quia multis gaudent priuilegijs. Ipse namq; virgines coronam aureolam habebunt canticum nouum sole cantabunt. Vestimentis eiusdem cum christo gaudebunt. post ipsuz agnū semper ambulabunt. Quarto et vltimo instituta est propter faciliore orationum nostraz impetrationem vt sicut omnes sanctos vniuersaliter hac die honoramus. sic et ipsi omnes pro nobis infirmul intercedant vt sic dei misericordiam facilius impetremus Si enim impossibile est multorum preces non exaudiri. Constat enī quia impossibile valde erit oim sanctorum pro nobis orantiū preces non exaudiri. hec ratio in oratione tangitur cum dicitur

desideratam nobis tue propiciationis abundantiam multiplicatis intercessionibus largiaris. Intercedunt enim pro nobis sancti merito et affectu. Merito dum nobis eorum merita suffragantur affectu dum vota nostra cupiunt adimpleri quod tamen non faciunt nisi voluntate dei noverint adimplendam. Quod autem in hac die omnes sancti ad intercedendum vniuersaliter pro nobis conueniant ostenditur in visione que sequenti anno ab huius solemnitatis institutione stigisse narratur. Cum enim in hac die custos ecclesie sancti petri ex deuotione omnia altaria circuisset et omnium sanctorum suffragia implorasset et demum ad altare sancti petri redisset ibi paululum requiescens extra se rapitur. Et ecce vidit regem regum in sublimi solio consistentem. Et omnes angelos in eius circuitu gremiantes. Tunc Virgo virginum in dyamate prefulgenti aduenit quam innumerabilis multitudo virginum et continentium sequebatur. Huic rex protinus assurrexit et posito solio iuxta se federe fecit. Post hoc aduenit quidam vestitus de pilis camelorum quem sequebatur multitudo venerabilium seniorum. Deinde aduenit et alius pontificali habitu decoratus quem aliquorum chorus in habitu consimili sequebatur. postea vero processit innumerabilis multitudo milicie. Post quos aduenit turba diuersarum gentium infinita. Omnes igitur ante regis solium aduenerunt flexis genibus adorarunt. Is autem qui in pontificali habitu erat matutinas ceteris prosequentibus inchoauit. Angelus autem qui predictum custodem ducebat eidem visionem exposuit asserens virginem in prima acie matrem dei esse. Vestitum de pilis camelorum Iohannem baptistam cum patriarchis simul et prophetis pontificali ornatum habitu petrum cum ceteris apostolis milites martires turbam reliquam confessores. que ideo omnes ante regem venerunt ut pro honore sibi hac die a mortalibus exhibito gratias agerent et pro orbe vniuerso orarent. Deinde ad locum alium ipsum duxit et vtriusque sexus homines alios in stratis aureis alios imbrises gaudentes diuersis delictis alios nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit autem hunc purgatorium locum esse abundantes vero animas illas esse quibus ab amicis per multa suffragia copiose subueniebatur egentes vero esse quorum circa nullatenus habebatur. Iussit ergo ut omnia summo pontifici intimaret ut post festum omnium sanctorum diem statuerunt animarum ut saltem generalia suffragia pro illis illa die fierent qui specialia habere nequirent.



Ommemoratō omniū
fidelium de
functorum hac die
in ecclesia fieri insti-
tuta est vt generali-
bus beneficijs adiu-
uentur qui specialia
habere non p̄ualent
sicut in predicta re-
uelatione mōstratū
est. Ait q̄ petrus da-
miani q̄ sanctus odi-
lo compiens quod
apud vulcanum sicut
lie creb° voces ⁊ vlu-
latus demonum au-

diebantur plagentium q̄ anime defunctorū per elemosinas ⁊
oraciones de eorum manibus eripiebantur ī suis monasterijs
ordinauit vt post festum oīm sanctorum fiet cōmemoratio de
functorum quod fuit post ab omni ecclesia approbatum. De
duobus autez hic specialiter videri potest Primo de ipsis pur-
gandis. Secundo per quos purgantur. Tertio vbi purgātur.
Illorum autem qui purgātur tria sunt genera. Primi qui sa-
tisfactione sibi iniuncta nondum completa decedunt Verup-
tamen si tantam haberent cordis contritionem que sufficeret
ad delendum peccatum. liberi ad vitam transirent etiam si sa-
tisfactionem minime p̄lessent. quia contritio est maxima p̄
peccato satisfactio ⁊ maxia peccati dilectio Tero Apud deuz
non tam valet mensura temporis quā doloris nec abstinentia
tantum ciborum quā mortificatio vicioz. Sed qui non adeo
conteruntur ⁊ ante completionem penitentie moriuntur igne
purgatorij ḡuissime p̄munt n̄ forte eoz satisfactio ab aliq̄b̄
caris suis perficienda assumat Ad hoc tñ q̄ p̄dicta smutatio
valeat. iiii. requirūt. Primū ē ex pte smutātis. s. ei⁹ auctoritas
q̄a de sacerdotis auctoritate debz fieri. Secūdū ē ex pte illi⁹ p̄
q̄ fit smutatio. s. ei⁹ necessitas. q̄a ī tali statu debz esse q̄ p̄ se sa-
tisface n̄ v3 s̄ adiuuari idigz. Tertiu ē ex pte illi⁹ ī que fit smu-
tatio. s. caritas q̄a necesse ē ipm eē ī caritate q̄ facit ipaz satisfac-
tionē eē meritoria. Quartū ē ex pte pene scz debita. p̄portional
vt videlicz mior p̄ea smutez ī maiore q̄a plus satisfacit deo pe-
na p̄pa q̄ aliēa. Est enī triplex p̄ea. s. p̄pa ⁊ volūtaria ⁊ h̄
maxie satisfacit Secūda ē p̄pa ⁊ n̄ volūtaria q̄ ē ī purgatorio
Tertia ē volūtaria s̄ nō p̄pa. sicut ē ī p̄dicta smutatio. ⁊ hec

est propria et magis quam secunda ex eo quod est voluntaria Veruntamen si iste pro quo satisfactio est assumpta decedit nihilominus cum in purgatorio cruciatur. sed tamen pro penam quam ipse sustinet et quam alij pro eo solvunt. citius liberatur. quam niam dominus et penam suam Et penam illorum in sortem commutat putat. Unde si debuit in purgatorio penam duorum mensium sustinere talis sic poterit iuvari quod liberaliter vno mense Nunquam tamen inde eripitur quousque debitum sic solutum Quo soluto illud debitum quod soluitur deinceps est ipsius qui facit Et in finem eius convertitur et si ipse non indiget convertitur in finem ecclesie. Vel valet alijs qui in purgatorio sunt. Secundi qui in purgatorio descendunt sunt qui satisfactionem quidam qui iniunctam implerunt. sed tamen illa pena ignorantia vel negligentia sacerdotis officio non fuit. Hij enim si magnitudo stritionis suppleat totum in purgatorio implerunt. quod misericorditer in hac vita fecerunt. Deus enim qui modos et mensuram peccatorum et penarum novit addit penam sufficientem ne aliquod peccatum impunitum remaneat. Unde penitentia iniuncta aut est maior aut equalis aut minor Si maior tunc illud quod plus fecerit cedit ei ad augmentum glorie. Si equalis tunc sufficit ad dimissionem totius culpe Si minor tunc illud quod restat suppletur ex virtute divine iusticie De hijs vero qui in fine penitent audire quid Augustinus sentiat Baptisatus ad horam securus hinc exit fidelis bene vivens securus hinc exit Agens penitentiam et reconciliatus cum sanus est Securus hinc exit Agens penitentiam ad ultimum et reconciliatus si securus hinc exit. Ego non sum securus Ergo tene certum et dimitte incertum. Hec autem ideo dicit Augustinus. quia tales consueverunt potius penitere ex necessitate quam ex voluntate potius timore pene quam amore glorie Tertij qui in purgatorium descendunt. sunt qui lignum fenem et stipulam secum ferunt quod scilicet circa suas divicias infra tamen deum carnali tenent affectu Affectiones enim carnales quibus deliti sunt domibus coniugiis possessionibus. ita tamen ut nihil deo preponant illis tribus significant quod secundum suos amandi modo vel divitijs vel lignis. vel minimam ut stipula cremabuntur quod ignis sicut dicit Augustinus et si eternus non sit miro tamen modo est gravis. excellit enim omnis penam quam unquam passus est aliquis in hac vita. nunquam in carne inventa est tanta pena licet mirabilia martires passi sint tormenta Circa secundum per quos se purgatur. sciendum quod illa purgatio et punitio fit per malos angelos et non bonos. Boni enim angeli non vexant bonos sed boni malos et mali bonos et mali malos Pie tamen credendum est quod boni angeli fratres et concives

suos frequenter visitant & consolantur & ut patienter sufferat
exhortantur Habent etiam aliud consolationis remedium ex
eo scilicet quod certi gloriam futuram expectant. Habent enim
certitudinem de gloria misericordie tamen quam illi qui sunt in patria. sed ma
iorem quam illi qui sunt in via. Certitudo enim illorum qui sunt in patria
est sine expectatione & timore. quia nec illam futuram expectant
cum presentem habeant nec illam de cetero amittere formidant
Certitudo autem illorum qui sunt in via e contrario est Sed cer
titudo illorum qui sunt in purgatorio medio modo est. Est enim
cum expectatione. quia ipsam futuram expectant Sed est sine ti
more quia cum habeant liberum arbitrium confirmatum de
cetero se peccare non posse agnoscunt. habent etiam aliam consolatio
nem Quando pro se suffragia fieri credunt. Forte tamen verius est quod
illa punitione non fit per malos angelos. sed diuina iusticia iu
bente & flatu eius succedente. Circa tertium ubi. scilicet purgantur
sciendum est quod purgantur in quodam loco iuxta infernum po
sito. qui purgatorium dicitur secundum positionem plurimorum
sapientum licet alijs videatur quod sit in aere & in torrida zona. Sed
tamen per diuinam dispensationem diuersa loca diuersis ani
mabus aliquando deputatur. & hoc multiplici de causa scilicet
aut propter eorum leuem punitionem aut propter eorum celerio
rem liberationem aut propter nostram instructionem aut propter
culpe in loco perpetracionem. aut propter alicuius sancti ora
tionem. Primo propter eorum leuem punitionem sicut aliqui
bus secundum Gregorium reuelatum est animas quasdam in umbra
punitas esse. Secundo propter eorum celerio rem liberationem
ut. scilicet possint alijs suam indigentiam reuelare & ab eis suffragia
petere & sic celerius de pena exire sicut legitur Quidam pesca
tores beati theobaldi in autumnno frustrum magnorum glaciei
pro pisce prendiderunt de quo magis quam de pisce gauisi ma
xime quia episcopus dolore pedum laborabat & ipsam glaciem eius
pedibus supposuerunt & magnum ei refrigerium prestabat Qua
dam vero vice de glacie hominis vocem audiuit qui ab episcopo
adiuratus quis esset dixit. Sum quedam anima. que in hoc
gelicidio pro peccatis meis affligor & liberari possem si. xxx.
missas sine interuallo. xxx. diebus continuis diceres Qui cum
missarum medietatem dixisset & se iam ad missam aliam prepa
rasset dyabolica suggestione contigit quod fere omnes homines
illius ciuitatis inter se bella mouerent Unde vocatus episcopus ad
sedandam discordiam. sacras deponens vestes missam illa die
pretermisit Iterum reuoluens & iam duas partes complens
excitatus magnus ut videbatur ciuitatem obsedit & impulsus misse
officiu intermisit & deinde reuoluens cum omnibus ultimis excepta dixisset
& ultimam inchoare vellet tota villa & domus episcopi accensa est.

Cui cum serui dicerent vt missam intermitteret. Ille dixit Si
tota villa cremari deberet missam non dimitterem Qua cele/
brata glacies protinus resoluta est & ignis quã se vidisse cre
debant tãq̃ fantasima recessit & nullum damnum intulit. Ter
tio propter nostram instructionem vt. s. magnam penaz post
hanc vitam infligi peccantibus agnoscamus sicut pisius cõ
tigisse legitur vt ait cantor pisiensis Magister enim silo quẽ/
dam suum scolarem socium egrotantem obnixe rogauit ut
post mortem ad se rediret & statum suũ sibi renũciaret post
aliquod igitur dies sibi apparuit cũ cappa de p̃gameno tota
de sophismatibus descripta & intus flamma ignis tota tecta.
Qui r̃quisitus a magistro quisnam es. ait ille vtiq̃ sum qui
ad te rediri promisi Qui de statu suo requisitus ait Hec cap
pa plus super me ponderat & plus me p̃mit q̃ si vnã turri
super me haberem & est mihi data vt eam portem pro gloriã
quã in sophismatibus habui Porro flamma ignis qua coop
ta est pelles sunt delicate & varie quas ferebam que flamma
me cruciat & exurit Sed cum magister illam penam facilem
iudicaret dixit eidem defunctus vt manum extenderet & sic ei
dem defunctus vt manum extenderet & sic facilitatez sue pene
sentire posset Cũq̃ manum extendisset ille gurta vnã sui
sudoris dimisit que predicti magistri manum sagitta cici? p/
forauit in qua cruciatum mirabilem sensit. & ait talis sum to
tus. Ille igitur magister ex illi? pene acerbitate p̃territus se
culum liberauit deserere & religionem intrare Vnde inãe sco
laribus congregatis hos versus composuit. Linquo coax ra
nis. cras corius. vanaq̃ vanis. Ad logicam pergo que mortis
non timet ergo Et sic seculum deserens ad religionem cõsu
git. Quarto propter culpe in loco perpetrationem sicut aliqñ
secundum augustinum. Anime puniũtur in locis in quibus
deliquerunt. sicut patet per illud exemplum q̃ recitat Greg.
in. iiii. dial. quidam nãq̃ presbiter dum balneum frequẽtarz
quendam virum incognitum ad suum obsequiũ p̃paratum
inuenit qui semper sibi sedule ministrabat. Qui dum quadã
die pro benedictione & laboris mercede quendam panem be
nedictum sibi exhiberet. Ille merens respondit. mihi ista q̃re
das pater Iste panis sanctius est. ego autem manducare non
possum. ego enim aliquando huius loci dominus fui. s. p̃ cul
pis meis hic post mortem meam deputatus sum. Sed queso
vt omnipotenti deo hunc panem pro peccatis meis offeras.
Tunc autem te exauditum cognosce. cum huc ad lauandum
veneris & me minime inueniris. Presbiter autem per vnã eb
domodam salutarem per eo cottidie obtulit & reuersus eum

nime iueit. Quāto, ppter alicū scī orōez sicut legīt q̄ scūs p̄tri/
ci i q̄dā loco i terra q̄bdā purgatoriū ipetrauit c̄d hystoriaz
post festuz sancti h̄ndicti r̄peries. Circa hm q̄ ē de suffragiis
tria vidēda sunt. Primo de ipsis suffragiis que fiunt. Secun
do de hijs pro quibus fiunt Tertio de hijs per quos fiunt
Circa suffragia que fiunt. Notandū q̄ quatuor sunt genera
suffragiorū que maxime defunctis prosunt. scilicet fideliz
& amicorū oratio. elemosinaz largitio salutatis hostiē im/
molatio & ieiunioz obseruatio Quod primum genus suffra
giorū scilicet amicorū eis proffit. patet per exemplū de pasca
sio de quo grego. in quarto li. dyal' narrat q̄ euz vir mire san
ctitatis & virtutis extiterit & duo tunc in summos pontifices
electi. fuissent sed tamen postmodum in vnum illozū ecclia
genuisset. Ipse tamen pascasius. q. ex errore aliū semp ptulit
& in hac sententia vsq; ad mortem permansit. Qui cum esset
defunctus & dalmaticam feretro super. positam demoniacū te
tigisset. statim sanatus est. Post multum vero temporis euz
germanus capuanus episcopus balneū ob gratiam sanitatis
petisset predictū pascalium dyaconē stantē. & obsequētem in/
uenit. Quo viso vehementer extimuit & quid illic tantus vir
faceret inquisiuit Quod pro nulla alia causa se i illo loco pe
nali deputatum asseruit. nisi quia i illa tali cā plus iusto sen/
sit Et addidit dicens Queso te pro me dñm deprecare atq; i
hoc cognosces q̄ exauditus sis si huc rediens me non iuene/
ris Qui cū pro eo orasset & illuc post paucos dies rediss; pre
dictum pascalium in loco eodem minime inuenit Petrus q̄
climiac. ait q̄ cum quidā sacerdos cotidie. pro mortuis cele
braret ex hoc apud episcopū accusatus. ab officio est suspē/
sus Cū aut epūs in magna solemnitate per cimiteriū ad ma/
tutinas pgeret. extra illū mortui surrexerūt dicētes. iste epūs. in
super sacerdotem nobis abstulit. s; certe non emendauerit mo
rietur qui & sacerdotem absoluit & libenter pro mortuis cele
brauit. q̄ grate etiam sunt defunctis orationes viuorū patet
per hoc qm̄ quidā vt refert cantor p̄sienh̄ dum per cimiteriū
transiret semp p̄s. de pfundis dicebat pro defunctis. Qui cū
ab inimicis p cimiteriū fugiēs iseq̄ret otinuo mortui surrex
erunt & vnusquisq; instrumentū sui officij i manu hēbat & sic
ipm̄ viriliter. defenderunt & inimicos territos fugauerūt. q̄d
vero hm̄ genus suffragiorū scilicet elemosinarum elargitio
eis p̄ffit māifeste h̄ri p̄ ex eo q̄d i li. machab. legitur qm̄ vir
fortissimus iudas collatione facta. xij. milia dragmas argenti
misi ierosolimā offerri ea ibi pro peccis mortuorū iuste & re
ligiose de r̄surrectōe cogitās. q̄rtū etiā elēosine defūctis valeāt.
colligitur per exemplum q̄d narrat gre. in. iiii. dyalogorū.

Quidam nāq; miles ex corpore educus exanimis iacuit h̄ ci/
cius rediens que cum eo gesta fuerit enarrauit. Aiebat nāq;
q̄ pons erat sub quo niger & caliginosus fluuius & fetidus
decurrebat Transacto autem ponte amena erant prata odo/
riferis herbarum floribus exornata in quibus albatocum ho/
minum conuenticula esse videbātur quos varia & mira flo/
rum suauitas faciabat. hęc vero erat ī predicto ponte p̄bo vt
q̄squis iniustorum vellet transire in tenebroso fetētīq; fluuiio
laberetur iusti vero securo gressu ad loca amena peruenirent
ibiq; quendam petrum nomine deorsum positū magno ferri
pondere ligatum se vidisse asseruit qui duz̄ r̄quireret cur illuc
esset dictum est ei hęc idcirco patitur quia siquid ei pro faci
enda vltione iubebatur ad inferendas plagas plus ex crude/
litatis desiderio quam obedientia seruebat. T̄bi etiam quēdā
p̄grinum se vidisse fatebatur qui cum ad predictum pontē
ueniens tanta cum auctoritate transiuit quāta hęc sinceritate
vixit. Alter vero stephanus nomine trāsire voluisset eius pes
lapsus est & ex medio corpore iam extra pontem deiectus est.
Tunc a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus
per coxas deorsum atq; a quibusdam albatis & speciosissimis
viris cepit per brachia trahi sursum Cūq; hęc lucta fieret is
qui videbat ad corpus redibat & quis ī illo occulti arbiēs ex
amine obtinuerit scire non valuit. In quo datur intelligi q̄ ī
illo mala carnis cum elāz operatione certabant qui enim p̄
coxas deorsum p̄ brachia attrahēbantur sursum p̄ nimiruz
quia & elemosinas amauerat & carnis viciis perfecte non re/
stiterat. Quod autem tertium genus suffragiorum scilicet sa
cere hostio imolatio plurimum defunctis profit ex multis ex
emplis apparet. Refert igitur Greḡ. in. iiii. li. dyal. q̄ cum q̄/
dam monachus suus nomine iustus ad extremū veniēs tres
se occultos aureos indicasset habere & de hoc ingemiscēs mor
tuus fuisset precepit grego. fratribus vt corpus eius cū tribus
aureis in sterquilinio sepelirent dicentes. pecunia tua tecum sit
in perditione Tandem cuidaz̄ a fratribz̄ grego. p̄cepit vt vsq;
ad. xxx. dies omni die pro eo hostiam imolaret Qui cū iussa
compless̄ Is qui defunctus fuerat cuidaz̄ fratri apparuit. quē
frater requisuit dicens Quomodo es. Cui ille respondit nūc
vsq; male fui sed iam modo bene sum quia hodie 9̄munionez
recipi hoc autem hostie imolatio non solum mortuis h̄ etiaz
vuis plurimum profuisse inuenta est. Quidam nāq; cum in
q̄dam rupe argentum foderent subito rupes cecidit & fundi/
tus eunctos extinxit. Vnus autem eoz̄ subtus ī quodā sinu
ipsius rupis mortem euasit. Inde tamen exire non valuit.

Vxor autem illius eum defunctum existimans omni die pro ipso missam celebrari faciebat & panem vnum & vrceū vini cum cātela cotidie offerebat. Cui dyabolus inuidens per tres dies continuos eidem in forma humana apparuit & quo tenderet requisivit Cui cū illa sui itineris causā expōeret Ille aiebat Noli frustra vexari quia iam missa celebrata est. & sic illa tribus diebus missam intermisit nec ipsam celebrari fecit. Quidam autem post hoc in predicta rupe argentum fodiens quādam vocem audiuit subitus dicentem. Plane percucias quia capiti meo imminet magnus lapis. Cum autem ille tremere & ad hanc vocem audiendam plurimos uocasset. iterum fodit & similiter vocem audiuit. Tunc omnes propius accedentes dixerunt. Quis enī es tu? Qui respondens dixit. plane faciatis quia magnus lapis. q. super me cadit. Quia latere fodientes & ad eum vsq; peruenientes eum sanum & incolumem extraxerunt. Et sciscitantes quomodo ibi tamdiu vixisset dixit q. quilibet die panis vnus & vrceus vini & candela accensa nisi tantum tribus diebus sibi oblati fuit. Quod vxor eius audiens & vehementer exultans agnouit q. de oblatiōe sua fuerit sustentatus & quod dyabolus eum deceperit. ne illis tribus diebus missam cantari fecerit. Illud ut testatur petrus cluniacensis accidit in villa nomine ferraria gratiopolitāe dyocesibus. Grego. etiam refert q. dum quidam nauta in mari naufragium perpeffus fuisset & quidam sacerdos pro eo hostiū imolasset ipse tandem de mare sanus exiuit. Cum autem qualiter euasisset interrogaretur dixit q. dum in medio maris existeret & iam pene fatigatus deficeret quidam ad eum venit & panem quēdam sibi obtulit. Quem cum ille comedisset statim confortatos vires recepit. Et in quadā nauī inde trāseūte receptus fuit. Inuentumq; est q. illa hōra pāem habuit qua pro eo sacerdos hostiam imolauit. Quod vero quartū suffragiorum genus. s. ieiuniorum obseruatio defunctis pro sit testatur greg. agens tam de isto q. de alijs tribus dicēs. Anime defunctorum quatuor modis soluūtur. aut oblationibus sacerdotū. aut precibus sanctorum. aut carorum elemosinis. aut ieiunio cognatorum. Valet nihilominus pro eis penitentia facta ab amicis. vnde retulit quidam solemnī doctor q. cū quedā mulier viro mortuo de paupertate desperat. appruit ei dyabolus dicens q. eam ditaret si suam faceret voluntate. Cui promittenti primo iniunxit ei viros ecclesiasticos in suo hospicio receptos faceret fornicari. Secūdo q. paupes in die reciperet & in nocte expelleret. Ter. q. oēs in ecclia garriō impediret.

Quarto q̄ nulli hoc cōfiteri deberet de hoc & tandem cū mortū
appropinquasset ⁊ a filio ad confessionem admoneretur Illa
ei factum aperiens dixit se cōfiteri non posse. nec sibi aliquid
cōfessio valeret sed cum ille cum lacrimis instaret ⁊ peniten
tiam se pro ea facturū promitteret illa spūctā p̄ sacerdote
filiū destinavit Sed anteq̄ sacerdos veniret demones ad eā
irruerunt quorūm hōrōre ac timōre percussa ea mortua est. fi
lius suus ⁊ peccatum matris cōfitens ⁊ penitentiā septennē
faciens Ipsa completa vidit matrem ei de sua liberatione gra
tias referentem Valent etiā eis indulgētie ecclesie. Vnde cū
quidam apostolice sedis. legatus quendam strēnuū rogaret
vt in terra albiē in seruitiū ecclesie militaret. facta indulgēti
a patri suo defuncto per vnam ibidem quadragenam mora/
tus est Qua completa pater luce clarior ei apparuit ⁊ de sua li
beratione gratias egit Circa tertium scilicet illos pro quibz
sunt quatuor videnda sunt Primo q̄ sunt illi quibz possunt
prodesse. Secundo quare debent eis prodesse. Tertio si omni/
bus equaliter profunt Quarto qualiter suffragia que p̄ ipis
sunt scire possunt. De primo qui scilicet sunt illi quibus pos
sunt prodesse Sciendum est q̄ sicut dicit Augustin⁹ omnes
qui de hac vita decedunt. aut sunt valde boni. aut valde malī.
aut mediocriter boni Suffragia igitur facta pro valde bonis
sunt gratiarum actiōes. pro valde malīs sunt viuorū qua/
lescūq; solationes pro mediocriter bonis sunt expirationes.
Valde autem boni dicuntur qui statim euolant & ab vtroq;
igne tam purgatorij q̄ inferni liberi sunt. Eorū autem sunt
tria genera. s. baptizati martires ⁊ viri perfecti qui. s. tam p/
fecte edificauerunt aurum argentū ⁊ lapides preciosos. i. dei
dilectionem proximi. amorem. & bonam operationem vt nō
cogitarent placere mundo sed tantum deo Qui & si q̄nq; ve/
nialiter peccant. feruore tamen caritatis ita ī eis peccatum cō/
sumitur sicut gutta aque camino ignis penitus absorbetur
& secum cremabilia nūq; ferunt. Qui igitur pro aliquo isto
rum trium generum oratet vel aliqua suffragia faceret eis in
iuriam faceret. quia sicut dicit Augustinus In iuriā facit mar
tiri qui orat pro martire. Si vero aliq; pro aliq; valde bono
exoraret de quo tamen an euolasset dubitaret tunc ille orati/
ones essent gratiarum actiōes & ad meritum cederent exorā
tis secundum illud. oratio mea in sinu meo conuertetur hijs
enim tribus generibus celū protinus aperitur cum decedūt
nec aliquem purgatorij ignem sentiunt quod significatiū ē
per illos tres quibz celum apertum est Apertum est enī xpo
baptizato Luce. iij. Ihesu baptizato ⁊ oranti ē celum apertū

per quod significatur q̄ celum apitur omnibus baptitatis
siue sint puuli siue adulti. Ita q̄ si hinc decederent protinus
euolarent Baptismus enim virtute passionis christi mundat
ab omni peccato & originali ⁊ mortali & veniali. Secūdo ap/
tū est stephano lapidato act. viij. ecce video celos apertos. ⁊ c̄
per quod significatur q̄ apitur oibus martiribus. ita q̄ statī
euolant q̄ decedunt & si aliqua cremabilia habebant omnia
falce martirij resecātur. Tertio apertum est Tobi p̄fectissimo
apoc̄. iij. vidi & ecce hostium apertum in celo p̄ quod signifi
catur q̄ viris p̄fectis qui totaliter penitentiam cōplerunt
nec venialia admiserunt. vel si aliquando admittūtur a fer/
uore caritatis protinus cōsumūtur. celum ipsum continuo
aperitur ⁊ mox in illud perpetuo regnaturi ingrediunt̄. val/
de autem mali sunt qui continuo sunt in inferni baratrum
demerguntur pro quibus si de eorum damnatione constaret
nulla suffragia aliquatenus essent fienda secundum q̄ dicit
Aug. Si scirem patrem meum esse in inferno non plus orare
pro eo q̄ pro dyabolo Si autem pro aliquibus damnatis de
quorum damnatione dubitatur aliqua suffragia fierēt. nihil
tamen eis prodesset nec quātum ad liberationem vt. f. ab ip̄is
penis liberent̄ nec q̄tū ad mitigatione vt. f. penez in eis miti/
getur vel diminuatur nec quātum ad suspensionem vt. f. ad
tempus vel ad horam eorum damnatō suspendatur. nec q̄tū
ad fortificationem vt. f. ad tolerandū leuius roborentur. quā/
tum enim ad aliquod horū in inferno nulla redemptio ē. Me
diocriter autem boni dicuntur q̄ cremabilia aliqua. f. lignum
fenum stipulam secum ferunt. vel qui penitentiam iniuctam
& sufficientem morte preoccupati complere non possunt qui
nec adeo boni sunt. quī suffragiis egeant. nec adeo mali quin
eis prodesse valeant. suffragia igitur facta pro hijs sunt eoz
expiationes. Vnde isti sunt illi quibz ipsa suffragia solum. p/
desse possunt. In huiusmodi aut̄ suffragiis faciendis ecclesia
osuevit triplicem numerum dierū maxime obseruare scilicet
septenarium. tricennarium. ⁊ anniuersarium. & ratio horū
affiḡtur in li. mitrali de offi. obseruat̄ septenarius vt anime
ad eternum quietis sabbatum perueniant. vel vt eis omnia
peccata que in vita egerunt que per septem dies ducitur. uel
vt remittātur eis. peccata que egerāt cuz corpore q̄d consistit ex
.iij. humoribz. & cum anima in qua sunt tres vires. Obseruat̄
tricennarius qui constat ex tribus denarijs vt purgetur ī eis
quicq̄d in fide trinitatis & in trāsgressione decalogi deliquit̄.
Obseruatur anniuersarius vt de annis calamitatis perueniat
ad annos eternitatis. Sicut enim anniuersarium sanctorum
celebramus ad ipsorum honorem & ad nostram vtilitatem

Sic & anniuersarium defunctorum ad ipsorum utilitatem & nostram deuotionem . De secundo queritur quare scilicet eis debent suffragia prodesse. Sciendum q̄ triplici ratione debent eis prodesse. Primo ratione unitatis. Sunt enim vnum corp⁹ cum illis de ecclesia militante & ideo bona sua debent eis esse comunia . Secundo ratione dignitatis quoniam dum adhuc viuerent meruerunt vt hec sibi prodesse . Et ideo dignum ē vt qui alios iuuerunt & ipsi ab alijs iuuentur. Tercio ratione necessitatis quia scilicet sunt in statu in quo se iuuare non possunt. De tercio vtrum scilicet equaliter omnibus profint. Sciendum q̄ si ipsa suffragia in speciali sunt magis profunt illis pro quibus specialiter fiunt q̄m alijs. Si autem in communi sunt magis profunt eis qui plus meruerunt in hac vita vt sibi prodesse . Si in equali vel maiori necessitate exsunt. De quarto qualiter sc̄ suffragia que eis fiunt scire possunt. Sciendum q̄ secundum Augustinum. scire possunt trib⁹ modis. Primo per diuinam reuelationem quoniam scilicet deus hoc eis reuelat. Secundo per bonorum angelorum manifestationem. Angeli enim qui hic semper nobiscum sunt & omnes actus nostros considerant in instanti quasi ad eos possunt descendere & eis protinus nunciare . Tercio per animarum hinc exeuntium intimationem. anime enim que de hoc mundo trāseunt hec & alia eis nunciare possunt. Quarto nichilominus scire possunt per experientiam & reuelationem . Cum enim a penis se reuelati sentiunt suffragia per se fieri cognoscunt. Circa tertium scilicet illos per quos fiunt. Sciendum q̄ ipsa suffragia si prodesse debent . Oportet q̄ fiant ab hijs qui sunt in caritate. Nam si per malos fiunt prodesse non possunt. Vnde legitur q̄ dum quidam miles in lecto cum vxore esset & luna valde lucens per rimas intraret mirabatur quomodo homo rationalis creatori suo non pareret cum eidem creature irrationales parerent . & dum cuidam militi defuncto qui sibi fuerat familiaris detraheret subito ille qui mortuus fuerat in thalamum introiuit & dixit illi Amice noli male suspirari de aliquo. & condona mihi siquid in te peccaui. Cumq; super statu suo interrogaretur dixit. varijs penis affligor precipue q̄a tale cimiterium violauit. & ibi quendam vulnerans eum cappa expoliaui sua . que mihi supponitur & vno monte magis me premit rogauitq; vt pro se orationes fieri faceret . Cum autē sibi diceret. an vellet q̄ a tali & tali sacerdote ipsas orationes faceret fieri. Ille ad hoc nichil Respondit caput more rennuētis percussit. Deinde dixit . si vellet q̄ talis heremita pro se oraret. Cui ille vtinam pro me oraret . Quod cui; se facturū pmittet

Et ille ait. Et ego dico tibi. quia ab hac die usque ad duos annos Tu etiam morieris. Sicque illi disparuit et miles vita sua in melius mutata in domino obdormiuit. Quod autem dictum est suffragia facta per malos prodesse non posse. Intelligendum est. nisi sint opera sacramentalia. ut est celebratio missae que a mala ministro violari non potest. Vel nisi ipse defunctus vel aliquis eius amicus. Aliquibus etiam malis aliqua dispensanda reliquisset. Que tamen continuo dispensare debent. ne sibi contingat quod cuidam contigisse legitur. Miles enim quidam karoli magni cum mauris pugnaturus rogauit cognatum suum ut si in bello moreretur equum suum venderet et pauperibus precium daret. Quo mortuo cum equus sibi nimis placeret eum sibi retinuit et post modicum temporis defunctus ei tanquam sol fulgeus apparuit dicens. Cognate bone per octo dies me fecisti pati penas in purgatorio propter equum cuius precium ut dixeram pauperibus non dedisti. Sed ipse non feres. hodie enim ferent animam tuam in infernum dyaboli et ego purgatus vado in regnum dei. ecce subito in aere auditus est clamor velut leonum vesorum luporum et ipsorum de medio abstulerunt.

De quatuor coronatis.



Quatuor coronati fuerunt. Seuerus seuerianus corporatus. et victorinus qui iubente dyocleciano usque ad mortem idibus plubatorum cesi sunt. Horum nomina cum repiri non possent que tamen post multos annos domino reuelante reperita sunt. statutum fuit ut eorum memo-

ria sub nominibus aliorum quinque martirum scilicet claudij Castorij Simphoriani Nichostrati et Simplicij recoleretur. Qui post duos annos a martirio predictorum passi sunt.

Isti enim martires cum omnem sculpture artem haberent a dyocleciano ydolam sculperere nollēt nec sacrificare aliquatē? osentirent iussu ipsius dyocleciani in loculos plumbe os viui missi sunt a sic in mare precipitati circa annos dñi.cclxxxvij Sub nominibus igitur istorum.v. statuit melchiades papa predictos.iiij.cōonatos vocari ante s. quā eorum nomina reperirentur. Et licet postmodum nomina reperta fuerūt. vsus tamen obtinuit vt.iiij.cōonati deinceps vocarentur.

De sancto theodoro.



Theodorus in vrbe manitanoꝝ sub dyocleciano & maximiano martirum passus est. cui cum preses diceret q̄ sacrificaret a priſtinam miliciam reciperet. Respondit Theodor⁹ Ego milito deo meo & filio ei⁹ ihesu cristo: cui p̄ſes Ergo de⁹ tuus filiū habet Cui theodor⁹ etiā. ad quē preses Possem⁹ eū

cognoscere. Et theodorus Eum utiq; potestis cognoscere & ad eum accedere Datis igitur inducijs sancto theodoro vt sacrificaret templum martis deorum noctu sanctus itroiuit a igne supposito totum illud succendit Quia quodam qui hoc vidit accusatus in carcerem vt fame ibi mōeretur reclusus ē. Cui dominus apparens dixit. Cōfide seruus meus theodore quia ego tecum sum. Tunc turba de albatōrum virōꝝ clauso hostio ad eum veniens cum eo psallere cepit Quod iterū videntes custodes teriti fugerunt. Cum autem inde educ⁹ fuisset a ad sacrificia mutaretur ait. Si carnes meas igne cremaueris & varijs consumas supplicijs donec fu erit spirit⁹ in naribus meis non denegabo deum meum. Tunc ad preceptum presidis in ligno suspenditur & vngulis ferreis tā crudeliter latera eius raduntur vt etiam coste nudarentur. Ad

quem preses Vis theodore nobiscū esse aut cū xpo tuo Cui ille Cū xpo meo & fui & sum ⁊ ero .Tunc iussus est igne cremari .In quo quidē igne spiritū emisit Sed tamē corpus ei⁹ ab igne illesum pmanit circa annos dñi lxxxvij .Odre vero suauissimo omnes repleti sunt ⁊ audita est vox dicens .Veni dilecte mi intra in gaudiū dñi tui Celū qđ apertū ml̄i viderūt
De nomine .



Artinus quasi martē tenēs id est bellū contra vicia & peccata .vel martinus .q . martirū vnus Fuit enī martir saltē voluntate & carnis mortificatiōe .vel martinus interpretat irritans vel puocans seu dominās ipse namq; per meritū sue sanctitatis irritauit dyabolū ad inuidiā puocauit dñm ad misericordiā domīa tus est carni sue p maceracionē cōtinuā .cui scz carni racio siue animus dominari debet vt dicit dyonisius in epistola ad demophilū .Sicut dominat dñs seruo aut pater filio .aut senior lasciuio iuuenulo .Eius vitam seuerius cognomēto supplicius discipulus sancti martini quē gennadius int̄ illustres viros connumerat scripsit .

De sancto Martino .



Martinus fabrie pānomo/rū opido oriundus sed intra italiā papie alit⁹ cū p̄e suo tribuno milituz .sb̄ cōstantino ⁊ iuliano cesaribz militauit .nō tamen sponte q̄a ab infancia diuinitus inspiratus .cū esset annorū duodecim inuitis parentibz ad ecclesiā fugit ⁊ cathecuminū se fieri postulauit & ex tunc heremū intrass; nisi carnis in firmitas

obstetisset .Sed cum cesares decreuissent vt veteranorū filij p patribz militaret Martinus cū esset annorū quindecim ad

militandum vrgeretur vno tantū contentus seruo cui tamen martinus seruiens sepius minil trabat & calciamēta detrahebat atq; tergebat Quodam hyemali tempore per portam ambienſium tranſiens pauperem quendam nudum obuium habuit . qui cū a nullo elimoſinam accepiſſet martinus hunc ſibi ſeruatum intelligens arepto enſe clamidemq; ſibi ſuperat diuidit & partem pauperi tribuens reliquā partem tuſum induitur Sequenti igitur nocte criſtū clamidis ſue qua pauperem texerat parte veſtitum . vidit criſtumq; ad circūſtantes angelos ſic loquentem audiuit . Martinus adhuc cathecuminus hac me veſte contexit Vnde vit ſanctus in gloriam nō elatus . ſ; dei bonitatem cognoſcens cū eſſet annorum decem & octo baptizari ſe fecit & adhuc ad inſtantiam tribuni ſui q̄ tempore ſui tribunatus expleto ſe ſeculo ab renunciaturum ꝑmittēbat ꝑ byennium militauit . Interea irruentibus intra gallias barbaris . Iulianus ceſar contra eos pugnaturꝑ pecuniam miliibus erogauit . At martinus nolens deinceps militare donatiuum recipere noluit ceſari dixit . criſti ego miles ſum . pugnare mihi non licet Indignatus Iulianus dixit q̄ non religionis gratia . ſ; metu belli imminentis milicie renūciaret Cui martinus intrepidus reſpondit . ſi hoc ignauie non fidei aſcribitur craſtina die ante aciem inermis aſtabo & in nomine criſti ſigno crucis non clipeo proteſtus aut galea hoſtium cuneos penetrabo ſecurus Vnde cuſtodiri iubetur vt inermis vt dixerat barbaris obiceretur . Sed die ſequenti hoſtes legationem miſerūt ſua omnia ſeq̄dantes Vñ non dubiū eſt meritis ſancti viri talem victoriam ſine ſanguine datam eſſe Exinde relicta milicia ad ſanctum hylarium pictauenſem episcopū perrexit & ab eo acolitus ordinatus moneē a dño per ſoporem vt parentes ſuos adhuc gentiles viſitaret . Profeſtus igitur multa aduerſa paſſurū ſe eſſe predixit . Nam in alpes incidit in latrones Cūq; vnus ſecurim in caput eius vibraſſet . idum ferientis dextre ſuſtinuit alter . Vinctis poſt tergum manibus vni eorum cuſtodendus traditur . Percunſtanti vero latroni an timuiſſet Reſpondit nūq; ſe . ita fuiſſe ſecurū quia ſciret miſericordiam dei maxime in temptationibꝑ affuturam . Incipiensq; latroni predicauit . Et ipſum ad fidem criſti conuertit . Qui martinum ad viam reducēs laudabiliter poſtmodū vitam finiuit . Cū autem mediolanū ꝑciſſet dyabolꝑ i humana ſpe ſibi obuiꝑ fuit & q̄ tenderet reſſiuit . Cui cū rñdiſſet q̄ eū dñs vocaret tēderet . ille ait . Quocūq; ieris dyabolꝑ tibi aduerſabit . Cum aut martinus ſibi reſpondiſſet

Dominus mihi adiutor nō timebo qđ faciat mihi homo statim
 ille euauit. Itaq; matrem conuertit pater vero in errore per
 mansit Sed cum heresis arriana per totum orbem pullularet
 & ille pene solus obsisteret publice cessus & deciuitate eiectus
 mediolanū redijt & ibi sibi monasteriū statuit s; inde ab Arri
 anis eiectus ad insulam gallinariā cum vno solo presbitero p
 rexit vbi elleborum gramen venenatum inter alias herbas in
 cibum sumpsit & vicinam mortem senciens omne periculum
 & dolorem virtute oracionis fugauit. Audiēs vero qđ beatus
 hylarius de exilio rediret obuiam ei profectus est & iuxta pic
 tauum monasterium ordinauit vbi cum quendam adhuc ca
 thecūinum haberet parūp a monasterio discedens ei rediens
 repit eum sine baptismo defundum Quem in cellam ducēs &
 super eius corpus se prosternens ipsum sua oracione ad vitā
 pristinam reuocauit Idem vere homo referre cōsuevit qđ dū
 super eum data sententia obscuris locis deputatus fuisset per
 duos angelos iudici est suggestum hunc esse pro quo marti
 nus oraret Iussim est igitur vt per ipsos duos reduceretur &
 martino viuus redderet Alium insup qui laqueo vitā finierat
 vite restituit. Verum cū plebs turonica epō careret ipm plu
 rimum renitentē sibi ordinari pecijt Quidam autē ex epīs qui
 guenerant eo qđ deformis esset habitu & vultu despectibilis resi
 stebant Inter quos precipuus fuit quidam nomine defensor
 Sed cū lectōr tunc deesset quidā accepto psalterio primū quē
 inuenit psalmū legit vbi versus hic erat Ex ore infanciu & lac
 tancium deus p̄fecisti laudem vt destruas inimicū & defensorē
 Et sic defensor est ab oībus ḡfutatus. Ordinatus itaq; epus
 cum populi tumultū nō ferret duob; fere milib; extra urbem
 monasteriū ḡstituit vbi cū .lxxx. discipulis in multa abstinē
 tia vixit Nā ibi vinū nemo biberat nisi quē infirmitas coegis
 set mollior h̄tus sibi p̄ crimie erat Plurime ciuitates de hīs
 epōs eligabant Cū qđam sub noie martiris colere & a mar
 tino nīl de eius vita vel merito inueniri posset quadā die sup
 sepulchrū stans orauit dñm vt quis esset vel cui? meriti indi
 caret. Conuersus ad leuā vidit vmbra nigerrimā stare Qui a
 martino adiuratus dixit se latronē fuisse & ob scelus per cul
 sum esse Continuo igiū martinus altare destrui p̄cepit. Legiū
 qđ in dyalogo seueri & galli discipulorum sancti martini vbi
 multa suppleta sunt q̄ in eius vita seuerus dimiserat qđ marti
 nus qđam tēpore valentinianū impatorē p̄ quadā necessitate
 adiit Sed ille sciens eū velle petere qđ ipē nolebat dare foēs
 palacij sibi claudi fecit. At martinus semel & iterū passus re
 pulsam cilicio obuolut; & cinere ḡpersus p̄ vnā ebdomedam

cibi & potus abstinentia maceratur. Tunc monente angelo ad palatium venit & nullo sibi prohibente ad imperatorem usque peruenit quem cum venientem videret iratus. quia fuisset admissus ei assurgere noluit donec sellam regiam ignis operiret & ipsum imperatorem a parte posteriori ignis succenderet. Tunc sancto martino iratus assurgens virtutem diuinam se sensisse confessus est multumque ipsum complectens sibi omnia antequam rogaret excessit. multaque munera obtulit Martinus non accepit. In eodem quoque dialogo. Legitur qualiter tertium mortuum suscitauit. Cum enim quidam iuuenis defunctus fuisset & mater pro resurrectione filii beatum Martinum lacrimis exoraret. Iste in medio campi ubi erat innumerable multitudo gentilium genua flexit. Et cunctis videntibus puer surrexit. Quapropter omnes illi gentiles ad fidem conuersi sunt. Eidem quoque viro sancto obediebant. etiam insensibilia vegetabilia & irrationabilia. Insensibilia sicut ignis & aqua. Nam cum in quodam phano ignem misisset in domo proxima ad herente agente vento flamma efferebatur. Tunc martinus super tectum domus ascendens obuium se aduenientibus flammis inferuit. Mox contrarium venti flamma retroquetur ut conflictus quidam compugnantium inter se elementorum videretur. Nauis etiam quedam cum periclitaretur ut in predicto dialogo legitur quidam negotiator nec dum christianus exclamauit. Deus martini eripe nos. Et statim tranquillitas magna successit. Similiter vegetabilia. Nam cum in quodam loco templum antiquissimum diruisset. & arborem pini dyabolo dedicatam vellet excidere obsistentibus rusticis & gentilibus vnus eorum dixit. si de deo fiduciam habes. nos hanc arborem succidemus & tu eam suscipe. & si tecum est deus tuus ut dicis euades. Quo adueniente succise arbori & iam versus eum ibidem ligatum cadenti signum crucis opposuit in aliam partem rediens rusticos. Qui in tuto loco erant vere oppressit quod viso miraculo ad fidem conuersi sunt. Irrationabilia quoque animalia sibi pluries obedierunt sicut legitur in predicto dialogo. Cum enim canes lepusculum insequentes vidisset. Imperat canibus. ut animal insequi desisterent. Mox illi constituerunt & quasi victi in suis uestigijs fixi manserunt. Serpens etiam quidam cum fluuium quandam natando transiret. Martinus ait ad serpentem. In nomine domini iubeo te redire. Mox se ad verbum sancti retroisit & in ripam aliam transmeauit. Et ingemiscens martinus ait serpentes me audiunt & homines non audiunt. Canis similiter tamen cuidam ex martini discipulis latraret. Ille ad eum conuersus ait. In nomine Martini. Tibeo te obmutescere.

Canis continuo obmutuit ac si linguam habuisset abscisam
 Fuit autē beatus martinus multe humilitatis Nam leprosu
 quendam cunctis horribilem parisiis obuium habens ipsū
 osculatus est atq; benedixit · statimq; mundatus est i sacra
 rio q; residens nunquam cathedra usus est Nam in ecclesia
 nemo vnquam eum sedere conspexit · Sedebat autem in sellu
 la rusticana · quos tripedes vocant · Multe dignitatis quia
 par apostolis dictus est · & hoc ppter gratiam spiritus sand
 ti que in eum in specie ignis robur descendit sicut fuit in apo
 stolis · Vnde et apostoli frequenter eum tanquam spem
 visitabant · Legitur enim in predicto dyalogo q; quadam vi
 ce dum Martinus in cella solus sederet · Et seruus & gallus
 eius discipuli pforibus expectarent subito mirabili scussi
 horrore · Plures in cella audiunt insimul colloquentes de q;
 tamen postmodum Martinum requisissent ille ait · Dicam
 vobis · Sed vos queso nulli dicatis Agnes tecla & maria ad
 me venerunt Nec tantū illo die sed sepius se ab eis gressus est
 visitari a petrum & paulum apostolos a se videri phibuit
 Multe iusticie cum enim ab imperatore nomine maximo in
 uitatus fuisset & martino poculum primo fuisset oblatum
 spectantibus cunctis vt post se regi tribueret prespitero suo
 dedit nullum estimans digniorem qui post se deberet bibere
 et indignum iudicans si aut regem aut regis proximos pre
 spitero pretulisset · Multe pacientie tantam enim in omnib;
 pacientiam seruabat · q; cum esset summus sacerdos i pune
 sepe a clericis ledebatur nec a sua eos ppter hoc caritate repel
 lebat · Nemo illum vnq; vidit iratum · Nemo merentem · Ne
 mo ridentem · Nunq; in illius ore nisi xps · Nunquā in illius
 corde nisi pietas · nisi pax · nisi misericordia inerat · Legitur
 quoq; in predicto dyalogo q; cum martinus quadam vice
 in veste hispida nigro & pendulo pallio circumtectus super
 asellum procederet equis econtra venientibus ex pauefactis
 militantes in terram saltu precipiti se dederunt a martinum
 arripientes grauiū verberauerunt · Ille aut mutus cedentib;
 terga prebebat · Sed magis illi furiebant eo q; ille · q; nō sen
 tiens verba illata stemnere videretur · protinus aut aīalia
 a deo humo fixa permanebāt vt quantumcumq; flagellata
 velut saxea moueri non possēt quicq; ad martinū redeuntes a
 peccatū suum q; ignorant in eum gmisferant gfitentes ille eis
 licenciam dedit et gradu scito animalia processerunt · Multe
 assiduitatis i orando qa vt in legēda sua dicit Nūq; vlla ho
 ra momētūq; pterijt q; nō aut oracioni aut lectioni incūberet
 Inter legēdū tñ & opandū nūq; anin.ū ab oratione laxabat

Nam vt fabris ferrarijs moris est que inter operandum pro quodā laboris leuamine incudem feriūt ita martinus dū aliquid ageret semp orabat . Multe austeritatis in seipo Refert enī seuer? in eplā ad eusebiū q̄ cū martinus in quandā suam dyocesim venisset ⁊ clerici lectū sibi plurio stramiē sparassēt ille ibidem requiescēs insuetam molliciem p̄ horrescit quippe q̄ nuda humo vno tm̄ cilicio supiecto cubare gsueuerat . ⁊ taq̄ p̄motus iniuria surgēs stramētū om̄e piccit ⁊ se sup nudā humū collocauit . Circa mediā vero noctē tota illa palea igne accendit ⁊ martin? excitat? dū exire temptaret h̄ neq̄ret ab igne capit ⁊ eius iā vestim̄ta vrunt . Rediens vero ad solitū orationis ḡfugit ⁊ crucis emittēs signacim in medio ignis itad? p̄mansit et flāmas sensit rotantes quas male exptus erat vrētes . Monachi igit̄ excitati concurrūt ⁊ martinū q̄ iā ḡsumptū putabāt de medio flāmarū illesum educūt . Multe cōpassiōnis erga delinquentes quia omnes volentes penitere cōpassiōnis sinu recipiebat . Nā ⁊ cū dya? martinū reprehēderet cur semel lapsos ad penitēciā recipet . eidem . Rñdit si tu ip̄e o miserabil' ab hominū infestacōe desisteres ⁊ te factorū tuorū peniteret . ego tibi ḡsifus in dño xpi misericordiā pollicerer . Mlte pietatis erga paupes . Legit̄ in predicto dyalogo q̄ martinū in q̄dā festiuitate ad ecclesiā tendentē paup̄ q̄dā nud? secut? est . Martin? aut̄ archidyacono p̄cepit vt egentē vestiret Sed cū hoc ille facere distulisset igress? martin? secretariū tunicā suā illi tribuit ⁊ ḡtinuo abscedere iussit . Cū ergo archidyaconus moneret vt ad solēnia pagenda p̄cederet ille de se loquēs Rñdit se ire nō posse donec paup̄ vestē accipiat archidyacō? vero nō intelligēs q̄a cū extrinsec? cappa tect? esset ip̄m nudū interi? nō videbat paup̄em nō adesse causat̄ . At ille Quid mihi inquit vestis deferat ⁊ paup̄ nō aderit vestiend? . Cōpuls? ille ad forū vadit ⁊ quinq; argēteis tunicā vilē ⁊ curtā q̄ dicit̄ penula quasi p̄ne nulla rapiēs añ pedes martini irat? proiecit . Quam ille secreto induit cui? manice vsq; ad cubitū ⁊ longitudo vsq; ad genu protendebatur ⁊ sic missam celebraturus procedit . Dum aut̄ missam celebraret globus igneus super caput ei? apparuit ⁊ a multis ibidem visus fuit . ob hoc par apostolis dicitur . Huic autem miraculo addit magister Ioannes belech . quod cum in missa manus ad deum vt moris est leuaret manicis lineis reth̄ro labentibus cum nec brachia eius essent grossa nec multum carnosa . Nec prefata tunica protenderetur nisi vsque ad cubitum remanserunt eadem brachia nuda . Tunc miraculose torques aurei ⁊ gemmati

deferuntur ab angelis . ⁊ brachia decenter operiuntur . Quē
 etiam tonsam quadam vice conspiciens euangelicum inquit
 mandatum ista compleuit . Duas tunicas habuit ⁊ vnā non
 habenti largita est . Ita et vos inquit facere debetis . Multe
 potestatis erga demones pellendos . Sepe enim ipsos demones
 ex hominibus expulit . Legitur etiam in dicto dyalogo q̄ q̄/
 dam vacca a demone agitata cum vbiq̄ seiret ⁊ multos cō/
 foderet et versus Martinum ⁊ socios in itinere furibunda cō/
 curreret . Ille manu eleuata ipsam sistere iubet . Qua in mo/
 bili permanēte vidit demonem dorso illius nisi dentem quem
 increpans discede inquit fineste de pecude ⁊ innoxim aīal a
 gitare desiste quo protinus discedente vacca ad eius pedes p/
 sternitur ⁊ ad eius imperium cū omni mansuetudine ad gre
 gem suū reuertitur . Multe subtilitatis erga eos cognoscēdos
 Demones enim ita conspicabiles reddebant vt aperte ab ipō
 sub quacūq̄ ymagine viderent . Nam interdū demon in iouis
 psonam plurimū mercurii . aliquando veneris vel minerue
 transfiguratum se eius militibus offerebat quos ille omnes
 suis nominibus increpabat . Mercurium maxime patiebatur
 in feltum . Iouem brutum atq̄ hebetem dicebat . Quam etiā
 vice dyabolus in forma regis purpura ⁊ dyademate ⁊ aureis
 caligis ornatus serena letaq̄ facie sibi apparuit . Cumq̄ diu
 ambo tacuissent cognosce inquit martine quem colis . Crist⁹
 ego sum descensurus ad terras . prius me manifestare tibi vo/
 lui . Ad hoc cū adhuc martinus admirans taceret . Rursus ait
 Martine . Cur dubitas credere cum me videas . Cristus ego
 sum . Tunc ille a spiritu sancto doctus ait . Dominus Ihesus
 xp̄s non se purpuratum inquit . Et dyademate renitentem
 venturum esse dixit . Ego xp̄m nisi in eo habitu ⁊ forma q̄
 passus est . Nisi crucis stigmata preferentem venisse nō credā
 Ad hanc vocem ille disparuit ⁊ totam cellā fetore cōpleuit
 Martinus autem obitū suū longe ante presciuit quam etiam
 fratribus reuelauit . Interea candatensem dyocesim causa se/
 dande discordie visitauit . Pergens ergo vidit mergos in flu/
 mine piscibus insidiantes ⁊ q̄sq̄ capientes . forma inquit hec
 demonū est insidiantur incautis capiunt nescientes captos de
 uorant saturari nequiunt deuoratis . Imperat igitur vt relicto
 gurgite desertas peterent regiones . Statimq̄ grege facto mō
 tes silvasq̄ petierunt . In illa igitur dyocesi . aliq̄ diu ymorat⁹
 virib⁹ corporis cepit destitui . ⁊ discipulis indicat se resolui
 Tūc omnes flentes cur nos inquit pater ⁊ seris aut cui nos
 desolatos relinquis . inuadent enim gregem tuum lupi rapa
 ces . Et ille eorum motus fletibus flens quoq̄ sic orauit

Domine si adhuc populo tuo sum necessarius . non recuso
laborem . fiat voluntas tua . Dubitauit enim pene quid mal
let . quia nec hos deserere nec a xpo volebat diucius seperari
Itaq; cum aliq; diu molestia febrili teneretur & a discipulis
rogaretur vt in lectulo suo vel in cilicio & cinere vbi decumbe
bat stramentu aliquod poneretur . Non decet inquit filij xpi/
anum nisi in cilicio & cinere mori . Ego si vobis aliud exēplū
relinquo ipse pecaui Oculis ac manibus in celum semp intē/
tus inuictum ab oratione spiritū nō relaxabat Et cū supinū
semp iaceret & a prespiteris rogaretur vt corpusculū muta/
cione lateris releuaret . Sinite me inquit fratres finite celum
pocius respicere quā terram . vt spiritus ad dominū dirigatur
Et hec dicens vidit dyabolū assistere . Quid hic inquit astas
cruenta bestia . Nihil in me funestū reperies . abrahe me finis
recipiet Et in hac voce sub archadio & honorio qui ceperunt
circa annum domini . cccc . xlviii . vite eius . lxxxii . spiritum deo
reddidit . vultusq; eius tanq; iam glōrificatus resplenduit ac
chœus angelorū ibidem stinens a mltis auditus fuit . Ad ei
transitum pictaui sicut turonici conuenerunt ibiq; magna
alteratio orta est . Dicebāt enim pictaui Noster est monach
Nos requirimus emendatum . Quibus illi nobis ablati no
bis a deo donatus . Nocte igitur media pictaui omnes peritus
sopiuntur . & sic aturonicis p fenestram eiectū p ligerim naui
gio ad urbem turonicam cū magno gaudio depœtat . Beatus
aut seuerinus coloniensis eps cum die dominica loca sancta
post matutinas mœe solito circuitet . Illa hora qua vir sanct
obiit angelos cantantes in celo audiuit . Vocansq; archidya/
conem interrogat si aliquid audiret & cū se nil audire diceret
& eps vt diligenter ascultaret moneret . cepit sursum collum
extendere . aures erigere & sup summis articulis baculo se su/
stentans stare . Sed dū eps p eo orasset quasdam in celo vo
ces audire se dixit . Cui eps . Dominus meus martinus est qui
migravit e mundo & nūc angeli eū in celum deferunt . Demo
nes aut affuerunt qui eū retinere voluerūt . Sed nihil suum
in eo repientes cōfusi recesserūt . Archidyaconus igitur diem &
horam notauit & tūc martinū migrasse agnouit . Seuerus etiā
monachus qui vitam eius scripsit cū post matutinas leuiter
obdormisset sicut ipse in quadā epla testat . Sanctus martinus
albis indutus vultu igneo stellantibus oculis crine purpureo
tenens librū i manu dextra quā de vita ei idē seuerus scripse/
rat eidem apparuit . Cūq; post benedictionē in celū ascendere
ipm videret & cū eo ascendere cuperet euigilauit . Post hoc aut
nuncijs venientibus eadē nocte factū martinū migrasse audiuit

Eo quoq; die sanctus ambrosius mediolanensis ep̄s missam
 celebrans super altare inter ꝑphetiam & epl̄am obdormiuit
 & cum nullus eū excitare presumeret & subdyacon⁹ nisi ip̄o
 innuente epl̄am non auderet legere. transactis duarum vel
 trium horarum spacijs excitauerunt eum dicentes. Iā hora
 preterijt & populus valde lassus exspectat iubeat dominus
 noster vt clericus epl̄am legat ad q̄s ille Nolite turbari Fraç
 enī me⁹ martin⁹ ad deū migravit & ego eius funeri obseq̄ū
 prebui. sed vltimam responsionē vobis excitantibus explere
 non valui Tunc illi diem ⁊ horam notantes inuenerūt sanctū
 martinū tūc migrasse ad celum Cappam eius vt ait magister
 Iobeleh. reges frantie in prelijs portare ꝑsueuerūt. Vñ ip̄ius
 cappe custodes capellani dicebantur. post mōtē aūt ei⁹ āno
 sexagesimoquarto cū beatus ꝑpetu⁹ eius ecclesiam magnifi/
 ce ampliasset ⁊ in eam corp⁹ ei⁹ transferre vellet semel ⁊ bis
 & tercio ieiunijs ⁊ vigilijs insistentes. sepulchrum eius nul/
 latenus mouere potuerūt Cumq; vellēt dimittere q̄dā senex
 pulcherrimus eis apparuit dicens. vsq; quo tardatis Non vi/
 detis sanctū martinū paratum iuuare vos si manu apponitis
 Tunc ille cum eis manus supposuit & cum summa velocitate
 sepulchrum leuauerūt & in loco vbi nunc colitur posuerunt
 Senex aūt ille post hoc nūq; ꝑparuit. Hec translatio in mense
 iulij celebratur. Fertur q̄ q; tunc duo focij erant. quorum
 vnus erat cecus & alter ꝑtractus. Cecus aūt ꝑtractū ferebat
 ⁊ ꝑtractus ceco manu demonstrabat Sicq; taliter mendican/
 tes multam pecuniam acquirebant. Audientes vero q; ad cor
 pus sancti martini multi sanabantur infirmi. cū intranslacōe
 eius corp⁹ circa ecclesiam ꝑcessionaliter ducerēt Timere
 ceperunt ne predictū corp⁹ iuxta domū vbi manebant duce/
 ret & sic ipsi fœsitan curarentur. Nolebant enim sanitatem
 consequi ne deperiret materia questus sui. Quapꝑter de illa
 cōtracta fugientes se ad aliam transferebāt perquam corp⁹
 nequaq; duci putabant dū ergo fugerent corp⁹ eius ex inꝑ
 uiso ꝑtinus obuiauērent. Et quia deus multa bona prestat
 mutis ambo contra eorum volūtatē continuo sunt curati.
 licet hoc plurimū tristarentur Ambrosi⁹ aūt de sancto mar
 tino Sic ait. Beatus martinus prophani erroris templa de/
 struxit Vexilla pietatis erexit. mōtuos suscitauit ab obsessis
 corp⁹ibus demonia seua exclusit ⁊ varijs laborantes languo
 ribus salutis remedio subleuauit. Qui ita perfectus inuētus
 est vt cristū texisset in paupere & veste quam egenus accepe/
 rat mundi dominum induisset. O felix largitas quam diui/
 nitas operatur O clamidis gloriosa diuisio que militē ꝑtexit


et regem . O inestimabile donū quod vestire meruit diuinita/
 tem . Digne huic domine confessionis tue premia contulisti
 Digne ei arrianorū subiacuit veritas . Digne amorē martiri
 persecutoris tormēta non timuit . Quid erit ꝑ oblatione intel/
 gri cōporis recepturus qui ꝑ quantitate vestis exigue deū
 vestire meruit & videre . Sic sperantibus contulit medicinam
 vt alios suplicationibus alios visu saluaret .



Bricius sancti
 martini dya/
 conus eius ꝑ
 plurimū emulꝑ mul/
 ta eidem sancto con i
 cia inferebat . Nā cū
 quidam pauper mar/
 tinum req̄reret dixit
 ei bricius . Si illum de
 litum queris ꝑspice
 eminus ille enim est q̄
 quasi amens celum re
 spicit . cū igitꝑ pauper
 a martino q̄ petierat
 accepisset vir sanctus
 bricium ad se vocans
 dixit An ego tibi deli

rus vidēꝑ brici . Quod cū ille preserecūdia se dixisse negaret
 Ait martinus . Nonne aures mee ad os tuum erant quando
 hoc eminus loquebaris . Amen dico tibi quia a domino obti
 nui vt mihi in episcopatu succedas Sed scias multa te in epi/
 scopatu aduersa passurum quod bricius audiens irridebat
 dicens . Nonne verum dixi istum delirum esse . Post mortem
 igitur martini bricius in episcopum est electus . qui deinceps
 oracioni vacabat & licet adhuc superbus . tamē corpore castꝑ
 erat anno autem episcopatus sui xxx . mulier quedam religio/
 ose vestita que eius vestimenta lauabat concepit & filium ꝑ/
 perit . Tunc omnis populus cum lapidibus ad eius ianuam
 congregatus est dicens . diu pietate sancti martini luxuriam
 tuam dissimulauimus . Sed iam nequaquam pollutas manꝑ
 osculari valemus . Illo autem viriliter hoc negante ad ducite
 ait ad me infantem . Quo allato cum xxx . esset dierum dixit
 ad eum bricius . Adiuro te ꝑ filiū dei vt dicas corā omnibꝑ
 si ego te genui . Et ille non tu inquit es pater meus . Populo

autem urgente vt quis esset eius pater requireret ille ait Non est hoc meum feci quod ad me pertinuit • Populus autem hoc totum magicis artibus attribuebat dicens Nequaquam nobis falso pastōris nomine dominaberis • Tunc ille pro sui purgatione prunas arduentes vsq; ad tumbā sancti martini cunctis videntibus depōrtauit • proiectisq; prunis vestis eius illesa apparuit • Et ait sicut hoc meum vestimentum a prunis mansit illesum • sic corpus meum a contactu mulieris est mundum • Populo autem adhuc non credente sanctum bricium contumelijs & iniurijs afficiunt & a sua dignitate eiciunt vt verbum quod sanctus martinus dixerat impleretur Tunc bricius flens papam adiit et septem annis ibidem permanens quicquid in sanctum martinum deliquerat penitendo deleuit • Populus autem iustinianum prefecit et romam contra bricium misit vt episcopatum sibi contra bricium defensaret Quo cum tenderet in ciuitate vcellēsi vitam finiuit & armenium loco eius populus omnis prefecit Septimo igitur anno bricius cum autoritate pape rediens sexto ab vrbemiliario hospicium accepit • & armenius eadem nocte spiritu exalauit Quod bricius per reuelacionem cognoscens ait suis vt surgerent & secum ad tumultandum turonensem episcopū properarent • Cum ergo bricius per vnam portam ciuitatem ingrederetur ille autem per aliam mortuus efferebatur • Quo sepulto sanctus bricius sedem suam accepit & septem postmodum annis presidens & vitam laudabilem ducens xlvij. anno episcopatus sui in pace quieuit



Elizabeth interpretatur deus meus agnouit • vel dei mei septima • vel dei mei saturitas • Dicitur ergo primo elizabeth deus meus cognouit quia deus eam cognouit idest suo beneplacito obseruauit & approbauit • vel cognouit id est noticiā sue cognitionis sibi infudit Secūdo dicitur elizabeth idest dei mei septima ipsa enim habuit septimam dei vel quia septem operibus misericordie se exercuit • Vel quia nunc est in septima etate quiescentium per ventura & tandem in octaua resurgencium • vel propter septem status in quibus vj statibus fuit

ipsa namq; fuit in statu virginali · Secūdo in statu giugali
 Tertio in statu viduali · Quarto in statu actiuo · Quinto in
 statu stemplatiuo · Sexto in statu religioso · & nūc septimo
 in statu glorioso · Et isti septem status manifeste stinentur
 in legenda sua · vt possit dici de ea quod dicitur in danielē de
 nabugodonosor vij. tempa mutant super eam · Tertio dicitur
 dei mei saturitas · deus enim modo satiavit eam & repleuit
 splendore veritatis dulcedine suauitatis & vigore trinitatis ·
 Vnde augustinus in libro de ciuitate dei · agens de ciuitate
 dei iugēt · in ueritate dei lucet In ueritate dei gaudet.

De sancta Elizabeth



Elizabeth illu/
 stris vngarie
 filia genere
 nobilis · Sed fide ac
 religioe nobilioe stir/
 pem tam nobilem no
 bilitauit · exemplis il
 lustrauit miracul' &
 decorauit gratia san/
 ctitatis · Quam autē
 nature supra naturā
 quodāmodo extulit
 dum puella rega'ib?
 nutrita deliciis omnia
 puerilia aut omnino
 cōtemneret aut eadē
 dei obsequium man/
 ciparet vt liq̄do c'a/

reat tenera eius infantia quanta simplicitate viguit quanta
 dulci deuotione incepit Extūc siq̄dē cepit bonis assuescere stu
 diis ludos sprnere vanitatis successus p̄sp̄os fugere mūdi p̄
 ficere semper ī reuerentia dei · Cū adhuc esset quinquēnis in
 ecclesia orandi gratia tam sedula p̄manebat vt eam eius so/
 dales vel ancille auellere vix valerent quam cū ancille vel co/
 etanee obseruarent aliquam de illis causa ludi versus capu'az
 insequi videbatur Et hoc intrādi ecclesiam oportunitatē cap
 taret quam ingrediens genua flectebat aut pauimento totali
 ter incūbebat et licet literarū periciam nō haberet tñ coram se
 in ecclesijs sepe psalteriū expendebat vt quodāmodo se legere
 fingeret ne velut occupatam quis impediret se q̄ cū puellis
 ad terram p̄stratā ludi specie mēsurabat vt sub tali occasione
 deo reuerenciam exhiberet in ludo etiam et anulorū et alijs

ludis spem totam in deū ponebat. Et ex hijs que puella paruula lu crabatur vel alias peculialiter possidebat puellis paruulis decimas exhibebat inducens eas vt sepe oracionē dominicam dicerent ⁊ crebro virginē salutarē crescēs vero p̄ etatem temporis crescebat amplius p̄ effectū deuotionis. Nā beatā virginem dei genitricē in sui patronā ⁊ aduocatā ⁊ beatum iohānem euāgelistā in sue castitatis custodē elegit. Cū enim singule cedula singulorū ap̄lorū nominib⁹ inscripte altari imponerētur ⁊ quelibet aliarum puellarū casu sibi cedulam contingentem acciperet ista oratione fusa trib⁹ vicib⁹ cedulā vbi nomen sancti petri erat inscriptum vt desiderabat accepit ad quē tanto deuotionis ferebat affectu vt nichil in ei⁹ nomīe petētibus denegaret. Ne vero mundi successus sibi nimiū blā daretur cottidie in rebus prosperis sibi aliquid detrahebat. Cū enī in aliquo ludo sibi prosperē succederet reliquū inter mittens dicebat nolo procedere sed p̄pter deum reliquum intermitto. Cum ad choreas q̄ cum puellis ceteris aduocata cū vnū circuitū peregisset dicebat Sufficiat vobis vnus circuitus iam p̄pter deum alios dimittamus. ⁊ sic per talem modum puellas a vanitatibus temperabat. Vestimentorū lasciuos vsus sepe abhorruit ⁊ omnem in hijs honestatē dilexit certū q̄ sibi numerū oracionum indixerat quē si quando aliqua occupatione preuenta non potuisset p̄ficere ⁊ ab ancillis lectum ingredi cogeret cū celesti sponso vigilias vigilanter soluebat. Dies q̄ solennes puella nobilis tanta deuotione colebat vt etiā manicas sibi consui nulla racione pateretur anteq̄ missarum solemnia cōplerentur. Cyrotecarum etiā vsus ante meridiem in diebus dominicis sibi interdixit volens in hoc ⁊ sacre deferre solennitati ⁊ sue satis facere deuotioni p̄pter quod solita erat ad hec ⁊ similia se p̄ votum astringere ne quis eā posset aliquibus suasionibus a suo proposito reuocare. Officium ecclesiasticū audiebat cum tanta reuerentia vt cū sacra legerentur euangelia vl' sacra hostia confiteretur manicas si forte consute essent solueret monilia deponeret. ⁊ capitis ornamenta in ymo locaret at vbi gradum virginalē prudenter texit ⁊ innocenter percurrat coniugalem gradū intrare sp̄latur vtpote que ad hec trono paterno imperio vrgebat fructum perceptura tricesimumq̄ fidem trinitatis seruanit in decaligo preceptorum. Consensit igitur licet in vita in copulā coniugalem non vt libidini confetiret sed ne patris preceptū contemneret ⁊ vt filios educandos ad dei seruiciū procrearet. Quamuis enim fuerit legi thori coniugalis astricta nulli tamen delectationi fuit subiecta quod inde manifeste

manifeste constat quoniam in manibus magistri conradi votū
emisit quod si viro suo eam super uiuere contingeret continentiam
perpetuam obseruaret. Fuit igitur langrauius turingie sociata
diuicio prout regalis exigebat magnificentia & dispositio or-
dinauit diuina ut scilicet ibidem multos ad dei amore ad du-
ceret & incultos homines edoceret licet autem mutauerit sta-
tum mentis non mutauit mentis affectum. Quante autem fuerit
deuotionis & humiliationis ad deum Quante austeritatis &
abstinentie ad se ipsam Quante largitatis & misericordie ad
pauperes ex hijs que subiecta sunt apertius declaratur. Nam
in oratione tantum extitit feruoris ut etiam ancillas ad ecclesiam
gradu scito preueniret ut quasi quibusdam clandestinis ora-
tionibus aliquam dei gratiam impetraret In nocte ad orationem
sepe surgebat rogante eam marito ut sibi parceret et quieti ali-
cui corpus donaret. Ordinauit autem cum quadam domicella
sibi inter ceteras magis familiari ut si forte somno depressa
non surgeret eam pede tangens excitaret. Quadam vero vice
pedem domine tangere voluit & casu in pedem mariti inpegit
qui subito excitatus rem ut erat didicit & patienter sufferens
prudenter dissimulauit & ut orationum suarum deo pingue red-
deret sacrificium sepe ipsum irrigabat habundantia lacrimarum
quas quidem lacrimas fundebat iocunde & sine aliqua indeceti
vultus permutatione ita ut semper cum dolore fleret & de dolo-
re gauderet & hoc quadam vultus leticia venustaret. tante se
humilitati subiecit ut propter dei amore vilia & abiecta non sper-
neret & hoc cum deuotione nimia exercebat. Nam infirmum
quendam vultu deformem capitis fetore horribilem in sinu
proprio reclinauit & horridum crinem tundens eius caput ancillis
ridentibus lauit. In rogationibus semper processionem nu-
dis pedibus induta lincis sequebatur & in predicacionum sta-
tionibus inter pauperulas tanquam pauper & humilis reside-
bat in purificatione post partum nequaquam se ut cetera gemmis
ornabat vel vestibus de auratis tegebat Sed exemplo in teme-
rate & puerpe filium proprijs gestans in vlnis ipsum ad altare cum
agno & candela humiliter offerebat ut ex hijs & seculi pompa
condemnam ostenderet & se illibate puerpe reformaret. De-
inde domum rediens vestimenta ipsa cum quibus ad ecclesiam pro-
cesserat alicui pauperi mulieri tribuebat. Accidit quod ad hunc hu-
militatis preconium quod ipsa libertate precellens & dignitate sub-
limis cuiusdam viri scilicet magistri conradi pauperis & mendici
sed tamen scientia & religione precipui saluo iure matrimonij et
nesciente marito obediencie ad deo se subiecit ut quidquid preci-
peret ipsa cum reuerentia & multo gaudio adimpleret ut ex hoc
obediencie perciperet meritum & domini saluatoris qui factus est

o bediens vsq; ad mortem imitaretur exemplum. Quadā autē vice ad quandam predicacōnez ab ip̄o vocata superueniente marchionissa missenense impedita non venit. Quod ille egre ferens tantam eius obedientiā relaxare noluit donec vsq; ad camisiā expoliatam cū quibusdam ancillis suis que culpabiles fuerant fortiter verberari fecit. sibi quoq; tantam abstinentiam & rigorem imponebat. vt cœpus suū vigilijs disciplinis & ieiunijs maceraret. Nam sepe a iuri thoro abstinens noctes ducebat insonnes. vt orationibus posset insistere. & in abscondito patrem celestem orare. Cūq; somni interpellaret necessitas super strata tapetia dormiebat. Sed cū martinus ab esset cū sponso celesti in orationibus pernoctabat. Sepe etiam per manus ancillarū faciebat se in cubiculo fortiter verberari vt saluatori flagellato vicem rependeret & carcere carnem ab omni lasciuia coerceret. Tantā autē in cibo & potu temperantiā exhibebat. vt in mensa mariti inter diuersa ferculorū genera interdū pane simplici esset contenta. Magister enim conradus sibi interdixit ne decibus mariti quicq; contingeret. de quibus sanam conscientiam non haberet. quod ipsa tanta diligentia obseruauit. vt alijs diuersis delicijs abundantib; ipsa cū ancillis suis cibus grossioribus vteretur. Sepe tamē ad mensam sedebat cibos manu contrectabat & diuidebat vt ex hoc comedere videretur ne sup̄sticōis notam incurreret sed urbanitate tali cunctos conuiuas letificaret. Quadā vice cū lōgi itineris fuisset labore depresso & marito & sibi fuissent cibi diuersi oblati qui vt credebantur de iustis laboribus acquisiti omnino abstinuit. & nigrum panem & durum in aqua madida calefactū cū suis acill' patienter comedit. ob hoc quosdam reddidit iustos vir suus sibi assignauerat. de quibus cum quibusdam ancillis suis que sibi ad hec omnia consentiebāt iuuebat. sepe autem cibos curie respuit. & aliquorū bonorū virorū cibaria requisuit. Hec autem vir suus omnia cum patientia supportabat. asserens q; hoc & ipse libenter faceret si turbationem sue familie timeret. Statum quoq; paupertatis in sūma glōria summoq; affectabat. vt & christo pauperi vicem repēderet. & mundus in ea nil proprium haberet. Quapropter interdum cū sola esset cum ancillis vestimentis vilibus induens se. & despecto velo caput suum operiens dicebat. Tale incedam cum ad statum venero paupertatis. Licet autē sibi abstinentie frenum imposuerit. Tanta tamē liberalitate se ad pauperes effundebat. vt nullū aliq̄ p̄mi media pateret s; oib; adeo largissie subuēiebat. vt oēs eā m̄tez paup̄ū acclamarēt.

Septem enim misericordie operibus tota vigilancia insudabat
vt regnum perpetuum perpetuo regnatura perciperet. Et paternam
benedictionem cum benedictis ad dexteram possideret. Ipsa namque
nudos vestiebat. Siquidem vestimenta impendebat pauperibus
nudis Peregrinorum et pauperum corporibus sepeliendis et pueris
baptizandis quos quidem pueros sepe de fonte sacro lauabat
et propriis manibus eorum vestimenta suebat vt opernitate gratia
eis liberi subueiret. Accidit autem vt cuidam paupercule quoddam
satis bonum tribueret vestimentum. Illa autem videns donum tam ag-
nificum tam ingenti gaudio est perfusa vt ad terram cadens mortua
credere. Quod beata elizabeth videns doluit se sibi tanta dedisse
timens ne sibi fieret causa mortis. Sed tamen pro ea orauit et ipsa
sanata surrexit. Sepe autem ipsa cum ancillis propriis manibus lana
felabat. Et in vestimenta fieri faciebat vt ex hoc honorum labo-
rum gloriosum reciperet et fructum et exemplum vere humilitatis
preberet et de proprii corporis laboribus elemosinam daret deo
ipsa esurientes pascebat. pauperibus enim alimenta prebebat
a deo vt a langrauiro viro suo profecto ad curiam friderici im-
peratoris que tunc erat cremone ipsa omnem annonam de suis
grangijs collegit et congregatis vndecumque pauperibus quoti-
die eis necessaria ministrabat eo quod tunc carissima et fames
valida iminebat. Sepe autem cum pecunia eis deficeret or-
namenta vendebat vt pauperibus subueniret. multa enim sibi
et suis ancillis consuevit subtrahere et pauperibus reseruare.
Ipsa sicientes potabat. Quadam autem vice ceruisiam pauperi-
bus distribuens. cum unicuique sufficienter dedisset inuentum
est quod vas nullam habuit diminucionem sed eandem quam
prius mensuram seruauit. Ipsa hospicio peregrinos et pau-
peres suscipiebat domum enim maximam sub altissimo ca-
stro suo constituit in qua infirmorum magnam multitudinem
resouebat quos diebus singulis non obstante difficultate ascen-
sus vel descensus visitans et omnia necessaria ministrabat et
verbis excitatorijs ad patriam inducebat et licet omnem cor-
ruptionem acris semper egre portauerit infirmorum tamen
corruptiones propter dei amorem etiam tempore festiuo non
abhorruit sed remedia adhibuit. velo proprii capitis texit et
manibus propriis contractauit licet ancille talia non tolleraret
in eadem quoque domo puerulos feminarum nutiri cum sum-
ma diligentia faciebat quibus se tam dulcem et humilem ex-
hibebat. vt eam omnes matrem vocarent et intrantem domum
cuncti tamquam matrem filij sequerentur et ante se caterua-
tim cum summo studio collocarent. Ipsa vero et olliculas et
anulos vitreos et quedam alia vitria emi fecerat vt pueri ludos

pueriles in talibus exercerent quodum in pallio proprio equitans in castrum deferret de rupe altissima super lapides ceciderunt. Sed nulla in eis lesio est inuenta. Ipsa infirmos visitabat. miserorum enim compassio adeo animum eius vendicabat quia eorum hospicia frequenter perquerens eos solícite visitabat eorum cauernulas familiariter & deuote sub intrans nec difficultate vie pertenta nec longitudine laceffita quibus subueniebat in necessarijs & verba exhibebat consolationis propter quod ex quintuplici consideratione remunerationem acciperet scilicet ex dignatione visitationis ex labore itineris ex affectu compassionis ex affatu consolationis & ex largicione muneris. Ipsa sepulturas pauperum frequentabat. Mente namq; deuota pauperum currebat ad funera & vestes quas proprijs manib; fecerat eorum corporibus coaptabat adeo vt semel velum suum lineum magnum in partes concideret & cuiusdam pauperis corpus inuolueret forú & funera proprijs manibus contrectabat & in ipsorum obsequijs deuota manebat. Inter hec laudanda est deuotio viri sui qui licet negocijs multis esset implicatus in dei tamen obsequio erat deuotus & quia taliter personaliter intendere non valebat vxori sue potestatem concesserat agendi omnia que dei honorem respicerent & anime sue salutem afferrent Cupiens vero beata elizabeth vt vir suus in fidei defensionem potencie sue arma salutem afferrent conuerteret ipsum salubri exhortatione induxit vt ad terram sanctam pergeret visitandam vbi dum esset ipse langrauius princeps fidelis & deuotus inclitus fide integra & deuotione sincera deo reddidit spiritum suorum operum fructum recipiens gloriosum et sic ipsa vidualem statum cum deuotione amplectitur ne vidualis continentie premio fraudaretur sed fructum sexagesimum perciperet. vtpote que decalogum preceptorum cum septem misericordie operibus obseruaret. Verum cum mors viri sui per totam fuisset turingiam diuulgata de patria ipsa tanquam dissipatrix & prodiga a quibusdam vasallis viri sui turpiter & totaliter eiecta vt ex hoc eius patientia claresceret & paupertatis diu conceptum desiderium obtineret. Aduenientem igitur nocte in domo cuiusdam tabernarij in loco vbi porci iacuerant se recepit deo gratias multas agens. Hora vero matutinali ad domum fratrum minorum pergens rogauit vt p sua triblacione deo grás agerent & te deú laudá? cātarent

Sequēti die domū cuiusdam sui emali cū suis paruulis iussa est ingredi arto sibi loco ibidez admodū assigto Que dum ab hospite ⁊ hospita plurimū guarēt parietibꝫ ualefecit dicens libenter homibꝫ uale facerē si beneficos inuenirē. Cōpulsā igit ad locū p̄orem redijt ⁊ puulos suos ad loca diuerfa alendos t̄nsmisit dum uero p̄ quadā viā strictā luto p̄fundo plenam sup̄ quosdā lapides ibidem positos p̄geret ⁊ uetula quedam cui iam multa beneficia p̄tulerat sup̄ eosdē lapides t̄nsiens eide dem cedere recusaret ipsa in lutū p̄fundū cecidit ⁊ surgēs uel stimenta sua gaudens ⁊ ridens absterfit. Post hoc autē abbatissa eius matertera ipsius nimiū paup̄tati p̄spatiens ad ep̄m Babēbergen̄ ip̄ius auunculū eā duxit Qui eā honeste suscipiens caute retinuit intendens ipsam secundis nupcijs copulare Qd̄ cum ancille q̄ secū p̄tinentiā uouerāt didicissent ⁊ ex hoc se multis lacrimis affligerēt be. Elizabeth cū gemitu hoc retulerunt. Que eas confortans ait p̄sido in domino p̄ cuiꝫ amore continentiā uouī p̄petuā q̄ meum p̄positū firmū custodiet ⁊ omnē uolentiā p̄teret ⁊ consiliū humanū dissoluet ⁊ si forte auunculus meꝫ uoluerit me alicui copulare animo dissentiā ⁊ uerbis pariter contradicā. Et si nullū aliud mihi euadendi superesset remediū. nam mihi p̄priū detruncarē ut me sic deformem quilibet abhorret. Cum igit de mādato ipsius ep̄i ad quoddam castrum inuita fuisset deducta moratura ibidez donec inconiugiū tendertur. Et ipsa suam castitatem domino cum lacrimis commendasset Ecce domino disponēte ossa uiri sui de ultra marinis partibꝫ deferuntur. Iussa est igit ab ep̄o reduci ut ossibus uiri sui deuota occurrat. Ipsa ergo ossa ab ep̄o cum honorabili processione ⁊ ab ipsa cum multa deuotione ⁊ lacrimarū effusione suscepta sunt. Que uersa ad dominū dixit. Gracias tibi ago domine quia in susceptiōe ossiū uiri mei dilecte tui me miseram consolari dignatus es. Tu scis domine q̄a licet ipsum te amantem multū amauerim tam̄ ob tui amorē eius p̄sencia carui ⁊ in sancte terre tue subsidiū destinaui. Et q̄muis delectabile mihi ess̄ adhuc cum eo uiuere tali condicione ut cū ipso per totum mundū paup̄ercula mēdicarem tamen te teste contra tuam uoluntatē vno crine ip̄m non redimerē nec ad uitam mortalem iterū reuocarem. Ipm̄ autem ⁊ me tue gracie recomendo. Verū ne fructū centesimū perderet qui perfectionē euangelicā seruantibꝫ datur qui sinistra miserie ad dexterā glorie transferunt Religiosum habitum induit vestes scilicet gr̄isias humiles ⁊ abiectas. Continēciam. Post mortem uiri perpetuam seruans obediēciam p̄fectam custodiens ⁊ uoluntariam paup̄tatem amplectens.

Post mortem viri perpetuam seruans obedientiam perfectam
 custodiens a voluntariam paupertatem amplectens . Fuit autem
 eius habitus . tam despectus ut deferret pallium griseum pano
 coloris alterius prolongatum . manicas etiam tunice ruptas
 alterius coloris pano habuit emendatas Pater vero suus rex
 vngarie audiens filiam suam ad tantam deuenisse inopiam
 comitem quendam ad eam misit ut ipsa in ad paterna limina
 reducere procuraret Qui videns eam tali habitu ornata[m] cer
 nensque sedentem humiliter & filantem preconusione & ad
 miratione exclamans dixit . Nunquam filia regis tam vili habi
 tu apparuit nec lanam aliquam filare visa fuit Cum vero pro
 sua reductione vehementer instituisset nullatenus acquieuit cum
 pauperibus malens in paupertate degere quam diuicijs multis
 cum diuitibus abundare . ut vero eius animus in deum totus
 transiret & intenta eius deuotio nullum impedimentum habe
 ret rogauit dominum ut omnium temporalium contemptum sibi infun
 deret & filiorum dilectionem a suo corde auelleret & contra oes
 contumelias contemptum & constantiam largiretur . Fusa
 vero oratione auditur dominum sibi dicentem ex audita est
 oratio tua que dixit ancillis . Exaudiuit dominus vocem meam
 quia & omnia temporalia ut stercorea reputo & de filijs meis
 plus quam de alijs proximis non curo a mei contemptum a ob
 probria parupendo nihilque aliud iam diligere video nisi deum
 Magister quoque conradus sepe sibi molesta & contraria im
 ponebat & quos amplius diligere videbatur & ab eius con
 sortio seperabat adeo . ut duas fideles ancillas a predilectas que
 a iuuentute sua secum fuerant enutrite ab ea remouerit mult
 tis effusis lacrimis hinc a inde . hoc autem faciebat vir sanctus
 ut eius voluntatem frangeret & ut ipsa suum affectum ad
 deum totaliter erigeret & ne aliqua de ancillis pristinam glo
 riam ad eius memoriam reuocaret In hijs autem omnibus
 inueniebatur & velox ad obedientiam & constans ad patientiam
 ut per patientiam animam suam possideret & per obedi
 entiam victoria decoretur . Dicebat quoque se propter deum
 tantum timeo hominem mortalem quantum timere debeo
 iudicem celestem . Ideo autem magistro conrado pauperi
 et mendico non alicui diuiti episcopo obedientiam facere nolui
 ut omnes occasionem temporalis consolacionis a me penitus abdicaret

Quadam vice dum claustrū quarundā sanctimōialiū ab eis
obnixē rogata intrasset non habita licencia a suo magistro fe-
cit eam tam grauiiter verberari vt post tres ebdomodas in ea
vestigia verberū apparerent Dicebat aut̄ suis ancillis se & il-
las consolans. Sicut gramen fluuio mundante deprimitur &
decescente erigit̄. Sic nos aliq̄ afflictione adueniente debem⁹
p̄ humilitatem submitti cessante vero ad deum per spiritualē
leticiam eleuari Tante se humilitati dep̄mebat vt nullatenus
pateret̄ q̄ ancille eam dominā appellarent sed singulari tantū
ad eam numero loq̄rentur eo modo sc̄ quo inferiorib⁹ loqui
solenus Scutellas insup̄ aliaq̄ coquine utensilia lauabat &
ne ab ancillis prohibetur eas ad loca alia transmittēbat Di-
cebat etiam si vitam aliam magis despectam inuenissem ip̄am
pocius elegissem Ceterum vt cum maria optimam partem
possideret sedule cōtemplacioni vacabat In qua quidē contē-
placione specialem graciā habuit lacrimas fundere celestis vi-
siones crebro videre & ad amorē alios inflammare q̄n quidē
magis iocunda videbatur tunc iocunde deuocionis lacrimas
emittebat ita vt lacrimae de vultu eius iocūde tanq̄ de fonte se
renissimo effluere viderent̄. vt simul flens videret̄ & gaudens.
Nunq̄ in deformitatē vel rugas vultum ex fletu conuertens.
Dicebat enī de hijs qui vultū in fletu deformant videntur q̄si
dominū deterrere. Dent enim domino quod habent cū iocū-
ditate & hilaritate visiones celestes in ipsa sui oracione & cō-
templaciōe sepe videbat. Quadā vero die sacro q̄dragesimali
tempore in ecclesia existens sic ad altare oculis defixis intenta
manebat ac si ibidem dei presentia miraretur vbi per magnū
spacium consolata diuina est reuelacione refecta. Deinde do-
minum reuersa dum se pre debilitate in ancille gremiū appodiat̄
set. Et illa per fenestram oculos ad celum defixos atolleret tā-
ta hilaritate vultus eius pfundiū vt etiā risus mirabilis seq̄ret̄
Que cum diu tota iocunda visione letificata fuisset subito in
lacrimas est conuersa. Rursus oculos aperiens pristina iocū-
ditate perfruitur oculosq̄ claudēs p̄stinis lacrimis irrigatur
& sic vsq̄ ad cōpletorium talib⁹ est diuinis consolaciōib⁹ im-
morata Cum vero diu tacens nullū verbum emisisset penitē-
tandem prupens locuta est dicens ita domine tu vis esse mecū
& ego tecum & nunq̄ volo a te seperari. postmodū cum ab an-
cillis rogaretur vt ad dei honorem & ipsarum edificacionē q̄d
viderit indicaret. Illa ipsorū importunitate deuicta ait. Vidi
celū apertū & ihesuz se ad me benignissime inclinantē vultūq̄
ad me sincerissimū ostendentē. Ego vero de sua visione ineffa-
bili iocūditate pfusa de suo recessu remanebā multo merore

delecta Qui mei misertus iterum me sui vultus ostensione letificans ait Si tu vis esse mecum ero tecum Cui ego respondi p vt me loquentem audistis Cūq; rogaretur vt etiam visione quam iuxta altare vidit exponeret illa respondit Que ibi vidi non expedit enarrare ibi tamen in gaudio multo fui et dei miranda cōspexi Sepe autem oratio tanti feruoris inueniebatur vt etiam alios inflammaret Iuuenem nāq; quendam seculariter indutum ad se vocans ait · Videris nimis dissolute viuere cū deberes creatori tuo seruire velles ne q; p te deū orarem Et ille volo et id vehementer exposco Cū igitur orationi se dedisset et iuuenem similiter p se orationi incūbere monuisset iuuenis alta voce clamauit dicens Cessate domina ab oratione iam cessate Sed cū illa attenci? oraret iuuenis alci? clamans dixit Cessate domina quia tot? deficio et cōburō · Ipe enī tanto calore fuerat succensus et totus fudans et sumans cōrpus et brachia velut amēs iactaret adeo vt pleriq; occurrentes ipm q; tenentes vestes eius pre nimio sudore madidas inuenirent et estum eius ferre non possent Ipo vero clamante et dicente totus ardeo et consumō · Vt vero beata Elizabeth orationem compleuit iuuenis estuare cessauit Qui rediēs ad seipm et diuina gratia illustratus ordinem fratrum minorū ingressus est Illa autem inflammatio sic ostensa feruorē orationum suarum igneum demonstrabat Qui tam validus extitit q; etiam frigidum inflammauit Sic ille carnalib; assuet? et spiritualibus non dū idoneus talia capere non valebat ad summū vero cumulum perfectionis ppter marie cōtemplacōnis ocium non deseruit martix officium laboriosum sicut supra in vij operibus misericordie est ostensum nihilominus tñ postq; religiosum habitum induit sedule pietatis operibus deseruiuit Nam cum pro dote sua duas marchas recepisset partem in pauperes distribuit et de reliquo in marpurk et magnum hospitale construxit propter quod omnes eam reputabant dissipatricem et prodigam et cundī appellabant eā insanam et quia omnes iniurias nouerat gaudenter accipere inproperabāt ei q; nimis cito memoriam viri sui a cōrde abiecerat que taliter exultabat Postq; autem hospitale construxerat seruiijs pauperum se se tanq; ancillam humilem mancipauit Nam pauperibus sollicita ministrabat vt eos etiaz balnearet et in lectis collocans adeo vt ancillis gratulabunda diceret Quam bene nobiscum agitur quia dominum sic balneamus et tegimus In ipo autem pauperum obsequio sic humiliter se habuit q; puerulum quendam monoculum et scabie percussum vna nocte septem vicib; proprijs brachijs ad

locum necessitatis detulit et pannos ipsius fedatos libenter la-
uit. Quendam etiam mulierem horribiliter leprosam sepe ab-
luens in lectulo collocauit vlcera tergēs et ligans medicamē-
ta adhibens vngens et precidens eius etiā pedibus prottra-
ta cōrtigias calceamentoz soluens ipos aut infirmos ad cōfissi-
onem et communicationem inducens veulam quandam peni-
tus renuentem verberē castigatam induxit. Cum vero a pau-
perum vacabat officio filabat lanam de quodaz monasterio
sibi missam et precium quod inde accipiebat pauperibus di-
uidebat. Cum autem post multam paupertatem quingentas
marchas pro dothe sua receptas pauperibus diuideret et om-
nibus ordinate locatis ipa succincta transiens ministraret. Po-
sita est lex vt si quis in aliorum pauperum preiudicium lol-
cum mutaret vt iterum acciperet capillorum suorum detrun-
cationem aliquam sustineret. Et ecce quedam puella nomine
radegundis mira capillorū pulchritudine pollebat in de trāsi-
tura aduenit non ad elemosinam sed vt quandam sororem
suam infirmam visitaret. Que cum tanq̄ legis preuaricatrix
ad beatam elizabet adducta fuisset eius capillos protinus de-
truncari mandauit ipa flente plurimum reluctantē. Cum ve-
ro quidam de astantibus eam innocentem assererent. Illa ait
saltem de cetero non poterit cum tanta capillorum ambitōe
ad choreas accedere nec cum illis vanitates aliquas exercere.
Interrogata vero puella a beata elizabet vtrum aliquando sa-
lubris vite propositum concepisset. Respondit q̄ iam diu ha-
bitum religionis assumpsisset nisi tanta fuisset mea dilectio in
capillis. Et illa carius est mihi q̄ capillos perdidideris q̄ si fili-
us meus fuisset sublimatus. Continuo igitur puella habitum
religionis induit et in hospitali cum beata elizabet degens lau-
dabilem vitam duxit. Cum quedam paupercula filiā peper-
isset beata elizabet filiā de sacro fonte leuauit et nomē suū eccle-
sie imposuit et matri necessaria ministrauit ita vt de pellicō an-
cille sue manicas auferens adinuoluendum puellam sibi tri-
bueret et calceos proprios ecclesie donaret. Post tres aut septi-
manas mulier dimissa puella latēter cū viro suo aufugit. Qu-
od cū sancte elizabet nūciatū fuisset in orationē se dedit et vir
et mulier ultra progredi nō valentes ad ipam coacti redierūt
et ab ea veniā postulātes q̄s vt iustū erat de ingratitude re-
datguēs eis puellā nutriēdā tradidit et de nēcarijs eis prouidit.

Appinquantē vero tempore quo dominus dilectam suam de
 mundi ergastulo vocare disposuit vt que cōtempserat regnū
 mortalium regnum perciperet angelorum. dum febre correp/ta
 decumberet et ad parietem faciem versam teneret audita ē
 a circumstantibus dulcissimam promere melodiam Que cū
 ab vna ancillarum quidnam hoc esset per conctata fuisset il/la
 respondit auicula quedam inter me et parietem se ponens
 tam suauiter cecinit q̄ me ad cauendum similiter prouocauit
 In ip̄a autem sui egritudine semp̄ hilaris extitit ⁊ nunq̄ ab
 oratione cessauit vltima vero die ante eius transitum dixit eis
 Quid adure essetis si dyabolus ad vos adueniret Post pau/
 lulum vero alta voce quasi dyabolum licentians fuge tribus
 vicib⁹ exclamauit Deinde dixit Ecce appinquat media nox
 in qua hora cristus nasci voluit in presepio requieuit Appin/
 quante vero hora sui transitus ait Tam tempus instat in quo
 omnipotens deus eos qui amici sui sunt ad celestes nupcias
 euocauit. Post paululum vero anno domini m. cc. xxvi. ad ex/
 tremam horam veniens dormiuit in pace licet autem eius ve/nerabile
 corpus inhumatu quatuor diebus iacuisset nullus
 tamen fetor ex eo prodibat Sed quidam odor aromaticus cū
 deos reficiens exalabat. Tunc autem vise sunt auicule multe
 super cacumen ecclesie congregate quas nunq̄ aliquis prius
 viderat que tam suauī modulatione cantabant et tanta varie/ta/te
 modos cantandi formabant vt cunctos in admirationem
 adducerent eo q̄ eius exequias quodāmodo agere viderētur
 Multus autem ibi fuit clamor pauperum Multa deuocio po/
 pulorum ita vt alij capillos capitis derruncarent alij particu/la
 s pannorum inciderent et hec pro summis reliquijs reclina/rent
 Eius autem corpus in monumento est positū quod post
 modum redundare oleo est repertum est igitur in eius transi/ta
 quante ip̄a beata elizbet fuerit sanctitatis et hoc quo ad
 auicule modulationem et demonis expulsionem. Illam autē
 auiculam que inter ip̄am ⁊ parietem se posuit et tam dulciter
 cecinit q̄ etiam ip̄am ad cantandū induxit credimus fuisse
 eius angelum qui fuerat ad eius custodiam deputatus qui
 eidem eternum gaudium nunciauit Sicut enī reprobis inter/du/ta
 ante suū transitū reuelatur eterna sui damnatio ad maio/ra
 sui confusionem sic electis interdum reualatur eterna sui
 saluatio ad maiorem sui consolationem Ille autē cantus que
 ip̄a ptulit fuit imensum gaudiū q̄d ex tali reuelatione conce/pt
 q̄d quidē tam imensum extitit q̄d in corde totaliter capi
 non potuerit sed se per suauitatis vocem manifestauit Dyabo/
 lus insuper si forte aliq̄d ius haberet ad sanctos etia; morietes

accēdit. Sed quia beata elizabet nil iuris habuit Ideo turbiter
licenciatus aufugit Per hoc igitur intelligi datur quante fu/
erit castitatis a qua et dyabolus territus fugit et cui angelus
eternum gaudium nunciauit Manifestū est secundo quante
fuerit mundicie et puritatis et hoc quo ad odoris exalatio nē
Quia enī cōpūs eius omni mundicia et castitate in vita tenu
it Ideo in morte odoris suauitate fragrauit . Manifestum est
tercio quāte fuerit excellencie et dignitatis et hoc quo ad au
um iubilationem . Illas enī aues que in cacumine ecclesie iu/
bilantes et cantantes apparuerunt . Credimus fuisse angelos
qui a deo missi fuerunt vt eius animam in celū deferrent . Et
cōpūs celestibus iubilationibus honorarent Sicut ad repro
bos morientes multitudo cōuenit demonum vt eos terrore
crucient Et eorū animas ad tartara rapiant Sic ad electos
decedentes multitudo confluit angelorum vt eos confortent
et eorum animas ad celestia regna perducāt . Manifestum est
quarto quāte fuerit misericordie ⁊ pietatis et hoc quo ad olei
emanationem De eius enī cōpore oleum emanauit quia in
vita misericordie operibus tota redundauit O quantus pieta/
tis visceribus eius nunc affluit spiritus cuius perfundi oleo
inuentum est in puluere iacens cōpūs Manifestum est quin
to quante sit apud deum potestatis et meriti et hoc multipli
ci miraculorum operatione Postq̄ enī de cōpore transiit de
eam multiplici miraculorum gloria illustrauit quorum q̄
dam inferius sunt posita . multa vero breuitatis gracia inter/
missa In partibus si quidem saxonie monasterio quodā hyl/
dē . dyoce . Monachus ordinis cyst . heinric⁹ nomine tanta fuit
infirmiitate depressus et grauib⁹ doloribus circumdatus vt
omnes ad cōpassionem induceret et clamoribus inquietaret
Quadam igitur nocte apparuit sibi quedam venerabilis do/
mina vestibus albis amicta que eum admonuit vt si sanitatē
recipere cuperet beate elizabet se deuoueret sequēti nocte simi/
li psuadēs apparuit Ille aut cum abbas et priore deessent de q̄
silio superioris votū emisit Tercia nocte eidē apparēs signum
crucis sup eū edidit ⁊ ille cōtinuo sanitatē recepit . cū aut ab
bas et priore redeūtes hęc audissēt mirari q̄dē de sanitate cepūt
sed deuoti adimplentione plurimū dubitarunt cū nulli mona/
cho liceat aliqua vota emittēre nec se ad talia obligare Adie/
cit q̄ priore manachos sepe ad huiusmodi illicita sub specie
boni demonū apparitione deludi et ideo esset illi monacho cō
sulendū vt mentē suā instabilē cōfessiōe firmaret . sequēti igit
noctē eadē psona q̄ priore sibi apparens dixit infirm⁹ semp eris


donec impleas quod nouisti statim ergo eadem infirmitas
 ip̄m arripuit et eisdem doloribus torqueri cepit Quod cum
 abbas audisset ip̄m statim licenciauit et ceram pro ymagine
 facienda dari precepit Qui mox sanitate recepta votum suū
 adimplere studuit et illi infirmitatis nihil postmodum pas-
 sus fuit . Puella quedam nomine benigna magunti dyoce-
 cum ab ancilla potum petisset illa cōmota potum porrexit di-
 cens Accipe et dyabolum bibe Visumq; est puelle vt ardens
 tytio per eius guttur descēderet adeo vt se in collo pati clama-
 ret continuo igitur venter eius instar vteris intumuit et q̄d/
 dam in eius ventre per singula membra discurrere visum est
 Illa vero gemitus miserabiles faciens et voces insanas emit-
 tens obsessa a demone fore credebatur In statu vero tali per
 biennium mansit deducta igitur ad tumulum sancte elizabet
 et ibidem pro ea voto emissio dum super tumbam posita fu-
 isset velut examinis ibidem apparuit . Sed dum medicum pa-
 nis ad manducandum et aquam benedictam ad bibendum
 super eandem tumbam eidem obtulissent mox cunctis stupē/
 tibus et mirantibus sana surrexit vir quidam de dyocesi tra-
 iectensi gedericus nomine cum vna manu cōtractus eius vsū
 penitus amississet sepulchrum beate elizabet bis visitans cura-
 tionem minime recepisset Tercio cum vxore sua cum multa
 deuocōe accessit Quo dum tenderet senem quēndā reuerendi
 aspectus habuit obuium qui ab eo salutatus et vnde venisset
 requisitus dixit se de marpurk vbi cōpus sancte elizabet req̄/
 escit venire vbi deus multa miracula operatur . Cum autē vir
 suam infirmitatem exposuisset eidem ille manu eleuata bene-
 dixit dicens Secutus perge quia sanitatem recipies Du mmō
 manum infirmam ad caput sepulchri in quadam fouēa ibi
 facta sub lapide miseris quanto profundius miseris tanto ci-
 cius sanitatem obtinebis Tunc autem sanctum nicolaum in
 memoria habeas q̄ sancte elizabet tanq̄ comes et socius in si-
 is miraculis comperatur eidem Adiecit etiam stultos esse qui
 proiectis oblationibus statim discedunt cum sanctis placeat
 vt cum perseverancia eorum suffragia postulentur . Moxq;
 senex ab eis disparuit nec vltra ip̄m videre potuerunt Simili-
 ter quo plurimum admirari pergebant plenam sanitatis re-
 cuperande fiduciam obtinentes Vir igitur iuxta senis consi-
 lium manum sub lapide monumenti posuit et ip̄am cōtinuo
 extraxit omnino sanatam . Quidam de dyocesi colomeñ· her-
 mannus nomine dum in carcere a iudice teneretur ad deum
 se totaliter contulit et beatam elizabet et magistrū conradū
 in sui adiutorium deuotione qua poterat inuocabat Sequēte

autem nocte ambo insimul cum multo lumine sibi apparuerunt
multipliciter eum consolantes Tandem sententia in eum data
suspenditur et ad spacium vnius miliatis teutonici in pati/
bulo detinetur iudex autem cōsensit parentibus vt ipm depo/
nerent et in tumulto sepelirent preparata igitur fouea cū esset
depositus pater et patruus ceperunt p̄ mortuo beate elizabet
patrocinia inuocare Et ecce mirantibz et stupentibz vniuersis
qui fuerat mortuus surrexit viuus Scolaſaris quidam de dyo/
ceſi magunti ouitardus nomine dum piſcationi mirus cau/
tus inſiſteret in flumen captus cecidit Magno autem tempof
ris ſpacio interiecta dum eius corpꝯ eſſet extractum adeo ſi
ne ſenſuū moto et frigiū eſt reſertum q̄ nullo in eo ſigno
vite inuento vere mortuus ab hominibz eſt iudicatus Tūc be
ate elizabet implorantur merita et cunctis videntibz et admi
rantibz ſibi reſtituitur ſalus et vita Tuuenis quidam tres an
nos et dimidium habens de dyoce magunt. hugolinus nomi
ne dum ſpiritum emiſiſſet et corpꝯ eius per ſpacium qual
tuor miliariorum teutonicorum rigidum et ex anime iacuiſ/
ſet. mater ad inuocandam ſanctam elizabet tota deuotione ſe
contulit et puerum viuū et ſanum recepit Puer quidā qua/
tuor annoꝝ dum in puteū cecidiſſet caſu quidē veniens aquā
haurire aīaduertit puerū ſubmerſum intus iacere quē poſtq̄
cū difficultate extraxit ipm mortuū dephendit cuiꝯ quidem
mortis erāt indicia tēporis diuturnitas corpꝯ rigiditas oris
et oculorū horribilis apertio denigratio cutis vētris inflacio
et oīmoda ſenſus et motꝯ p̄uacio Pro ipō igit̄ ſuſtitando ad
beatā elizabet votū emittit et cōtinuo vite p̄ſtine reſtauratur
Quedā etiā puella in flumine ſubmerſa dū fuiſſet extracta eiꝯ
meritis p̄tinus eſt vite reſtituta Vir quidā noīe fredericus de
dyoce magunt in arte natādi valde peritus dū ſe in quadam
aqua balnearet et pauperē quendā p̄ bea. elizabet illuminatū
deridens in eius facē aquam cōtemptibiliter ſpargeret Ille p̄
uocatus dixit Dñā illa ſancta que mihi graciā preſtitit de te
me vindicet ita vt hinc nō exeas niſi mortuꝯ et ſubmerſus ille
aūt in p̄cacionem pauperis paruipendēs et in aquā laſciue ſe
immittens viribus penitus deſtitutus ſe iuuare non potuit
ſed in profundum quaſi lapis deſcendit Poſt multum vero
tempis reſquiſitus de aqua mortuus eſt delatus Cumqz mag
nus plandus fieret ſuper eum quidam eius p̄pinqui ceperunt
pro eo ad bea. elizabet votū facere et eiꝯ ſuffragia deuotiſſime
implorare ſtatī igit̄ in eū ſpiritꝯ redijt ⁊ viuꝯ et ſanꝯ ſurrexit

Quidam nomine io. de dyoce. magunt. cum quodam fure innocenter deprehensus et suspendio cum ipso adiudicatus cunctos rogauit vt beatam elizabet orarent vt s[ecundum] sua merita iuuaretur Cum esset suspensus audiuit vocem super se dicentem cōfide et in sanctam elizabet fiduciam habe et liberaberis Statimq[ue] alio remanente ipso sine fracto de loco alto grauissime cecidit nullam tamen lesionem incurrit licet noua qua indutus erat camisia rumperetur Qui exhilaratus ait Sancta elizabeth tu me liberaasti et in stratū molle me cadere fecisti. Cū enim aliqui dicerent ip[s]m iterum suspendendū iudex ait quē deus liberauit Denuo suspendi nō permittam Conuersus quidam fuit in quodam monasterio dyocesis magūt. valomai? nomine admodum religiosus qui carnem suam sic afflixit vt circa annos viginti laticam ad carnem portaret et inter lapides et ligna iaceret huius manum dum in molendino esset lapis molaris casu apprehensam sic contriuit vt carnē ab vtraq[ue] parte auelleret ossa et neruos contereret ita vt in quodā mortario contrita quodāmodo videretur Qui tanto doloris aculeo vrgebat ut rogaret q[uod] manus sibi precideretur Cū igit[ur] beatam elizabet crebro in sui auxilium inuocaret que etiam ī vita sua sibi familiaris extiterat quadam nocte sibi apparuit dicens vis sanus fieri Qui cum responderet libenter illa manum apprehendens neruos sanauit ossa integrauit et carnem ab vtraq[ue] parte restituit a pristina sanitati donauit Mane autem facto perfecte sanatum se reperit et toti conuentui ip[s]am manum cunctis stupentibus sanatam ostendit Quidam puer quinquennis discretus nomine magunt. dyoce. cum cecus natus esset meritis beate elizabeth lumen recepit pellis siquidē integra sine pillis palpebrarum vel aliqua pellis diuisione oculis sup[er] induta fuerat adeo vt totaliter oculos tegeret nec substantie oculorum vllum indicium appareret Mater eius igitur ad sepulchrum beate elizabeth merita inuocauit et ecce pellis integra per medium scinditur et eius oculi paruissimi turbulenti a sanguinolenti videntur Sicq[ue] puer beate elizabeth meritis suflagrantibus visus beneficio est potitus. Puella quaedam eiusdem dyoce. beatrix nomine cum diu magnis et diuersis fuisset infirmitatibus molestata Tandem gibbo in dorso a stuma in pectore excrenentibus sic est toto corpore incuruata vt nulla se racoue erigeret Sed manibus super genua positis corpus suum taliter sustentaret Cum igitur mater in quadaz sporta eam ad tumulum sancte elizabeth deportasset et per decē dies commotantes ibi nullum potuissent sanitatis remedium inuenire Irata mater ei[us] cōtra beatam elizabeth murmurauit.

dicens Omnibus beneficia impendis ⁊ me miserā nō exaudis
Reuertens igitur omnes quas potero a visitacōe tui auertere
pcurabo Cū igitur irata recederet ⁊ iaz milaire et dimidium
pegisset et ei⁹ filia dolorib⁹ cruciata lugeret tandem ipa puel
la obdormiens vidit quandam pulcherrimam dominam eū
facie refulgenti que corpus eius in dorso et pectore liniens di
xit ei Surge et ambula Euigilans puella et se ab omni defo
mitate et curuitate penitus sanatā inueniēs visionē matri re
tulit et gaudiū et letiam generauit Redētes igitur ad sepul
chrū sancte elizabet deo et sibi gratias egerūt et ibidem sportal
in qua puella portata fuerat dimiserūt Mulier quādam gertru
dis noīe eiusde⁹ dyoce. p multos annos utroq⁹ crure cōtracta
et toto corpore curua in somnis admonē vt ad sanctū nicolaū
pfficiscens eius debet merita implorare que ad ecclesiā sancti
nicolai portari se fecit in vno crure sanitatem inueit Tandē ad
sepulchrū beate elizabet pducta et super eius tumulū posita
grauissimis dolorib⁹ stimulata et velut amens effecta sana et
incolumis exurrexit Mulier quedā scitrudis noīe eiusde⁹ dyo
cesi cū per annū integrum penitus ceca māsisset et aliorū sem
per auxilio duceretur ad rogandū sanctā elizabet tota deuoti
one se cōtulit et amissum lumē recepit • Vir quidā heinricus
magunt.dyo. cū lumē oculorū penitus esset priuatus sepul
chrū sancte elizabet visitans plene curationis beneficium re
portauit Postmodum vero idem vir fluxu sanguinis adeo ē
grauatus vt moriturus a familia crederetur Accipiens vero
de terra sepulchri sancte elizabet et ipam conficiens aqua cō
miscuit et bibens plenam sanitatem recepit • Puella quedam
metildis nomine treueren dyoce. Dum visu et auditu priua
ta esset et loquendi et ambulandi potenciam amisisset pater
suus et mater ad beatam elizabet eam deuouerunt et perfecte
sanatam dei et elizabet laudantes magnalia receperunt Muli
er quedam nomine helibingis treueren dyoce. cum per annū
ceca penitus extitisset et pro sua curatione beate elizabet meri
ta inuocasset ad tumulū eius duci se faciens vnius oculi lu
men recepit que ad ppria reuersa in alio grauiter torqueri se
sensit Cum vero iterū eius merita implorasset apparuit ei di
cens accedens ad altare fac cū corporali tuos oculos ventila
ri et sic recipiens sanitatē que cum iussā cōpleuisset sanitatem
recepit Vir quidā theodoric⁹ noīe magunt.dyoce. in genib⁹
et crurib⁹ diu grauissime infirmat⁹ ita vt nō posset pgere nisi
ab alijs portaretur votū fecit qd sepulchrū sancte elizabet cū
oblationib⁹ visitaret Et cū loc⁹ ei⁹ a tumulo tm̄. p decē mili
aria distaret. vix ī octo dieb⁹ potuit puenire cū vero ibidē p

quatuor septimanas mansisset ⁊ nullum remedium impetrasset do mum redibat Cumq; in loco quodam iuxta alium in firmum decumbens quiesceret vidit in somnis quandam ad se venientem et aqua totaliter perfundentem Qui euigilans ⁊ tra socium iratus ait Quare me aqua totaliter perfundisti Qui ait Ego te non perfudi Sed credo q; illa perfusio erit tibi causa salutis Ille igitur surgens se sanatum totaliter inueniens baculos super humerum posuit et ad tumulum sancte elizabet rediens et gratias agens let⁹ ad ppria remeavit



Cecilia quasi celi lylia vel cecis via vel a celo et lylia Vel cecilia quasi cecitate carēs Vel dicit a celo et leos qd est populus fuit enī celeste lylīū p virginitatis pudorez vel dicit lylīū quia habuit candorem mūdicie virore cōsciēcie odorem bone fame/ Fuit cecis via p exempli infōrmationem celū p iugem cōtemplationez lylia p assiduam operationem Vel dicitur celū quia sicut dicit yldor⁹ Celū philosophi volubile rotundū et ardens esse dixerūt sic et ipa fuit volubilis p operationē sollicita rotūda p seueranciam Ardens p caritatē succensam Fuit cecitate carēs p sapientie splendore fuit et celū populi qā in ipam tanq; in celum spūale pp⁹ ad imitandū intuet cclū solē lunā et stellas idest sapiēcie pspicacitatē fidei magna nimitatē et virtutū varietatē

De sancta Cecilia



Cecilia virgo pclarissima ex nobili ro/manorū genere exorta ē ab ipis cunabulis in fide cristi nutrita absconditū semp euāgelium cristi gerebat in pectore et n̄ dieb; atq; noctib; colloquiis diuinis ⁊ oratione cessabat suamq; virginitatē cōseruari a domino exorabat Cum autē m̄ cuidaz iuueni nomine valerian⁹ desponsata fuisset Et die

nuptiarum instituta illa subtus ad carnem cilicio erat indu-
ta et desuper deauratis vestibus tegebatur Et cantantibus orga-
nis illa in corde soli domino decantabat dicens fiat domine cor
meum et corpus meum immaculatum ut non confundar Et bi-
duanis et triduanis ieiuniis orans commendabat domino quod
timebat Venit autem nox in qua suscepit una cum sponso suo
cubili secreta silentia et ita eum alloquitur O dulcissime atque
amantissime iuuenis est misterium quod tibi confitear si mo-
do tu iuratus asseras tota te illud obseruancia custodire Tu
rat se illud nulla necessitate detegere nulla perdere ratione tunc
illa ait angelum dei habeo amotorem qui nimio zelo custo-
dit corpus meum hoc si leuiter senserit quod tu me polluto amo-
re contingas statim feriet te et amittes florem tue gratissime
iuuentutis Si autem cognouerit quod me sincero amore diligas
ita quod diliget te sicut me et ostendet tibi gloriam suam Tunc
valerianus nutu dei correctus ait Si vis ut credam tibi ipsum
angelum mihi ostende et si vere probauero quod angelus sit faci-
lam quod hortaris Si autem virum alium diligis te et illum
gladio feriam Cui cecilia dixit Si in deum verum credideris
et te baptisari promiseris ipsum videre valebis Vade igitur in
tercium miliarium ab urbe via que appia nuncupatur et pau-
peribus quos illic inuenies dices Cecilia me misit ad vos ut
ostendatis mihi sanctum senem urbanum quoniam ad ipsum ha-
beo secreta mandare que proferam Hunc dum tu videris indi-
ca ei omnia verba mea et postquam ab eo purificatus fueris et re-
dieris angelum ipsum videbis Tunc valerianus prexit et hinc sig-
na que acceperat sanctum urbanum episcopum intra sapulcra
martirum latitantem inuenit Cumque ei omnia verba cecilie
dixisset ille manus ad celum expandens cum lacrimis ait Domi-
ne ihesu criste seminator casti concilij suscipe seminum fructus
quos in cecilia seminasti Domine ihesu criste pastor bone ce-
cilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit Nam
sponsum quem quasi leonem ferocem accepit ad te quasi ag-
num mansuetissimum destinavit Et ecce subito apparuit senex qui
dam niueis vestibus iudutus tenens librum aureis literis scri-
ptum Quem videns valerianus pro nimio timore quasi mor-
tuus cecidit et a sene leuatus sic legit Vnus deus una fides
vnum baptisma vnus deus et pater omnium qui super omnes
et per omnia et in omnibus nobis Cumque hoc legisset dixit ei
senior Credis ita esse an adhuc dubitas Tunc exclamauit di-
cens non est aliud quod ferius credi possit sub celo Statimque
illo disparante Valerianus a sancto urbano baptisma susce-
pit Et rediens ceciliam cum angelo loquentem in cubiculo

inuenit Angelus autem duas coronas ex rosis et lilis in ma-
 nu habebat et vnam cecilie et alteram valeriano tradidit di-
 cens Istas coronas immaculato corde et mundo corpore custo-
Quecūq; tormenta potes cogitare ne differas quia carnem ⁊ sanguinem meum cristo offerre desidero. Item fac quecūq; animo concepisti Paratam enim me videbis ad omnia sustinenda. Secundo in donis oblatiſ quia ea respuit. Vnde cum imperator sibi promitteret q̄ eam in palatio secundam haberet respondit. desine talia dicere que scelus sunt etiam cogitae Tertio ī supplicijs irrogatis quia ea superauit Sicut patet cū fuit posita in carcere ⁊ super rotam Quarto in mundicia castitatis Seruauit enim castitatem inter ea iter que castitas periclitari solet. Quādoq; sunt in quibus castitas periclitatur scilicet affluentia resoluens oportunitas inducens Iuuentus lasciuens libertas effrenans. pulchritudo alliciens Inter hec beata katherina castitatem seruauit. Habuit enim maximam affluentiam rerum utpote que tam ditissimis parentibus successisset. Habuit oportunitatem utpote que sui domina tota die inter suos famulos versabatur. habuit iterum etatem iuuenilem Item sui libertatem quia sola ⁊ libera in palatio remansit. De hijs quatuor dicitur supra kathe. cum esset annoꝝ xvij. in palatio diuicijs ⁊ pueris pleno sola remāsit. Habuit etiam pulchritudinem. Vnde dicitur quia erat speciosa valde ⁊ incredibili pulchritudine omnium oculis admirabilis videbatur. Quinto in priuilegio dignitatis. quedam enim priuilegia specialia sunt in aliquibus sanctis dum decederent ut christi visitatio q̄ fuit in Iohanne euangelista olei emanatio q̄ fuit in beato Nicolao. Lactis effusio q̄ fuit in beato Pau. Sepulchrum prepatio q̄d fuit in beato Clemente. petitionū exauditō quod fuit in beata Margaretha quādo orauit pro agentibus sui memoriam. Hec autem omnia fuerunt ī beata katherina. Dubitationem autem habent aliqui apud aliquos utrum a maxencio vel a maximino martirizata sit. tunc enim tres imperium tenebant scilicet constantinus qui ex traditione paterna imperium sumpsit Maxencius maximiani filius a pretorianis militibus rome augustus appellatus ⁊ maximinus in orientis partibus cesar effectus. Secundum auteꝝ cronicas maxencius rome. maximinus vero in oriente contra christianos tyrānidem exercebat Videt ergo ut aliquibus placet ut vicio scriptoris sit factum ut pro maximino maxencius poneretur.

Sequitur alia legenda
de sancto Saturnino.



Saturninus ab apostolorum discipulis ordinatus in vrbe; thelosanā directus Cū autē ipso ingrediente demones a responsis cessarent Vnus gentiliū dixit q̄ nisi saturninū occiderent a dijs suis nil penitē obtinerent Apprehēdētes igitur saturninum nolentem sacrificare ad pedes tauri ligauerūt eūq; cum stimulis agitates a

summa arce p̄ gradus capitolij precipitauerūt Sicq; capite cōfracto a cerebro excussu martiriū feliciter s̄summauit Cuius corp⁹ due feie rapientes p̄fundo loco p̄pter metū gentiliū cōdiderunt q̄d postea successores eius ad locum reuerentiorē transtulerūt Fuit alius saturnin⁹ quem rome p̄fectus diu in carcere maceratū in eculeū leuari et neruis fustib⁹ et scorpionib⁹ cedi fecit Deniq; laterib⁹ adustijs depositū de eculeo decolari precepit circa annos domini cc·lxxxvj sub maximiano Fuit et ali⁹ saturnin⁹ aput affricam frater sancti satiri qui cū predicto fratre suo reuocato et felicitate sorore dicti reuocati nec non et cū perpetua genere nobili martiriū passus est Quorum passio alio tempore potissimum recolitur Cum ergo proconsul eis dixisset vt ydolis ymmolarent et illi nullatenus assentirent in carcerem missi sunt Quod videns pater perpetue ad carcerem flens cucurrit dicēs filia quid fecisti de honestati genus tuū Nunq̄ aliquis de genere tuo in carcerem missus fuit Cū autem audisset q̄ cristiana esset in eam cū impetu digito irruit ad oculos et ei oculos eruere voluit et exclamans egressus est Vidit autem bea·perpetua hui⁹ visionē quā in crastino socijs enarrauit dicēs Vidi scalā aureā mirabili latitudine vsq; ad celū erectā q̄ adeo angusta erat vt nō nisi vn⁹ et paru⁹ ascendere poterat i dextra vero et leua erāt fixi cultri a gladij ferrei limati et exacuti ita vt ascēdens circa v̄l infra se nullaten⁹ respicere poterat sed semp̄ ad celum

cum erectum stare oportebat sub ea draco teterrimus & in/
gentis forme iacebat & pretimore qlibet ascendere formidabat.
Vidit etiam fatirum per eam ascendentem vsq; sursum & re/
spicientem ad nos & dicentem. Ne timeatis hunc draconem s;
securi ascendite vt mecum esse possitis Hec audientes omnes
gratias egerunt quia se vocatos ad martirium cognouerunt.
Presentati igitur iudici cu; sacrificare nollent. fecit saturninu;
cu; alijs viris a mulierib; separi & dixit felicitati Habes viru;
& illa habeo sed contemno Cui ille miserere tibi puelle vt vi
uas maxime cum infantem in vtero habeas Ad quem ait. fac.
de me quicqd vis. quia ad voluntatem tuam nunq; me tra/
here valebis Parentes autem beate perpetue cum viro accue/
rentes infantem paruulum beate perpetue que adhuc lacta/
batur adduxerunt. Et videns eam pater stantem ante prese/
dium cadens in facie dixit Filia mea dulcissima miserere mei
& huius mestissime matris tue & huius miseremini viri tui
qui post te viuere non valebit Perpetua vero inobilis stabat
Tunc pater filium ad collum eius iactauit. Et ipse & mater
& maritus eius manus tenentes & flentes osculabantur eam
dicentes. Miserere nostri filia & viue nobiscum At illa proi/
ciens paruulum & illos rebellens ait. Discedite a me inimici
dei quia non noui vos Videns vero prefectus eorum constā
tiam diutissime verberatos in carcere posuit Sancti vero du;
plurimum mesti essent de felicitate que octo iam mensibus
pregnans erat pro ea orauerunt. & dolores partus subito in
eam irruerunt. peperitq; filium viuum Quidam vero de eu/
stodibus dixit ad eam Quid facies cum ante prefectuz vene/
ris si nūc tam grauiter cruciaris Respondit felicitas Hic ego
pro me patior. ibi pro me deus pacienter. Extracti igitur de
carcere ligatis posttergum manibus & nudatis naribus per
plateas ducuntur Et dimissis bestijs satyrus & perpetua a le/
onibus deuorantur Reuocatus & felicitas a leopardis come/
duntur Beatus vero saturninus gladio capite trūcatur. Cir
ca annos domini. cclvj. sub valeriano & galieno iperatoib;.

Sequitur alia legenda
de sancto Iacobo.



Iacobus mā
tir cognomē
to intercisus
nobilis genere sed fi/
de nobilioꝝ ex regiōe
perfarum & ciuitate
elape æiundus fuit .
Hic ex christianissi/
mis parentibus ort⁹
est & vxōem christi
anissimam habuit .
Eratq; notissimus re
gi perfarum . & inter
optimates primus .
accidit autē vt a pri/
cipe nimio amore se/
duceretur & ad colē

dum ydola flecteretur Hec autem mater & vxō audientes &
protinus sibi scripserūt dicentes Obediēdo mortali deseruisti
eum qui vita est placēdo future cito putredini deseruisti sem
piternum odorem Veritatem in mendacium commutasti &
mortali obtemperans viuōꝝ ac mortuōꝝ iudicem reliq;
sti. Noueris igitur nos ammodo . a te futuras extrāeas nec te
cum de cetero aliquatenus moraturas. Cum autem has lēas
Iacobus legisset amare flēs ait. Si mater mea que me genu^t
& vxō mea a me extranee facte sunt. quātomagis a me ext/
neus factus est deus meus Cum ergo pro errore suo se plu
rimum afflixisset nuncius venit ad principem qui diceret Ia
cobum christianum esse. Quem princeps aduocans ait. Dic
mibi si nazarenus es Cui iacobus Etiam nazarenus sum Et
ille Ergo magus es Cui iacobus absit a me magum esse. cuz
ergo ei multa supplicia minarentur dixit iacobus. non me cō
turbent mine tue quia tanq̄ ventus flās super petram furōꝝ
tuos aures meas cito pertransit Cui princeps Noli impru/
denter agere ne ḡui morte pereas. Cui iaco hoc non mors sed
somnia pocius ē dicendū. Cū post modicū resurrectō tribu
atur Cui princeps. n̄ te seducāt nazarēi dicētes mortē esse som/
num q̄a magni ipatoꝝ timēt eā. Cui Iacobus nos mortē n̄ timē⁹
q̄a de morte ad vitam trāsire speram⁹ Tūc princeps de ḡilio
amicoꝝ hāc sup Iacobus tulit sniaz vt ad terrōē alioꝝ mēbrati ia
cobus puniatur . Cum autem quidam ex compassiōe sup
cum flerent Ille ait . Nolite sup me flere sed super vos ipsos
plangite. q̄a ego ad vitā pergo & vob̄ supplicia eterna debēt .

Tunc carnifices pollicem manus eius dextre absciderunt. Et exclamans Iacobus ait Liberatoꝝ nazerene suscipe ramum arboris misericordie tue Nam a cultore vinee sarmentum absciditur vitis vt potius germinet ⁊ vberius coronetur Cui carnifex Si assentire vis adhuc tibi parco ⁊ medicamentum adhibeo Cui Iacobus Nonne prospexisti stipitem vitis quia cū amputantur sarmenta ille modus qui remanet in suo tēpore cum terra calefcere incipit ⁊ per singula abscisionis loca producit germina. Si ergo vitis putatur vicissitudine temporis vt germinet quātomagis fidelis homo qui ī vera vite cristo compactus est. Tunc accedens carnifex secundū abscidit digitum Beatus iacobus dixit suscipe duos ramos quos plantauit dextera tua domine. Abscidit tertium ⁊ dixit iacob De triplici temptatione liberatus benedicam patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto Et cum tribus ereptis de camino pueris confitebor tibi domine ⁊ in choro martirum psallā nomini tuo xp̄e Abscisus est ⁊ quartus. Et iacobus dixit protectoꝝ filioꝝum israhel qui in quarta benedictione pronunciatu es. Suscipe a seruo tuo confessionem quarti digiti tanq̄ in iuda benedicti. Abciso quintum dixit Completum est gaudiū ih̄eū Tunc carnifices dixerunt ei Parce nunc anime tue ne pereas. ne cōtristeris sumam manum a miseris. quoniam multi sunt vnam manum tātum habentes ⁊ multis diuicijs ⁊ honoꝝibꝫ abundantes Beatus iacobus dixit. qñ pastores īcipiūt pecora tundere nūquā dextrum tantum vellus auferunt ⁊ sinistrum dimittunt. Si ergo pecus quod animal brutum est totū vult vellus amittere quātomagis homo rationalis non dedigbor pro deo occidi. Accedentes igitur impij ad sinistram manuz digitum minimum inciderunt Et iacobus dixit. Tu domine cum magnus esses minimus ⁊ puus pro nobis fieri voluisti ideo circo reddo tibi corpꝫ ⁊ animam quam creasti ⁊ proprio sanguine tuo redemisti Absciditur septimus digitus ⁊ ait. septies in die laudem dixi tibi domine Abscidit octauus ⁊ dixit. Octauo die circūcisus est ih̄esus ⁊ hebreꝫ circūciditur octauo die vt transeat ad legales cerimonias ⁊ mens serui tui domine transeat ab hijs incircūcisus ⁊ coinquinatum habentibus perpuccium vt veniam ⁊ conspiciem faciem tuā domine Inciditur nonus digitus ⁊ ait hora nona tradidit xp̄s ī crucem spirituū. Vnde ⁊ ego domine in dolore noni digiti tibi confiteor ⁊ gratias ago. Inciditur decimus ⁊ ait Decimꝫ numerꝫ ē in preceptis Ioth prima litera nominis ih̄esu christi. Tunc quidam de astantibus dixerūt. O dilectissime quodā noster profiteri deum tantum coram consule vt viuere valeas. Licet

enim abscise sunt manus tue. sunt tamen peritissime medici qui tuis doloribus valeant subuenire quibus iacobus dixit. absit a me nephanda simulatio nemo enim mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei Tunc indignati carnifices accesserunt et pollicem pedis dextri absciderunt et iacobus dixit Pes christi perforatus est et sanguis exiuit. Abciditur secundus pedis digitus et ait Magna mihi dies haec est pre omnibus diebus. hodie quippe ad deum fortem conuersus ibo Abciderunt et tertium et ante ipsum proiecerunt et subridens iacobus dixit Vade tertie digite ad socios tuos et quemadmodum granum tritici multum fructum affert ita et tu in nouissimo cum sociis tuis requiesces Abciditur quartus et ait. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me spero in deo quoniam adhuc confitebor illi facies vultus mei et deus meus. Abciditur quintus et ait. nunc incipiam dicere ad dominum quoniam dignum me fecit socium seruis suis Tunc accedentes ad pedum sinistrum digitum paruorum absciderunt Et dixit iacobus digite parue confortare quia magnus et paruus unam habent resurrectionem Capillus capitis non peribit quanto minus a sociis tuis minime seperaberis Abciditur secundus et iacobus ait destrue veterem domum quia splendidiore paratur Abciditur tertius ait iacobus Confessionibus firmatur meus Abciditur et quartus et ait Conforta me deus veritatis quoniam in te confidit anima mea et in umbra alarum tuarum. s. d. t. i. Abciditur et quintus et ait iacobus Ecce me tibi domine immolabo vices Tunc accedentes pedem dextrum absciderunt Et dixit iacobus Non offeram minus celesti regi pro cuius amore hec patior Abciderunt et pedem sinistrum et beatus iacobus dixit Tu es qui facis mirabilia exaudi me domine et salua me Abciderunt dextrum manum et ait Misericordie tue domine adiuuent me Ad sinistram et ait Tu es qui facis mirabilia Abciderunt dextrum brachium et ait Laudam anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quod diu fuero Abciderunt et brachium sinistrum et ait. Circumdederunt me dolores mortis in nomine domini vindicabor in eis Tunc accedentes absciderunt suram dextri cruris scindentes usque ad femur Tunc beatus iacobus ineffabili dolore grauatus exclamans ait. Domine ihesu christe adiuua me quia circumdederunt me gentes mortis et ait carnificibus cane noua me dominus et induet quam vestra vulnera maculae nequebunt

Jam carnifices defecerant eo q̄ a prima hora diei vsq; ad no-
nam in eius incisione suadessent Tunc iterum accedentes fini-
stri crucis furam abcidendo vsq; ad femur extraxerunt Tūc
exclamans beatus Iacobus dixit. Dominator domine exau-
di me semiuiuum uiuorum & mortuorum dominus Dignos
domine non habeo ut ipsos ad te porrigā nec manū ut eas ad
te extendam. Pedes mei truncati & genua demolita flectere
non valeam & sum velut casura domus ablatis & a quibus
sustentatur. columnis. Exaudi me domine Ihesu Christe &
educ de carcere animam Hec cum dixisset vnus de carnifici-
bus accessit & caput eius amputauit Christiani igitur ocul-
te accesserunt & corpus eius rapientes honorifice sepelierunt.
Passus est autem. v. kal. decembris.

De sancto Pastore .



Pastor in he-
remo mul-
tis annis in
abstinentia maḡ se
affligens multa san-
ctitate & religiōe pol-
lebat Cum autē ma-
ter eius ipsum & fra-
tres eius desiderare
videret sed nō posset
Obseruauit dicit &
illis ad ecclesiam eū
tibus protinē se eis/
deꝝ obtulit At illi fu-
gientes & cellam in-
trantes in eius faciē

clauserunt hostium Illa ante hostium stās cum nimio fletu
clamabat. Pastor autem ad hostiū veniens dixit ei. Quid sic
clamas o vetula. Quem audiens vocem eius amplius clama-
bat flens & dicens Volo vos videre fili mi Quid enī si videā
vos Nūquid non ego sum mater vestra que lactaui vos & iā
canis tota sum plena. cui filius hic nos vis videre aut in alio
seculo Que respondit si nō video vos hic videbo vos illic filij

Qui ait Si equanimiter ferre vales vt nos hic nō videas illic ꝑculdubio nos videbis Que discessit gaudēs et dicēs Si vos uisura sum illic nolo vos videre hic Iudex ꝑuincie cum abbatem pastorem videre cuperet Sed nequiret ·Filium sororis sue tanq̄ malefactorem tenuit et in carcere posuit dicens · Si pastor venerit et pro eo intercesserit eum dimittā Mater igit̄ pueri ad ostium senis plorans dum ille sibi nil r̄ndit ait Et si viscera ferrea habes et nulla cōpassione moueris saltem miseratione sanguinis tu flectat te et q̄ vnigenitus mihi existit Ille aut̄ mandauit ei Pastō filios non generauit Qua cum dolore discedente dixit ei iudex ·Saltem verbo iubeat et ego eū dimittam Ille aut̄ ei remandauit dicens Exanima causam s̄m legem et si dignus morte habetur ꝑtinus moriatur Sin aut̄ quomodo placet tibi fac Docebat aut̄ fratres sic dicens Custodire et seip̄m cōsiderare et discretionem habere operationes sunt anime Pauptas tribulatio et discretio sunt operationes solitarie vite Scriptum est enī Si fuerint hij tres viri noe iob et daniel Noe ꝑsonam habet nihil ꝑsidenticiū Iob tribulatum daniel discretorū Si duas res oderit monachus potest ab hoc mūdo liber esse Et querenti fratri que essent dixit carnalis repaufatio et vana gloria si vis requiem inuenire videlz in hoc seculo et in futuro in omni causa dic Quis sum ego et non iudices quemq̄ Cū quidam frater de cōgregatiōe offēdisset abbas de cōsilio cuiusdam solitarii eum expulit Qui q̄ si flendo desperaret abbas pastō eū ad se adduci fecit quē benigne cōsolans misit ad illum solitariuu dicens Audiens de te videre te desidero Fatiga igitur te vsqz ad me Qui cum venisset dixit pastō duo homines erant qui ambo habebāt mortuos Reliquit aut̄ vnus mortuum suum et abiit plorare mortuum alterius Quod solitarius audiens et intelligens in sermone eius conpundus est Cū quidam frater pastori dixisset se perturbatū esse et locum velle deserere eo q̄ quedam verba de quodam fratre audiuisset que eū non edificauerant dixit pastō ne hec verba crederent quia vera non essent Ille vera esse asserabat quia frater fidelis ea sibi retulit Cui pastō non est fidelis qui tibi dixit quia si fidelis esset nequa q̄ sibi talia diceret Et ille ego vidi oculis meis Ille autem interrogatus de festuca et de trabe quid essent Respondit de festuca q̄ festuca esset de trabe et trabs esset Et pastō ꝑne in corde tuo quia peccata tua sunt sicut hec trabs Illius autem velut hec parua festuca Frater quidam qui peccatum grande fecerat volens penitere triennio interrogauit pastorē si multū esset Qui dixit Multum est · Et quesitus si annum iuberet ait ·Multum est

Ast antes aut dicebant vsq; ad xl. dies Et ille multum est . Et
 adiecit Puto q; si ex toto corde homo penituerit & peccatum
 non iterauerit & penitentiam triduanam suscipiet dominus In
 interrogatus de illo verbo qui irascit fratri suo sine causa . &c .
 ait . Ex omni re qua te grauare voluerit frater tuus ne irasca/
 ris aduersus eum donec oculum dextere tibi extrahat . & si aliter
 feceris sine causa sibi irascaris Si autem aliquis te voluerit se/
 perare a deo pro hoc irascere ei Dixit autem pastor Qui queru/
 losus est monachus non est Qui maliciam in corde suo tenuerit
 monachus non est Qui iracundus est monachus non est
 Qui malum pro malo reddit monachus non est Qui elatus
 & verbosus est . monachus non est Qui vero vere est monachus
 semper est humilis mansuetus caritate plenus & timorem dei
 semper & ubiq; pre oculis habet vir non peccet Dixit iterum
 q; si sunt tres in vnum ex quibus vnus bene quiescat Alius
 autem infirmetur & gratias agat Tertius vero minister eius
 sit ex sincera voluntate hij tres similes sunt velut sint vnus
 operis Cū quidam frater sibi quereret q; multas cogitationes
 habes in ipis picitare . eum sub aere nudo eiecit dicens expande
 sinum & apprehende ventum . Qui ait non possum . Et ille Nec cogi/
 tationes prohibere potes ne introeant . s; tuum est resistere eis . Interro/
 gatus a quodam fratre q; de hereditate dimissa faceret dixit .
 vt post tres dies ad se rediret Qui cū redisset ait illi . si dixero
 da eam ecclesie faciunt in conuiuia . si dixero da eam pauperibus non est tibi
 merces Si dicam da eam pauperibus securus eris Quicquid er
 go vis fac ego causam non habeo Hec inuitas patrum .

De sancto iohanne abbate



Iohannes ab
 bas cū p̄ ā/
 nos q̄ora/
 ginta in heremo ha/
 bitasset . interrogauit
 eum quidam quātū ex
 hoc profecisset . & ille
 dixit Ex q̄ cepi soli/
 tarius esse nūq̄ videt
 sol manducantē . Et
 iohannes Nec me ira/
 scentē . sile fere legiē
 ibidē q; cū epiphānē
 ep̄us abbati hilariā
 daret carnes ille ait
 ignosce q̄a ex quo
 accepi habitum hūc
 daret carnes . Ille ait

hunc non manducam quidq̄ occisum Cui episcop⁹ ex quo
 accepi habitum hunc nō dimisi aliquem dormire qui aduer-
 sum me aliquid haberet nec dormiui habens aliquid aduer-
 sus aliquem Cui ille Ignosce mihi quia meli⁹ es q̄ ego vo-
 lens iohannes ad similitudinem angelorum nihil operari sed
 deo sine intermissione vacare seipm̄ ex poliauit et vnam ebdo-
 modam in heremo fuit Cum aut̄ fame piclaretur et acule-
 is muscarū et vesparū totus vulneraretur Reuersus ad osti-
 um fratri sui pulsabat Ad quem ille quis es tu et ille ego sū
 iohannes Frater autē dixit ei nequaq̄ iohannes enī angelus
 factus est et inter homines vltra non est . Et ille ego vere sum
 Et nō aperiens ei dimisit eū affligi vsq̄ mane Postea aperiēs
 dixit Si homo es opus habes iterū operari vt pascaris et vi-
 uas Si autē angelus es quid queris intrare cellā et ille dixit
 Ignosce frater q̄ peccauī Cum autē morerē rogauerūt eum
 fratres vt aliqd̄ verbū salutare et cōpendiosum loco heredita-
 tis sibi relinqueret Qui ingemiscēs ait Nunq̄ feci ppriam vo-
 luntatē nec aliqd̄ docui quod prius ip̄e non fecerim hec in vi-
 tas patrum



Moyses ab-
 bas Dixit
 fratri peten-
 ti a se sermonem Se-
 de in cella tua et do-
 cebo te vniuersa Cū
 quidam senex infir-
 matus ire vellet ne
 fratres nimis graua-
 ret dixit ei abbas/
 moyses non vadas
 quoniam in fornica-
 tione casur⁹ es qui
 cōtristat⁹ dixit mo-
 tuū est cōpus meū
 et tu mihi ista dicis
 Cū ergo iuisset et q̄

dam virgo ex deuotione sibi seruiret ille cōualefcens eam vio-
 lauit Que cū filiū pepisset senex puerū in vlnis accipiens in
 die magne festiuitatis que erat in sixti ecclesia coram multi-
 tudine fr atrū intrauit Cum aut̄ omnes flerent dixit Videtis
 in fantē hūc Fili⁹ ē inobediēcie .cauete ergo vobis fratres q̄a
 in senedute hoc feci et orate p̄ me ⁊ p̄gens ad cellā ad p̄stinū
 statū reuersus ē Ali⁹ q̄ senex cū dixisset alteri mortuus sum

ille ait Nō cōfidās in te donec exēas de corpore nā si dicis q̄a
 mortu⁹ es sathanas tñ mortu⁹ nō est. Cū frater peccasset mi/
 serūt ad abbatē moysē Qui accepta sporta plena arena venit
 ad eos Quē cū fratres quidnā hoc esset interrogarēt dixit pec
 cata mea sūt post me currēcia et nō video ea-et veni hodie ali
 ena iudicare peccata Illi autē hoc audiētes fratri pepercūt Si/
 mile legīt de abbate priori Nā cū fratres de quodā fratre cul
 pabili loquerent̄ ille tacebat Cū ergo accepisset sacculū ple/
 nū arāna retro et de eadē arena modicū ante se ferret Interro
 gat⁹ q̄d hoc esset dixit Multa arena sūt peccata mea q̄ post
 me fetens ip̄a nō cōsidero nec p̄ eis doleo Modica vero arena
 peccata fratris ante me poīta que semp cōsidero et ip̄m iudi/
 co cum tamen peccata mea ante me semp portare deberem ⁊
 de ip̄is cogitare et p̄ ip̄is deū rogare cū abbas moyses fact⁹
 fuisset clericus et imposuisset ei sup humerale dixit ei ep̄s Ab
 bas factus est candidat⁹. Et ille aut foris domine papa aut
 intus Volens autē episcopus eum pbare dixit clericis suis vt
 quando ad altare accederet ip̄m cū iniuria expellerent deinde
 eū sequētes quid loquerēt audirēt Proicientes autē eū foras
 dixerūt Exi foras ethiops Qui egrediēs dicebat bene tibi fe/
 cerūt cinerate et cacabo te q̄a cū hō nō sis quare te in medio
 hominum dare presumpsisti hec in vitas patrum

De sancto Arsenio



Arseni⁹ cum
 adhuc ī pa/
 lacō q̄sisterz
 ⁊ ad salutē dirigeret̄
 oratz audiuit arseni
 fuge hoīes et salua/
 beris accedēs igīt ad
 monahalē vitā orās
 audiuit arseni fuge
 tace q̄esce Ligīt enī
 ibidē de hac q̄ete ap
 petenda q̄ tres fra/
 tres cū facti fuissent
 monachi vn⁹ elegit
 discordātes ad pacē
 reducere Secūd⁹ in
 firmos visitare Ter/
 cius in solitudīe q̄escere Prim⁹ igīt laborās p̄pter lites homi/
 num non potuit omnibus placere et tedio victus venit ad se/
 cundum quem inuenit animo deficientem et mandatum per/
 ficere non valentem. Et concōdantes ad terciū qui erat in
 solitudīe venerūt cui cū tribulacōes suas narrasset ille missa

aqua in capho dixit attēdite in aquā et erat cōmota et turbu
lenta Et rursus dixit Attēdite modo quomodo quieta et li
pida facta est · Qui cum intenderent et vultus suos videren t
ait Sic qui in medio hominum cōsistunt pre turba nō vidē t
peccata sua Cum autē quieverint Tunc peccata sua videre va/
lebunt Quidam etiam cum inueisset quendam in heremo ve
lut bestiam herbas manducantem et nudum currebat post
ipm fugientem dicens Expecta me quia ppter deum sequor
te Et ille et ego ppter deum fugio te Cum autē vestem picissi
fer expectauit eum dicens Quomā materiam mundi picisti
a te expectaui te Cui ille dic mibi quomodo saluus efficiar
Qui respondens ait Fuge homines et tace Matrona quedam
nobilis et senex venit vt abbatem arsenium ex deuotione vi/
deret Qui rogatus a theophilo archiepo vt se videri pmitter
ret nullatenus acquieuit Tandem illa ad eius cellam pperās
ipm foris ante ostium celle inuenit et se ad eius pedes pstra
uit Ille autē cum indignatione nimia eleuauit eam dicens Si
faciem meam videre vis vide Illa autem faciem eius pre con/
fusione et verecundia non considerauit Cui senex Quomodo
cum mulier sis tantā nauigationem facere presumpsisti ecce
enī romam redibis et q abbatem arsenium videris alijs mu/
leribus enarrabis Et ille similiter venient vt videant me · Et
illa si deo dante romam rediero nullam huc venire permittaz
Sed saltem obsecro vt ores pro me et mei memoz sis semper
Cui ille oro deum vt deleat memnriam tuam de corde meo et
illa audiens turbata nimium venit in ciuitatem et pre tristi/
cia febricitare cepit Quod archiepiscopus audiens ad eam q
solandam accessit Illa autem dicebat · Ecce ego contristata
morioz Cui archieps Nescis quia mulier es et inimicus p
sanctos mulieres impugnat et propterea senex hic ait · Nam
pro anima tua semper orat sic consolatione recepta cum gau
dio ad ppria remeauit De quodam alio patre legitur q cū
discipulus eius diceret · Senuisti abbas accedamus parum
iuxta mundum Ille ait vbi non est mulier ibi eam? Dixit di
scipulus Et vbi est locus non habens mulierem nisi forte sol
litude Et ille ergo in solitudine me tolle · Alius etiam frater
cum matrem suam vetulam transfluuium portare deberet Il
la manus suas pallio inuoluit Cui illa vt q operuisti man?
tuas fili Et ille Corpus mulieris ignis est et ex eo q te contin
gebam aliarum feminatum memoria ī meo animo veniebat
Arsenius autem per totum tempus vite sue ad opus sedens
manuum suarum pannum habebat in sinu ppter lacrimas

que crebro de oculis eius currebant Totā noctem infomnēm
ducebat. Mane autem facto cum ppter nature lassitudinem
dormire vellet dicebat somno Veni serue male ⁊ subreipiebat
parum somni sedendo et statim surgebat. Dicebat q̄ sufficit
monacho si dormierit vna hora si est tamen pugnatō. Cum
pater sancti arsenij nobilissimus senator vitam finiēns et testa
mentum faciēns magnā hereditatem arsenio dimisisset magi
strian⁹ predictū testamentum ad ip̄m detulit quod ille acci
piens voluit illud scindere. Magistrianus autem eius pedib⁹
puolutus rogauit ne hoc faceret quia caput eius p̄cideretur
Cui arsenius prius mortu⁹ sum q̄ ille Ip̄e igitur cum modo
mortu⁹ sit quomodo me fecit heredem Et remisit testamētum
mibi accipere volens Quadaz vice facta est vox ad eū dicens
Veni et ostendam tibi opera hominū Et eduxit eū in quendā
locū ostendit q̄ ei ethiopem incidentem igna et facientem sar
cinam grandem quam portare nō poterat Deinde iterum lig
na incidēbat ⁊ hoc faciebat diucius Ostenditq̄ ei rursus ho
minē haurientem aquā in cisternam p̄tusam que aquam rel
fundebat in lacum et ip̄am cisternā implere volentem et oste
dit ei iterum templū et duos viros ī equis portantes lignum
transuersum. Volentes aut̄ introire in templū sed non pote
rant eo q̄ lignū in transuerso portarent et exposuit dicēs Hī
sunt qui portant quasi iugum iusticie cum supbia ⁊ non hu
miliantur ppter quod remanent foris a regno dei Qui ligna
incidit homo est in peccatis et pro eo vt agat penitenciam nō
subtrahit de peccatis Sed addit iniquitates iniquitatib⁹. Qui
autem aquam haurit homo est bona opera faciēs. Sed quia
cum eis sunt permixtam mala perdidit opera sua Vespere sab
bati veniente dominico relinquebat post se solem et extendē
bat manus suas ad celum donec mane die dominico sol ascē
dens faciem eius illustrabat et sic residebat hęc in vitas patrū

De sancto Agatho n

Agathon abbas per triennium lapidē in os suū mit
tebat donec taciturnitatem disceret. Ali⁹ q̄ frater cū
intrasset congregationem dixit intra se Tu et asinus
vnum esto Sicut asinus vapulat et non loquit̄ Iniuriam pa
titur et non respondet sic et tu Ali⁹ q̄ frater a mensa expul⁹
nihil respondit Postmodum super hoc interrogatus ait. Po
sui in corde meo q̄ equalis sim cani qui cum fectat foras egre
ditur. Interrogatus agathon que virtus plus haberet labo
ris Respondit Puto non esse talem laborem qualem orare de
um. Nam inimici ei⁹ semper laborant eius orationē destruere



Nam in ceteris laboribus homo aliquā requiē possidet Orationis autem opus habet magni certaminis Interrogatus agathon a quodam fratre quomodo cum fratribus habitare deberet ait sicut in prima die et non assuimas fiduciam Non est enim peior passio quam fiducia genitrix enim omnium passionum Dixit iterum Tracundus si mortuos suscitaret non placet alicui

vel deo propter iracundiam suam · Frater quidam iracundus intra se ait si solus habitarem ad iram non cito mouerer Quadam vice cum urceolum aqua impleret versatus est · Secundo impleuit et iterum versatus est Tercio impleuit et versatus est qui commotus furore fregit vasculum · In se autem reuersus cognouit quod ab eodem demone iracundie sit illusus et dixit · Ecce solus sum et tamen ira me vicit Reuertar ergo in congregationem quia ubique labor ubique paciencia et adiutorio dei opus est Econtra erant duo fratres qui multis annis inuicem conuersantibus nunquam ad iracundiam poterant prouocari · Quadam vice dixit vnus alteri Faciamus et nos litem sicut homines de mundo faciunt Et ille respondit Nescio qualiter fiat lis et dixit frater Pono in medio laterculum et dico meum est Tu autem dic non sed meum est et inde fiet litis inicium Posita est ergo testa in medio Dixit vnus meum est hoc et alter dixit Non sed meum est Et ille respondit etiam tuum est tolle ergo et vade et discesserunt nec inter se contendere potuerunt · Erat autem abbas agathon sapiens ad intelligendum impiger ad laborandum Parcus in cibo atque vestimento Dixit autem super voluntatem meam nunquam dormiui retinens in corde aduersus quemquam dolorem Non dimisi dormire alium habentem aduersum me aliquid Moriturus quod agathon tribus diebus mansit immobilis apertos tenens oculos Qui cum pulsaretur a fratribus respondit In conspectu diuini iudicii assisto Dicunt ei et tu times et ille in custodiens mandatis dei virtute quam potui laboraui Sed homo sum et nescio si placuerunt opera mea domino Dicunt ei et

non cōfides de operibz tuis q̄ s̄m deum sunt Et ille non p̄li/
mo donec venero ante illum Aliter enī sunt iudicia dei et iudi
cia hominū Cūt aut̄ eū adhuc interrogare vellēt ait Ostēdit
te caritatē et nolite mecū loqui q̄a occupat̄ sum Quo dicto
statim spiritū cū gaudio emisit .videbat enī eū colligentē spi
ritum quemadmodum si quis salutet amicos suos dilectos
hec in vitas patrum

De sancto barlaam



Barlaam cui/
ius hystori/
am io·dama
scenus diligenti stu/
dio cōpilauit operā/
te in eo diuīa gracia
sanctū Iosaphat re/
gem ad fidem cōuer/
tit .Etenī cū vniuer/
sa india cristianis et
monachis plena ess̄
Surrexit rex quidaz
prepotens noīe auen/
nis q̄ cristianos et p̄
cipue mōachos plu/
rimū persequebatur
Accidit aut̄ vt qui/
dam regis amic̄ et

in palatio suo p̄mus diuina cōmonit̄ gracia regiam aulam
relinqueret et monasticū ordinem intr̄ oiret Quod rex audi/
ens pre ira insaniens eū p̄ queqz deserta inq̄ri fecit et vix inuē/
tum ad se adduci mādauit Vidensqz eū vili tunica coopertū
et fame maceratū q̄ splendidis vestimētis ornabat̄ et multis
diuiciis affluere cōsueuerat dixit ei O stulte et mentis perditē
cur honorē in cōtumeliam cōmutasti Ecce ludū puerorū te
fecisti Cui ille Si hui⁹ a me rationem audire desideras inimi/
cos tuos p̄cul a te abicias Rege aut̄ q̄ essent hui⁹i inimici q̄/
rente ait Ira et cōcupiscēcia hec enī impediūt ne veritas vide/
atur Assiderant aut̄ ad audienciā dicendoz̄ prudentia et equi/
tas Cui rex fiat vt loqueris Et ille Insipientes ea que sūt de/
spiciūt quasi nō sint Ea vero q̄ nō sunt q̄si sint apprehendere
moliunt̄ Qui aut̄ nō gustauerit eoz̄ que nō sunt dulcedinem
nō poterit eoz̄ q̄ nō sūt addiscere veritatē Multa at̄ illo de mil/
sterio icarnacōis et fidei p̄seq̄nte rex ait nisi tibi ī p̄ncipio p̄/
misissē q̄ de medio cōsiliij irā remouerē nūc vtiqz igni tuas cā/
nes tradēz surge iḡr et fuge ex ocul̄ meis ne vl̄ te videā ⁊ ma/
le te p̄dā vir dei at̄ trist̄ abcessit eo q̄a martiriū p̄p̄t̄ n̄ esset

Interea dum rex liberos non haberet puer ei pulcherrimus nascitur et iosaphat appellatur. Congregante autem rege infinitam multitudinem vt dijs p ortu pueri imolarent sexaginta astrologos couacauit a quib? quid futrum esset filio suo diligenter quesuit. Cunctis aut respondētibus eum magnum in potencia et diuicijs futurum vnus sapientior ex ipis dixit Puer iste qui natus est tibi o rex non in tuo erit regno sed in alio incoperabiliter meliori. Nam illius quam psequeris cristiane religionis vt estimo futurus est cultor. Hoc aut non a semetipso sed a deo inspirante dixit audiens hoc rex et plurimum expauescens inciuitate deorsum palacium speciosissimum costrui fecit et ibi puerum ad habitandum posuit ibiq; secum iuuenes pulcherrimos collocauit picipiens illis vt nec mortem nec senectutem nec infirmitatem vel paupertatem nec aliquid qd posset sibi afferre tristitiam ei nominaret. Sed omnia iocunda ei pponerent quaten? mens eius leticijs occupata nil de futuris cogitare posset. Si que vero ministracium infirmari cotingeret hunc ptinus rex precipiebat eici et alium loco eius incolumem subrogari. Precepitq; ne sibi de cristo aliquam facerent mentionem. Eodem tempore erat cum rege vir quidam cristianissimus sed occultus qui inter nobiles regis principes primus vnus erat hic cum aliquando cum rege ad venandum iuisset hominem quendam pauperem pedem lesum abestfa habentem et in terra iacentem inuenit a quo rogatur vt se suscipere debeat quia sibi in aliquo forsitan pdesse posset. Cui miles dixit ego quidem te libenter sustineo sed in quo utilis in uemaris ignoro et ille dixit ego homo medicus sum verborum. Si eni aliquis in verbis ledatur congruam scio adhibere medelam. Miles autem quod ille dicebat p nihil coputauit ppter deum tamen ipm suscipiens eius cura egit. Viri autem quidam inuidi et maliciosi videntes predictum principem in tanta gracia esse regis ipm aput regem accusauerunt q non solu ad cristianoru fidem declinasset sed insuper regnum conabatur sibi subripere turbam sollicitans et sibi concilians. Sed si hoc inquiunt ita esse O rex scire desideras ipm secreto aduoca et vitam hanc cito finendam come mora et idcirco gloriam regni te velle derelinquere et monachorum habitum assumere asseras quos tn ignorater hacten? fueras persecutus et tuc videbis quid tibi responderit. Quod cum rex omnia vt illi suaserant fecisset ille doli ignarus perfusus lacrimis propositum regis laudauit a vanitatem mundi rememorans q; totius hoc ad implendum consuluit. Quod rex audiens et verum esse quod illi dixerant credens furore

repletus est nihil tamen sibi respondit Vir autem p̄cedens q̄
rex grauius verba sua acceperat cremēs abcessit et medicum
se verborum recolens omnia sibi narauit . Cui ille notum sit
tibi q̄ rex suspicatur vt p̄pter hoc dixeris q̄ eius regnū velis
inuadere . Surge igitur et comam tuam tunde et vestimenta
abiciens cilicium indue et sūmo diluculo ad regem ingrede/
re Cumq̄ rex quid sibi hoc velit interrogauerit respondebis
Ecce rex paratus sum sequi te Nam et si via per quā cupis
ire difficilis sit tecū tñ existenti facilis mihi erit Sicut enī so/
cium me habuisti in p̄speris sic habebis pariter in aduersis
Nūc igitur presto sum qd moraris . Quod cū ille per ordinē
fecisset Rex obstupuit et falsarios arguēs Virū ampliori ho/
nore dotauit Filius autē eius in palacio educatus ad etatem
adultam peruenit et in omni sapientia plene edoctus fuit Ad/
mirans autē cur pater sic eum reclusisset Vnū de cōseruis sibi
familiarem secreto de hac re interrogauit dicens se in multa
mesticia positum p̄ eo q̄ foras egredi non liceret adeo vt nec
cibus sibi saperet nec potus Quod pater audiēs et dolens eq̄s
ydoneos parati fecit et choros plaudentes ante eū mittens ne
quid sibi sedum occurreret diligenter p̄hibuit Predicto igit̄
iuuene taliter procedente qua vice vnus leprosus et vnus ce/
cus sibi obuiauerunt . Quos ille videns et stupens qui sint et
quidnam habeant inquisiuit Et ministri dixerunt passiones
iste sunt que hominibus contingere solent . Negantibus illis
respondit Non sunt igitur qui hoc pati debeant an sic indiffi/
nite p̄ueniunt Et illi et quis hominū futura scire valet Val/
de igitur anxius esse cepit pro incōsuetudine rei Alia vice qn/
dam valde senem rugosam habentem faciem et de cœsum in/
curuatum et candentibz dentibus balbuciendo loquentem in/
uenit stupefactus discere cupit visiōis miraculum Cumq̄ di/
dicisset q̄ p̄pter annorū multitudinem ad talem statū venissz
ait et quis est huius finis dicunt ei mors Et ille . ne omnium
mors vel aliquorum Cumq̄ didicisset omnes mori debere . ī
terrogauit in quot annis hec supueniunt Et illi in octogint a/
vel centum annis senectus inducitur deinde mors ip̄a subse/
quitur hec igitur iuuenis frequenter in corde suo recogitans
in multa desolatione erat Sed coram patre leticiam protende/
bat Plurimum desiderās in huiōi dirigi et doceri Igitur qui/
dam monachus vita et opinione p̄fectus habitans in deserto
terre sennaar nomine baelaam hic que circa filium regis age/
bantur p̄ spiritum cognouit et mercatoris habitum sumens

ad ciuitatem illam deuenit accedensq; pedagogo filij regis locutus est Ego eum negotiator sim lapidem preciosum uenalem habeo qui cecis lumen tribuit surdis aures aperit mutos loqui facit Insipientibus sapienciam infundit Nunc igitur duc me ad filium regis et hunc sibi tradam Cui ille uideris homo mature prudencie Sed uerba tua prudencie non concordant uerum tamen cum lapidum noticiam habeam ipsum lapidem mihi ostende et si talis ut asseris fuerit comprobatus a filio regis honores maximas consequeris Ad quem ille lapis meus insuper hanc habet uirtutem Quia qui non habet sanam oculorum aciem et qui non seruat integram castitatem si forte illum aspexerit ipsam uirtutem quam habet insensibilem perdit Ego autem medicinalis artis non expertus uideo te sanos oculos non habere filium autem regis audiui pudicum esse et oculos pulcherrimos habere et sanos Cui ille si sic est uoli mihi ostendere quia et oculos sanos non habeo et in peccatis sordesco Nuncios igitur filio regis ipsum ad eum quociens in introduxit Cum ergo introductus fuisset et rex eum reuerenter suscepisset ait barlaam hic rex benefecisti quia de foris puniti apparenti non attendisti Nam rex quidam magnus in curru deaurato procedens cum quibusdam attritas uestis induit et matie attenuatis obuiasset continuo de curru exiliens ad pedes prostratus ipsos adorauit et surgens in oscula ruit Proceres autem eius indigne hoc ferentes sed regem super hoc arguere formidantes fratri retulerunt quomodo rex magnificencie regali indigna fecisset . Frater autem regem super hoc redarguit Erat autem regi consuetudo quod quando aliquis morti tradendus erat Rex ante eius ianuam preconem cum tuba ad hoc deputata mittebat Vespere igitur ueniente ante fratris ianuam tubam sonari fecit Quod ille audiens et de sua saluatione desperans totam noctem insomne duxit et testamentum fecit Mane autem facto indutis nigris uestibus cum uxore et filiis ad fores palacii lugens accessit quem rex ad se ingredi faciens dixit o stulte si preconem fratris tui cui nihil te deliquisse cognoscis adeo timuisti quomodo precones domini mei in quem adeo peccavi timere non debeam qui sonabilis tuba mihi mortem significant et terribilem iudicis aduentum mihi denunciant Deinde quantum capsas fieri iussit et duas earum extrinsecus auro undique operiri et ossibus mortuorum putridis impleri . Duas uero pice liniri et gemis et margaritis preciosis impleri fecit Vocatisque illos magnates quos sciebat crimonia apud fratrem deposuisse quantum tuas illas capsas ante eos posuit et que preciosiores essent inquisiuit

Illi vero duas de auratas magni esse precij reliquas vero vilis precij esse iudicauerunt Precepit igitur rex de auratas aperiri et continuo inde fetor intolerabilis emanauit Quibus rex hoc illis similes sunt qui gloriosis vestibus sunt amicti intus vero imundicia viciorum pleni Deinde alias aperiri fecit et ecce odor mirabilis inde exalauit Quibus rex Iste illis pauperrimis quos honorauit similes sunt qui et si vilibus vestimentis operiantur intus tamen omni virtutum odore resplendent Vos autem solum que de foris sunt attenditis et que de intus sunt non consideratis Secundum igitur illum regem tu quod fecisti bene suscipiens me Incipiensque igitur barlaam cepit ei de mundi creatione et hominis preuentione ac filij dei incarnatione passione et resurrectione longum sermonem retexere nec non et de die iudicij et retributione bonorum et malorum multa proferre et seruientes ydolis plurimum exprobrare ac de eorum fatuitate tale exemplum ponere dicens Sagitarius quidam auiculam paruam nomine philomenam capiens cum vellet eam occidere vox data est philomene et ait Quid tibi proderit o homo si me occideris Neque enim ventrem tuum de me implere valebis sed si me dimittere velles tria tibi mandata dare que si diligentius conseruares magnam inde utilitatem consequi posses Ille vero ad eius loquelam stupefactus promissit quod eam dimitteret si hec sibi mandata proferret Et illa Nunquam rem que apprehendi non potest apprehendere studeas De re perditam irrecuperabili nunquam doleas Verbum incredibile nunquam credas hec tria custodi et bene tibi erit Ille autem ut promisserat eam dimisit Philomena igitur per aera volitans dixit ei ve tibi homo quod malum consilium habuisti et quod magnum thesaurum hodie perdidisti Est enim in meis visceribus margarita que strutionis ouum sua vincit magnitudine Quod ille audiens valde contristatus est quod eam dimiserit et eam apprehendere conabatur dicens Veni in domum meam et omnem tibi humanitatem exhibebo et honorifice te dimittam Cui philomena Nunc pro certo cognoui te fatuum esse Nam ex hijs que tibi dixi nullum profectum habuisti quia et de me perditam sed irrecuperabili doles et me temptas capere cum nequeas meo itinere pergere et insuper margaritam in meis visceribus credidisti esse cum ego tota ad magnitudinem oui strutionis non valeam pertingere Sic ergo stulti sunt qui confidunt in ydolis quia plasmatos a se adorant et custoditos a se custodes suos appellant Cepitque contra fallacem mundi delectationem et vanitatem multa disputare et plura ad hoc exempla adducere dicens Qui corporales delectationes desiderant et animas suas fame

mori permittūt. Similes sunt cuidam homini qui dū a facie
 vnicornis ne ab eo deuoraretur velocius fugeret in quoddam
 baratrum magnū cecidit dum autē caderet manibꝫ arbusculā
 apprehendit quandam et in base quadam lubrica et instabili
 pedes fixit Respiciens vero vidit duos mures vnum album ⁊
 vnum nigrū incessanter radicem arbuscule quam apprehende
 rat corro dentes et iam ꝑpe erant vt ip̄am absciderent In fun/
 do autē baratri vidit draconem terribilem spirantem ignem ⁊
 aperto ore ip̄m deuocare cupientem super basem vero vbi pe/
 des tenebat vidit quatuor aspidū capita inde prodeſſicia Ele/
 uans autē oculos vidit exiguū mellis de ramiss illiꝫ arbuscu
 le oblitusqꝫ periculi in quo vndiqꝫ positus erat se ip̄m dulce/
 dini illiꝫ modici mellis totū dedit Vnicornis autē mortis tenet
 figuram que hominē semper ꝑsequitur et apprehēdere cupit
 Baratru vero mūdus est omnibꝫ malis plenus arbuscula vni
 us cuius qꝫ vita est q̄ per horas diei et noctis quasi ꝑ murem
 album et nigrū incessanter cōsumitur et incisioni ꝑpinquat
 Basis vero aspidū quatuor cōpora ex quatuor elementis cōpo
 situm quibꝫ inordinatis corporis cōpago dissoluitur. Draco
 terribilis os inferni cunctos deuorare cupiens. Dulcedo ra
 musculi delectatio fallax mūdi per quā homo seducitur vt ꝑ
 iculum suū mīme intueatur addidit qꝫ dicens similes sunt ite
 rum mūdi amatores homini qui tres amicos habuit quorū
 vnū plus qꝫ se. secundū tm̄ quantū se. terciū minꝫ qꝫ se et q̄si
 nihil dilexit In magno itaqꝫ periculo positus et a rege citatus
 cucurrit ad primum amicū eius auxiliū querens et qualiter
 eum dilexerit semper cōmemorans Cui ille Nescio quis sis o
 homo habeo alios amicos cū quibꝫ me hodie letari oportet
 quos et amicos amodo possidebo ꝑbeo tamen tibi duo cili/
 ciola vt habeas quibus valeas operiri Confusus igitur ad se
 cundum venit et similiter eius auxiliū postulauit Cui ille
 Non vacat mihi tecum subire agonem. cutis etenim multis cir
 cumdor modicum tamen vsqꝫ ad hostium palacij te sociabo
 et statim domum reuertar ꝑprijs vacans negocijs Tristis igi
 tur desperans ⁊ ad terciū amicum ꝑrexit sibiqꝫ facie dimissa
 dixit non habeo os loquendi ad te quoniā vt debui non ama
 ui te Sed in tribulatione circumdatus et ab amicis destitutus
 rogo vt mihi auxiliū feras et mihi veniam ꝑbeas Et ille
 hilari vultu dixit certe amicꝫ carissimum fateor te esse et cui
 licet modici beneficij non imemoror ꝑcedam te et aꝑut re/
 gem interueniam ꝑ te ne in manibꝫ tradet te inimicorum

primus igitur amicus est diuiciarum possessio pro quibus homo multis periculis subiacet Veniente vero mortis termino nihil ex omnibus nisi viles accipit ad sepeliendum panniculos Secundus amicus est vxor filij et parentes qui tantum vsq; ad monumentum secum pergentes protinus teuertentes suis vacantes curis Tercius amicus est fides spes et caritas et elemosina et cetera bona opera que nos cum exim? de corpore possunt precedere et pro nobis apud deum interuenire et ab inimicis demonibus nos liberare Hoc i super adidit dicēs In quada? magna ciuitate cōsuetudo fuit q? hominem extraneum et ignotum omni anno in principem eligebant cui omni potestate accepta quicq; volebat facere licitum erat et sine omni constitutione terram regebat Illo igitur in omnib? delicijs permanente et semp sibi sic existimāte repente ciues in eū insurgēbant et p totam ciuitatē nudum trahentes in remotā insulam exilem transmittēbāt vbi non cibū nec vestimentū inueniens fame et frigore vegebatur Tandem quidam alius sublimat in regno Cum illorū ciuū consuetudinem didicisset infinitos thesauros ad insulam illam pmissit vbi post annū in exiliū relegatus ceteris fame deficientibus ille imensis delicijs abundabat Ciuitas hec mūdus iste est Ciues tenebrarū p̄cipes qui nos falsa mūdi delectatione alliciunt nobisq; in sperantib; mors supuenit ⁊ in locum tenebrarū demergimur Diuiciatum vero ad eternū locum pmissio fit manibus egenorū Igitur cū barlaam p̄fecte filium regis docuisset et ipse eum iam relicto patre sequi vellet dixit barlaam si hoc feceris cuidam iuueni similis eris qui cū quandam nobilem nollet desponsare vxorem ipse renuens aufugit et in quendam locum deueniens virginem quandam cuiusdam senis pauperis filiam laborantem et ore deum laudantem vidit Ad quam ille Quid est quod agis mulier cum enī ita paup sis gracias tamen agis deo ac si magna recepisses ab eo Ad quem illa sicut parua medicina sepe a magno labore liberat sic gratiarū actio in paruis donis magnorum efficitur auctrix donorum hec tñ que extrinsecus sunt nostra nō sunt Sed ea que in nobis sunt et nostra sunt a deo magna recepī quia me ad suam ymaginem fecit intellectū michi dedit ad suam me gloriam vocauit et ianuam regni sui iam mihi aperuit pro tātis ergo et tam magnis donis ipm laudare cōuenit Vidēs iuuenis ei? prudentiam eam a patre suo in vxorem pecijt Cui ille Filiā meam accipere non vales quia diuitem et nobilium filius es Ego autem pauper sum sed cum ille omnino instaret ait senex non possum eam tibi dare vt in domū patris tui ducās

eam cum vnica mihi sit Et ille aput vos manebo et vobis me in omnibꝫ cōfōrmabo Deponens igitur pteciosum ornamentum habitum senis induit et aput cum manens ip̄am in vxorem accepit Postq̄ vero senex diucius eum p̄bauit in thalamum eum duxit et immensum pondus diuiciarum quātum nunq̄ viderat sibi ostendit et omnia sibi dedit Dixit autem iosaphat cōuenienter ista me tangit narratio ⁊ a te hoc dictum esse de me existimo Sed dic mihi pater quot annorum es et vbi cōuersaris quia a te nunq̄ volo seperari Et ille annorum sum xlv. in desertis terre sennaar degens Ad quem iosaphat Amplius pater mihi appares lxx Et ille Si a natiuitate mea omnes annos meos queris discere bene eos existimasti Sed nullo mō a me in mensura vite computant̄ quotq̄t in vanitate mūdi expensi sunt Tūc enī in interiori homine mortuꝫ erā et annos mortis nūq̄ vite nominabo Cū igitur iosaphat eū in desertum sequi vellet dixit barlaam Si hoc feceris et tuo ꝑ. socio carebo et p̄secutionis fratribꝫ meis autōr existam Sed cum oportunū tempꝫ videris ad me venies Barlaam igitur filiū regis baptizans et in fide optime instruens eū osculatus est ⁊ ad locum suū reuersus est Postq̄ aut̄ rex filiū cristianū factum audiuit in dolore nimio positus est Quem quidam amicus suꝫ nomine arachis cōsolans ait Cognosco rex senez quendam heremitam qui de nostra secta est qui per oīa barlaam similis est hic igitur bar. se simulans primo cristianorū fidem defendet Deinde se supari permittet et omnia que docuerat et sic filius regis ad nos redibit Assumpto igitur p̄dicto principe magno exercitu ad querendū barlaam iuit et heremitam illū capiens se bar. cepisse dixit qđ filius regis audiens captum scꝫ magistrū amare fleuit sed postmodū per dei reuelationē hunc esse non cognouit Ingressus igitur pater ad filium ait Fili mi in tristitia magna me posuisti et meam caniciem inhonorasti ⁊ lumem oculorū meorū abstulisti Quare fili hoc fecisti et deorum meorum cultum reliquisti Cui ille Tenebre pater fugi ad lumen cucurri et errorem deserui et veritatem agnouī Noli autem frustra laborare quoniam nūq̄ a cristo me posses reuocare Sicut enim tibi impossibile est altitudinem celi manu tangere aut maximum fixcare pelagus sic et istud esse cōgnosce Tūc rex ait Et q̄s horꝫ mihi autōr ē malorꝫ q̄ tā magnifica tibi feci que nūq̄ aliq̄s patꝫ fecit filio Quap̄pter prauitas volūtatis tue et cōtentio effrenata aduersus caput meū insanire fecit merito a astrologū natiuitate tua

dixerunt te arrogantem et parentibus inobedientem futurū
Nunc vero si nisi acquieueris a mea discedes filiatiōne et p
patre inimicus effectus illa tibi faciam que nec hostibus ad
huc feci cui iosaphat cur rex tristis quia bonorum p̄iceps
effectus sum Quis vnq̄ pater in filij sui p̄speritate tristis appa
ruit Non ergo iam patrem vocabo te Sed si mihi aduersabe/
ris sicut a serpente fugiam a te Rex igitur ab eo cum ira di/
scedens arachi amico notam fecit filij duritiani Qui sibi con/
sultuit vt non aspetis verbis cum eo vteretur quia blandis et
lenibus puer melius traheretur Sequente igitur die rex ad fi/
lium venit et circumplectēs osculabatur eum dicēs Fili dul/
cissime honora caniciem patris tui Verere fili patrem tuum
An nescis quale bonum est patri obedire et eum letificare si/
cut econtra malum est ipos exacerbare Quotq̄t enī fecerunt
male perierunt Cui iosaphat tempus amandi et tempus odi
endi tempus pacis tempus et belli Nullo enī modo auerten/
tibus nos a deo obedire debemus siue sit pater siue sit mater
Videns igitur pater eius constanciam ait Ex quo video tuā
pertinaciam Nec michi obedite vis Saltem veni et ambo pa/
riter veritate credamus Barlaam enī qui te seduxit a me vin/
ctus tenetur Nostri igitur et v̄stri cum barlaam conueniant
et preconem mittam vt omnes galilei sine timore veniant et di/
sputatione incepta si vester barlaam obtinuerit vobis cedem?
Si autem noster nobis consencietis Quo cum regis filio pla/
cuisset et illi cum simulatu barlaam ordinasset quomodo pri/
us debebat simulare se fidem cristianorum defendere et postea
se permittere superari Omnes in simul conueniunt Cōuer/
sus igitur iosaphat ad nachor dixit Nostri o barlaam quali/
ter me docuisti Si igitur fidem quam me docuisti defenderis
in doctrina tua vsq̄ in finem vite permanebo Si autem super/
atus fueris statim in te meam contumeliam vindicabo et cor/
tuum et linguam manibus extrahens dabo canibus ne alij
amplius presumant filios regum in errorem mittere Hiis
auditis nachor tristis et pavidus vehementer factus est vidēs
seipm in foueam quam fecit decidisse et laqueo suo cōprehen/
sum esse Aduertens igitur cognouit melius esse filio regis
adherere vt periculum mortis euadere posset rex autem sibi
palam dixerat vt fidez suam sine timore defenderet Vnq̄ ergo
rethorum surgens dixit tu es barlaam qui filium regis sedu/
xisti Et ille Ego sum Barlaam qui filium regis in errorem
non misi sed ab errore liberaui Et rethor cum eximij et mi/
rabiles viti deos nostros adorauerunt quomodo tu aduer/
sus eos audes insurgere Et ille respondēs ait Caldei Greci

et egyptij errantes creaturas deos esse dixerunt . Nam caldei
 elementa deos esse arbitrati sunt cum creata sint ad vtilitatem
 hominū vt eorū dominacōni subiaceant et multis passionibz
 cōrumpantur Greci qz nephandos homines deos putant si/
 cut saturnum quem aiunt filios comedisse et virilia sibi abci/
 disse et in mare proiecisse et venerem inde natam fuisse A fu/
 lio suo qz ioue alligatum in tarturum proiectum esse Iupit/
 ter qz rex aliorum deorum esse describitur quem tamē in ani/
 malia transformatū sepe dicunt vt adulteria cōmitteret Vene/
 rem qz deam adulteram dicunt Nam aliquando habuit virū
 martem aliquando adonidem Egyptii autem animalia colue/
 runt scz ouem vitulum porcū et huiusmodi . cristiani autez
 filium altissimi colunt qui de celo descendit et carnem assūm/
 p̄sit Cepit igitur nachor fidem cristianorum euidenter de/
 fendere et rationibus comunire ita qz rethores illi muti ef/
 feci nihil omnino respondere sciuerunt Iosaphat igitur ve/
 hementer exultabat eo qz dominus per inimicū veritatis veri/
 tatem defendisset Rex autē furore nimio repletus est Iussit igitur
 cōsiliū dissolui quasi de hiis sequenti die denuo tracta/
 turus Dixitqz iosaphat Aut magistrū meum permittite me/
 cum hac nocte manere vt simul de responsionibz sciendis cra/
 stino cōferamus et tu tuos tecum assumes et cum eis confe/
 ras Aut tuis mecum p̄missis accipe meū Alioquin non iusti/
 ciam sed violeociā exercebis Qua p̄pter nachor sibi concessit
 spem adhuc habens qz eū seduceret . Cum igitur filius regis cū
 nachor domū redisset dixit iosaphat . Ne putes me ignorare
 quis sis Scio te non esse barlaam sed nachor astrologū I nci/
 piensqz iosaphat viam salutis ei p̄dicauit et ad fidem conuer/
 tens mane ad heremū misit vbi baptismū suscipiens heremi/
 ticam vitam duxit . Magus autem quidam nomine theodas
 hec que gerebantur audiens ad regem venit et qz filium suū
 ad leges patrias redire faceret promisit Cui rex si hoc feceris
 statuam auream tibi erigam et ipi sicut diis sacrificium offe/
 ram Et ille a filio tuo cunctos remoue et mulieres decoras et
 ornatas introduci precipe vt semper cum eo sint et ministrent
 cōuersentur et morentur cum eo . Ego autem vnum spiritibz
 meis ad eum dirigam qui eū ad libidinē inflāmabit Nihil eī
 iuuenes sic p̄t seducere sicut facies mulierū . rex enī quidā cū
 filiū vix habuisset . Dixerūt pitissimi medici qz si infra decem
 ānos solē vel lumen viderit lumīe oculorū p̄uabit rex igitur in
 q̄dam spelūca excisa filiū vbi vsqz ad ānos decē manere fecit

Quibus finitis iussit rex vt omnium rerum generante eum adducerentur vt omnium nomina et noticiam posset habere Adductis igitur ante eum auro et argento lapidibus preciosis Vestibus splendidis equis regalibus et omnium rerum generibus cum de vniuscuiusq; rei nomine interrogaret ministri omnium sibi nomina indicabant Cum autem nomē mulierum discere anxie quereretur spatarius regis ludendo dixit demones eas esse que homines seducunt · rege autē interrogante filiū quid de omnibus que viderat plē amaret · Quid inquit pater aliud nisi demones illos qui seducunt homines In nullo enī sicut in hijs sic exarsit anīa mea Non igitur aliter putes te filium tuum superare nisi hoc modo · rex igitur omnibus ministris eiectis puellas decoras ei sociavit que eum semper ad libidinem prouocabant nec habebat alium ad quem respiceret aut cum quo loqueretur vel cum quo vesceretur Malignus vero spiritus a mago missus in iuuenem irruit et magnū intus caminum ignis accendit Malignus igitur spiritus intus inflammabat puelle autem exterius dirum exitabant ardorem Qui se tam fortiter vexari sciens turbabat et deo se totum recomendans diuinam cōsolationem recepit et omnis temptatio abcessit Deinde quandam puellam pulcherrimam regis filiam se patre orbatam ad eum misit · Cui cum vir dei predicaret illa respondit Si me ab ydolorum cultura saluare desideras coniungere mihi nuptiarum copula Nam et cristiani coniugia non abhorrent sed laudant quia patriarche eorum et prophete et petrus eorum apostolus cōiuges habuerunt Ad quem ille et naniter mulier ista mihi prosequeris pmittitur quidam cristianis vxores ducere sed non hijs qui pmiserunt cristo virginitatem seruare Et illa sit ita vt vis Si animam meam saluare desideras vnā minimam petitionem mihi perforce Concumbe mecum tantum hac nocte et promitto tibi quod summo diluculo efficiar cristiana · Nam si vt dicitis gaudiū est angelis in celo super vno peccatore penitēciam agente ad conversionis nonne magna merces debetur Semel tantum mihi acquiesce et sic meipam saluabis Illa igitur turrem anime illius fortiter concutere cepit Quod demon videns socijs suis ait Videtis quoniam puella ista concussit que nos non potuimus concutere Venite ergo et in eum fortiter irruamus ex quo congruum tempus inuenimus · Cernens igitur sanctus iuuenis se tam fortiter captiuatum quia et cōcupiscētia incitabat et salus vnius puelle dyabolo suggerente ipsum cōmouebat lacrimis infusus orationi se dedit in qua oratione obdormiens vidit se duci in quoddam pratum decoris floribus

exornatum vbi folia arborum dulcem sonum reddebant au-
 ra quadam grata agitata et odor mirificus emanabat vbi fru-
 ctus visu speciosissimi et gustu desiderabiles vbi sedes posite
 erant auro et gemmis fabricate lecti lucidi cum preciosissimis
 ornamentis aque limpidissime preter fluentes De hinc in ci-
 uitatem ipsum introduxerunt cuius muri ex auro et obtizo
 erant que claritate mirabili refulgebat vbi etherij quidam ex-
 ercitus cantantes canticum quod auris mortalium non audiuit
 Dictumque est ei Iste est locus beatorum Cum autem viri vellent
 eum reducere rogabat ut eum ibi mare premitteret Qui dixerunt
 cum labore multo adhuc venies huc si tamen tibi vim infer-
 re poteris Deinde ad loca terrentima ipsum duxerunt omni sedi-
 tate plena dictum est Iste est locus iniustorum Cum autem
 euigilasset pulchritudo illius puelle et ceterarum stercore fetidi-
 ore ei videbatur Verum cum maligni spiritus ad theodam re-
 dissent et ipse eos exprobraret dixerunt priusque signo crucis
 signaretur super ipsum irruentes fortiter ipsum conturbauimus Ut
 autem seipsum signo crucis munivit Nos persecutus est cum ira
 Tunc theodas cum rege ad eum intrauit sperans quod ei persuade-
 re posset Sed predictus magus captus est ab eo quem capere
 voluit et ab eo conuersus baptisma suscepit et laudabilem
 vitam duxit Rex igitur desperans diuisit ei de consilio amicorum
 medium regni sui Ille autem licet desertum tota mente desidera-
 ret tamen propter fidei dilatationem ad tempus ipsum regnum susce-
 pit ac in suis ciuitatibus templa et cruces erexit et omnes ad
 christum conuertit Pater autem tandem filij rationibus et predicatio-
 nibus assensum prebens fidem christi recepit et baptismum suscipi-
 ens et totum regnum filio suo dimittens ipse penitentie operibus
 vacabat Et post hoc laudabiliter vitam finiuit Iosaphat autem
 barachiam regem prenuicians pluries fugere Sed semper a
 populo captus vix tandem valuit Cum ergo per desertum per-
 geret cuidam pauperi regalem habitum dedit et ipse in paup-
 rima veste remansit Dyabolus autem multas ei insidias parabat
 Aliquando gladio euagiuato in eum irruerat et eum per-
 cuttere minabatur nisi desisteret Aliquam in forma ferarum sibi ap-
 parebat frendens et dirum mugitum emittens Ille autem dicebat
 Dominus mihi adiutor est non timebo quod faciat mihi ho-
 mo Duobus igitur annis in heremo Iosaphat vagabundus
 mansit Nec barlaam inuenire potuit Tandem speluncam in-
 uenit et ante hostium stans dicebat benedic pater benedic Cu-
 ius vocem barlaam audiens exiit et osculantes feruentissime
 se se alterutrum amplexibus constringebant nec faciri poterant
 Retulit autem iosaphat barlaam omnia que acciderant et ille inensas

gracias egit de o Mansit aut̄ ibideꝫ multis annis in abstinentia mirabili vir tute Tandem cōpletis diebus barlaam in pace quieuit Circa annos dñi ccc·lxxx·iosaphat igiꝫ in anno xxv. regnū deserens triginta qñqꝫ annis heremicū laborē subijt et sic multis clarus virtutibꝫ in pace quieuit et cum corpore barlaam positus fuit Quod audiens rex barachias illuc cū multo exercitu venit et corpore reuerenter assumens in ciuitatem suam transtulit Ad quorum tumultum miracula multa fiunt

De sancto Pelagio



Pelagius papa multe sci-
tatis fuit ac
in pontificatu lauda-
biliter se gerens tan-
deꝫ plenꝫ bonis ope-
ribus in pace quie-
uit Non fuit autem
iste pelagius p̄decessor
sancti Gregorij
s̄ alius ante ipsum
huic enī pelagio suc-
cessit Iohannes ter-
cius Iohanni tercio
successit Benedictus
Benedicto Pelagius
pelagio grego

Tempore igitur primi pelagij longobardi in ytaliā venerunt et quia multi huiꝫ hystoriam ignorare probantur ideo eā hic inferendam decreui put in hystoria longobardorum quam paulus longobardorū hystoriographꝫ cōpilauit et in diuersis cronicis explanata habet Gens enī quedam erat germanica plurimū populosa que de littoribꝫ oceani pte septentrionali egressa cū de insula scandinaria per bellorū multa certamina diuersarūqꝫ terrarū circuituitus tandem p̄ānoniam deuenisset vltra non audens p̄cedere sedem sibi in ea perpetue habitationis instituit Hii primo muernuli postea longobardi sunt apelati Dum aut̄ adhuc ī germania residerēt agilmud rex longobardorum septem pueros in piscina a meretrice ad necandū pietos inuenit q̄s vno partu dicta meretrix ediderat q̄s dū rex casu reptos cū hasta ammirās reuolueret vñqꝫ eorꝫ hastā regis manu tenuit quē rex vidēs et stupēs nutriti fecit et lamissionē vo cauit magnū eū futurꝫ esse p̄nunciās q̄ tāte p̄bitatis extitit q̄ mortuo rege eū lōgobardi regē fecerūt

Per idem fere tempus scilicet anno ab incarnatione domini
cccc.lxxx. dum quidam episcopus arrianus vt ait eutropius
quendam nomine barbam baptizare volens diceret .Baptizo
te barba in nomine patris per filium in spiritus sancto filium
& spiritum sanctum minorem patre per hoc ostendere volēs
subito aqua disparuit & baptizandus ad ecclesiam confugit
Per idem fere temp⁹ floruit sanctus medard⁹ fratres vterini
& gilbardus vno die nati vno die epi consecrati vno die mor-
tui vno die a cristo assumpti .An vero hoc tps in quadā cro-
nica dicitur circa annum domini . cccci. dum intra gallias ar-
riana heresis pullularet vnitas specie triū personarū euidenti
miraculo demonstratur vt ait sigillibertus . Dū enim in vrbe
vascensi missam epus celebraret & vidit tres guttas clarissi-
mas equalis magnitudinis sup altare emissas . q̄ simul deflu-
entes in vnū coniūcte gemmam pulcherrimam effecerunt quā
cū i medio cuiusdā crucis auree posuissent . Alie gemme que
ibi erant de ipsa protinus ceciderunt . Addidit q̄q̄ q̄ impijs
obscura et mundis clara videbatur & q̄ infirmis dabat sani-
tatem & adōrantib⁹ cruceim augebat deuocionem . Post hoc
aut longobardis hīs quidam rex preerat nomine albuinus
Vir quidam fortis et strēnuus qui cum rege gebidaniotum
prelium gerens eius exercitum contriuit ⁊ regem interfecit
Quapropter filius predicti regis occisi qui sibi in regnū succes-
serat i vlcionem patris sui cōtra albuinū manu armata forti-
ter processit . contra quē albuinus exercitū suū mouit ⁊ ipm
superans interfecit Filiamq̄ suam nomine rosimundā capti-
uam ducēs in vxorem accepit Sed de capite ipsius regis sibi
cupam parauit quam argento circūcludens inde bibebat In
illis aut diebus Tustin⁹ minor imperiū gubernabat . qui quen-
dam principem habebat qui dicebatur narstes virū quendam
nobilem ⁊ strēnuū qui contra gothos qui totā ytaliam inua-
serant procedens ipsos superauit ⁊ regem gothorū occidit . &
vniuersam ytaliam pacatā reddidit . Qui p magnis beneficijs
magnā inuidiam pertulit a romanis Quapropter apud imp-
atorem falso accusatus a prefato imperatore depositus est vx-
or q̄ imperatoris nomine sapbia hanc otumeliam sibi misit
q̄ eum cum ancillis suis faciet filare & lanarū pensa diuidere
Ad hec verba narstes respondit Et ego talē telā tibi ordiri pro-
curabo . quam donec vixeris deponere non valebis . Neapolim
igitur narstes secedens longobardis mandauit vt pauperrima
a panonie cura desererent ⁊ ad ytalie fertile solū possidendum
confluerent . Quod albuinus audiens pānonia deserint ⁊ an-
no ab incarnatione domini quīgētesimo sexagesimo octauo

cum longobardis ytaliā intrauit. Erat autē consuetudo eis longas barbas portare Vnde cū quadam vice vt aiūt exploratores ad eos venire deberent precepit albuinus vt omnes mulieres solutos crines circa mentū circūducerēt vt barbati homines ab exploratoribus crederent. Et inde longobardi a longis barbis postmodū sunt vocati Barba enim in eorū lingua barbā sonabat. Alij dicūt q̄ cū vinnuli cū vandalis pugnaturi essent Et ad quendam qui habebat spiritū prophēcie accessissent vt pro eorum victoria ex orare. et eis benediceret de consilio vxoris iuxta fenestram ī qua mane ad orientē orabat se posuerunt et mulieres circa mentū capillos circumducere de eiusdem consilio preceperunt. Cū ergo ille fenestrā apertus eos vidisset exclamauit. Qui sunt isti longobardi et vxor sua adiunxit vt quibus nomen dederat victoriā condonaret. Ingressi igitur ytaliā omnes pene ciuitates ceperunt cunctis habitatoribus interfectis Papiam autē tribus annis obsessam tādē ceperunt Rex autē albuinus iurauerat se omnes xpianos occisurum. Vnde cū papiam intrare deberet equus eius ante portam ciuitatis genua affigens quantumcumq; calcatibus vergeretur surgere non valebat quousq; ad monitionē cuiusdam cristiani rex iuramentum mutauit. Mediolanum ergo longobardi ingressi totam pene ytaliā intra breue spaciū temporis subiugarunt preter romam et romaniliā. Que romanilia ē vocata quia altera roma. ex eo scilicet q̄ rome semper ad hesisset Cum igitur rex albuinus vernone esset et q̄dā magnum conuiuium preperasset. et ciphum suum quem de capite regis fecerat afferri faciens cū eo bibit et vxorem suam nomine rosimundam de eo bibere fecit dicens Bibe cum patre tuo. Quod cum rosimunda didicisset. Odium magnū cōtra regem concepit. Erat autē regi dux quidam qui quendam domicellam regine carnaliter cognoscebat. At regina absente rege quadā nocte ancille sue cubiculū intrās. Predicto duci ex persona ipsius ancille mandauit. vt ad se illa nocte deberet accedere. Qui cum venisset regina predicto duci vice ancille se supposuit. Et postmodū dixit ei. Scis que sum. Cui cū se esse talem amicam suam cideret. Illa. Ait. Nequaquam Sed sum rosimunda. Certe talem rem perpetrasti hodie. q̄ aut albuinum occides aut albuini gladio interibis. Volo igitur vt de ipso viro meo qui. ¶ Patrem meum occidit

Et de eius capite cupam sibi faciens me in ea bibere fecit . me
 debeas vindicare . Cui ille non acquiescens alium se inuenire
 promisit qui hoc negociū perpetraret Vnde illa arma subtra
 hens spatam illius que erat ad lectuli caput ne tolli aut eugij
 nari posset fortiter colligauit Dum ergo rex in stratu dormi
 ret homicida eius cubiculū intrare conat̄ . Quod rex sentiens
 de stratu exiit ⁊ spatam eripiens . Sed extrahere non valens
 cū scabello se viriliter defendere cepit . Sed ille cū optime esset
 armatus in regem inualuit ⁊ occidit Accipiens igitur vniuer
 sos thesauros palacij cū rosimūda rauēnā vt dicitur aufugit
 Sed cū rosimunda quēdam iuuenem pulcherrimū prefectū
 scilicet rauēne vidisset ipsum in virū habere desiderans vene
 num viro in calice ꝑꝑinauit . Cui⁹ amaritudinem ille presen
 ciens iubet vxori vt residuum bibat Quod cum recusaret ille
 euaginato gladio eā bibere coegit ⁊ sic ambo ibidem perie
 runt Tandem rex quidā longobardorum nomine adalaoth
 baptizatus est ⁊ fidem cristi suscepit Sed theudelma lōgobar
 dorum regina cristianissima ⁊ deuota aput madoeciū pulch
 errimum oratoriū constituit . Ad quam reginam gregorius
 liberos dyalogorum transmisit que virum suum nomine agi
 sulphum primo ducem thaurinensem . Sed postmodū longo
 bardoz regē ad fidē conuertit ⁊ cū romano imperio ⁊ eccle
 sia eum pacem habere fecit . Sicq; in festo sanctorū geruasij
 protasij facta est pax inter romanos ⁊ longobardos ⁊ ideo
 greꝑ . in eodem festo cantari instituit in officio misse . Loquet̄
 dominus pacem ⁊c . In natiuitate sancti iohannis baptiste ꝑ
 didicorū pax ⁊ conuersio ampli⁹ confirmata fuit . Theudelina
 vero in beatum iohānem specialē deuotionē habebat . Cuius
 meritis gentis sue conuersionē ascribens predictū oratorium
 aput madoeciū fabricauit . Ei⁹q; gentis iohāne patronū ⁊ de
 fensoꝝ esse cuidā viro sancto reuelatū fuit . Mortuo gregorio
 successit ei sabinus ⁊ sabino bonifaci⁹ iij⁹ . ⁊ bonifacio terci⁹
 bonifacius quartus ad cuius preces focas imperatoꝝ donauit
 ecclesie xpi pantheon . circa annos dñi cx . Et ad ꝑces terci⁹
 bonifacij prius statuit sedem romanam esse caput omnium
 ecclesiarum Nam ecclesia constantinopolis se primam omniū
 ecclesiarum scribebat Huius bonifacij tempore mortuo foca
 ⁊ regnante eradio circa annum domini . cx . magumet pseudo
 propheta ⁊ magus agarenos siue ismahelitas id est sarace
 nos hoc modo decepit sicut legitur in quadam hystoria ipsi⁹
 ⁊ in quadam cronica . Clericus quidam valde famosus cum
 i romana curia honorem quem cupēbat assequi non potuisset
 idignatus ad ptes vltra marinas ꝑfugiens sua simulaciōe

innumerabiles ad se attraxit. Inueniēsq; magumeth dixit ei. q̄
ipsum illi populo proficere vellet. Nutriens columbā grana
& alia huiusmodi. ī auribus magu ponebat. columba aut̄ eius
humeros stans de auribus eius cibum sibi sumebat Sicq; iā
adeo assuefacta erat q̄ quicūq; magumeth videbat protinus
super humeros profiliens rostrū in eius aure ponebat. Pre/
dictus igit̄ vir populū conuocans dixit se illū sibi velle profi/
cere quem spiritus sanctus in specie columbe mōstraret Sta/
timq; columbam secrete emisit & illa super humeros magu/
meth qui cum alijs astatat euolans rostrū in eius aure appo/
suit Quod populus videns spiritum sanctū credidit qui sup
eum descenderet ac in eius aure verba dei inferret & sic magu/
meth saracenos. decepit qui sibi adherentes regnū perfidis ac
orientalis imperij. fines vsq; ad alexandriam inuaserunt hoc
quidem vulgariter dicitur Sed verius est q̄ inferius habetur
Magumeth igitur ap̄rias leges confingens. ipsas a spiritu
sancto. qui in specie columbe que sepe vidente populo sup eū
volabat se recepisse menciabatur ī quibus quidam de vtroq;
testamento inseruit Nam cū in prima etate mercimonia exer/
ceret & apud egiptum & palestina. cū camelis pergeret cum
cristianis & iudeis sepe conuersabatur a quibus tam nouum
q̄ vet̄ didicit testamentū. Vnde secundū ritum iudeoz circū/
ciduntur saraceni carnes porcinas non comedunt Cuius ra/
tionem cū vellet magumeth assignare dixit q̄ ex fimo cameli
porcus post diluuiū fuerit p̄creat̄ Et iō tanquā in mundus
a mundo populo est vitandū cū cristianis autem cōueniunt
quia credūt vnum solum deum omnipotentem omnium cre/
atorem. Asseruit etiā pseudo propheta vera quedam falsis in/
miscens q̄ moyses fuit magnus propheta. Sed cristus maior
& summus prophetarum natus ex maria virgine virtute dei
absq; semine hominis. Ait q̄ in suo alcorono q̄ cristus dum
adhuc puer esset de limo terre volucres procreauit. Sed vene/
num imiscuit. quia cristum nō vere passum nec vere resurrex/
isse dixit. Sed alium quendam hominē sibi similit̄ huiusmodi
egisse vel passum esse docuit. Quedam aut̄ matrona nomine
Cadigan. que preerat cuidam prouincie nomine corocāia vi/
dens hominem iudeorum & saracenorū contubernio vallari.
extimabat in illo maiestatem diuinā latere & cū flet vidua ip/
sum in maritum accepit & sic magumeth tocus illius. puicie
obtinueit principatū. Ille aut̄ suis prestigijs non solū p̄dictā
dominā sed etiā iudeos & saracenos demū adeo dementauit vt
se messiam in lege promissum publice fateretur Post hoc ve/
ro magumeth cepit frequenter cadere in epileptica passione.

Quod Cadigan cernens plurimum tritabatur eo q̄ impu-
 rissimo homini epilentico nupsisset quam ille placare desi-
 derans talibus eam sermonibus demulcebat dicens Gabrielē
 archangelum frequenter mecū loquentem contemplor. & nō
 ferens splendorem vultus eius in me deficio & tabesco Quod
 sic esse mulier & ceteri crediderunt Alibi tamen legitur q̄ fuit
 quidam monachus qui magumethū instruxit nomine sergi⁹
 qui in errorem nestorij incidens dū a monachis fuisset expul-
 sus in arabiam venit & a magumetho adhesit. Licet alibi le-
 gatur q̄ fuit archidiaconus in partibus anthiochie degens
 & fuit vt asserunt iacobita qui circūcisionem predicant xpm
 q̄ non deū sed hominem tantum iustum. & sanctū de spiritu
 sancto conceptū & de virgine natum affirmant. Que omnia
 saraceni affirmant & credunt. Predictus igitur sergius ma-
 gumethū de nouo & veteri testamento vt tradunt plura edo-
 cuit. Magumethus enim vtroq; parente orbatus sub patruī
 sui cura puericie ānos agebat. Multoq; tempore cū vniuersa
 gente sua arabum ydolorū cultui deseruiuit quēadmodū in
 alcōono suo testat̄ deū sibi dixisse. Orphan⁹ fuisti & suscepi
 te in errore ydolatrie diu mansisti & inde eduxi te Pauperas
 & ego locupletauī Vniuersa enī gens arabū cū magumetho
 venerem pro dea colebat & inde est q̄ adhuc sexta feria apud
 saracenos in magna veneratione habetur sicut apud iudeos
 sabbatū & apud cristianos dies dominica colitur Magumeth⁹
 igitur predicte Cadigan locupletatus dinicijs ī tantam pro-
 rupit mentis audaciam vt regnū arabū sibi vsurpare cogita-
 ret Sed cū videret se p̄ violentiam hoc assequi nō valere max-
 ime cū attributis suis qui eo maiores fuerāt despiceretur pro-
 phetam se fingere voluit & quos nō poterat subiugare perpo-
 tentiam saltē per sanctitatem attraheret simulatam Predictiq;
 sergi⁹ viri valde prudentis consilijs adherebat. Ipsum enim ab-
 scondite manere faciebat & ab eo oīa req̄rebat & populo refer-
 ebat ac gabrielem archangelū nominabat & sic magumeth⁹
 toc⁹ illius prophetam se simulādo obtinuit principatū om̄sq;
 sibi sponte vel timore gladij crediderūt & istud verius est quā
 illud quod dictū est de columba & sic tenendū Predict⁹ igit̄
 sergius cū monachus esset voluit vt saraceni monachali habi-
 tu uterent̄ scilicet cuculla sine capucio & vt istar monachoz
 multas & ordinatas genuflexiones facerent & ordinate valde
 orarent & quia iudei versus occidentem & xpiani vers⁹ orientē
 orabant voluit vt sui versus meridiē orarent. Que omnia ad-
 huc saraceni obseruant. Multas aut̄ leges machomethus p̄-
 mulgauit quas predictus sergius eum docuit. quarū mltas

demofayca lege accepit Sepe namq; saraceni se lauant ⁊ max
ime cū orare debent. Verenda sua manus brachia faciē ⁊ os
⁊ omnia membra corporis abluūt vt mundius orare possint
Orantes autem vnum confitenter deum qui nullū equalē vel
similem habeat Eiusdemq; machometum ꝑphetam. In anno
q; integrum mensem ieiunāt. Ieiunantes aut nocturno tēpe
comedunt. Diurno vero ieiunant ita vt ab ea hora diei qua
nigrum ab albo distinguere pnt vsq; ad solis occasum cōme
dere vel bibere aut se vxoris cōmixtione fedare nemo audeat
Post solis occubitū vsq; ad sequentis diei crepusculū semp
licet eis cibo potu ⁊ ꝑꝑis vxoribus vti Infirmi aut ad hoc nō
obligantur. Semel aut persingulos annos causa recognitiōis
ad domū dei que est mecha ire precipiunt ⁊ ibi adorare eam
q; in consutilibus tegumentis circuire ⁊ lapides per media fe
mora ꝑ dyabolo lapidādo iactare. Quam domum dicūt adā
construxisse omnibusq; filiis eius ⁊ abraam ⁊ ysmaheli locū
oracōis fuisse Demū macho. sibi cūdisq; gētibus suis tradidisse
affirmant Omnes carnes preter porcinas sanguinem ⁊ mor
ticiū comedere possunt. Quatuor legitimas vxores in siml
habere eis licet ⁊ quamlibet vsq; tercio repudiare. Et rursus
recipere. ita tamen vt quaternarium numerū non transcēdāt
Empticias vero atq; captiuas quot volunt habere licitum est
⁊ eas vendere possunt cum velint nisi earum aliquā in preng
n assent. Cōceditur eis de propria cognatione habere vxores
vt sanguis proles acrescat ⁊ fortiter inter eos amicitie vincu
lum astringatur. Circa possessiones repetendas obseruant vt
actor testibus probet ⁊ reus iuramento se cōprobet innocētē
Cum adultera deprehensus cū ea pariter lapidatur. Cum
alia autem fornicat? octoginta verberibus plectitur Macho/
methus tamen dixit sibi a domino angelo gabriele nunciāte
fuisse cōcessum q; ad aliorum vxores accedere posset vt viros
virtutis ⁊ prophetas generaret. Quidam autē seruus ei? cū
pulchram vxorem haberet ⁊ sibi ne cum domino suo loque/
retur interdixisset. Quadam die ipsam cum eo loquentem in
uenit ⁊ protinus eam a se reiecit Quā macho. recipiens inter
alias suas mulieres cōnumeravit Timens vero ex hoc murm
populi cartam de celo sibi delatam cōfinxit. in qua contineba
tur q; si aliquis vxorem repudiaret eius esset vxor qui eā su/
scepisset q; saraceni vsq; hodie ꝑlege obseruant Cur prima ⁊
secūda vice verberibus plectit? Tercia mand? ei precidit? Quarta
pedis truncacōne punitur. A vino semper abstinere iubentur

Seruantibus hæc et alia mandata promisit deus. vt afferunt paradysum. id est ætæni deliciarum aquis præter fluentibus irrigatum in quo sedes habebunt ppetuas nec frigore aut estu aliquo affligentur Omibz ciborû generibus vescent Quicqd aut peccierint coram eis statim inuenient. Sericis vestimentis omnibus coloribus induentur & virginibz speciosissimis cõiungentur In delicijs omnibus accubabunt. Quibus angeli pincernarû more cû vasis aureis & argenteis deambulabunt In aureis lac. in argenteis vinum afferentes & dicentes comedite & bibite in leticia tria flumina scilicet lactis mellis & vini optimi aromatici eos habere dicit. Machometus in paradiso & q angelos pulcherimos sunt visuri & adeo magnos q ab vno oculo angeli vsq; ad alium sit spaciû vnus diei Non creditibus vero deo nec machumetho erit vt afferunt infernalis pena sine fine Quibuscûq; aut peccatis quilibet obligatus fuerit si in die mortis deo & machumetho credidit In die iudicij machumetho interueniente vt afferunt saluus erit. Hunc pseudo pphetam saracem tenebris inuoluti spiritum pphacie super oenes habuisse. affirmant & decem angelos sic facientes & eum custodientes eum habuisse predicant. Addunt q; q; anteq; deus celû & terram creass; nomen machumeti in cõspetu dei astabat & nisi ipse machumethus futurus fuisset nec celû nec terra nec paradysus fuisset. Menciunt q; de eo q; lima ad eum accessit quâ ille in sinu recipiens in partes duas diuisit & iterû coniunxit. Venenû insuper sibi in carne agmina sibi oblatum fuisse dicunt. Agnus ei locut; est dicens caue ne me summas quia in me habeo venenû. Et tamen post plures annos veneno sibi dato interiit Sed iam nunc ad longobardoz hystoriam psequendam stilius se vertat. Longobardi igitur romano imperio plurimum molesti erât licet fidem xpi recepissent Post hoc autem pipinus princeps maior regie dom; francorû defunctus est. Cui successit karolus filius eius qui tutides appellabat. Qui multas victorias faciēs reliquit duos eiusdem aule regie principes scilicet karolû magnum & pipinum. Sed karolus magnus relicta seculi pompa cassinensis monachus est effectus Pipinus autē aulam regiam strennue gubernabat. Sed cû thildericus rex esset inutilis & remissus consuluit pipinus Zachariam papam An ille deberet esse rex qui solo nomine regio erat contentus. Cui papa respondit illum debere regem vocari qui bene rem publicam gereret. q; responsione franci animati thildericû in monasterio recluserunt & pipinum regem creauerunt circa annos domini quingentesimo ducentesimo quadragesimo Verum cû arstulph;

rex longobardorum ecclesiam romanam suis possessionibus
et dominio spoliasset Stephanus papa qui zacharie successerat
ad pipinum regem francie contra longobardos auxiliū peti-
turus accessit. Pipinus autē copiosum exercitum congregans
in italiam venit. Et arstulphum regem obsedit. A quo qua-
draginta obsides accepit ut ecclesie romane omnia predia que
abstulerat redderet et ipsam amplius non inquietaret. Sed
recedente pipino arstulphus totum quod promiserat irritum
fecit. Qui tamen post modicum dum venatū pergeret subito ex-
piravit et desiderius eidem successit. Per idem tempus dum
Theodoricus rex gothorū iussu imperatoris ytaliam regeret et
arriana heresi deprauatus esset et boecius philosophus consula-
ris patricius cuius gener erat rem publicam illustraret autem
romam senatus contra theodoricum defensaret. Item theodoricus
boecium papie in exilium trahit ubi librum de consolacione proposuit
et tandem cum extinxit eius vxor elpes nomine ymnū apostolorum
petri et pauli qui sic incipit felix per omnes festum mundi car-
dines edidisse fertur epitaphium quod suum ipsa ipsum proposuit ita
dicens elpes dicta fui sicilie regionis alupna que procul a pria-
coniugis egit amor. Boecius sacris iam non peregrina queso
Iudicis eterni testificata tronum Theodoricus autem subito de-
functus a quodam sancto heremita visus est a iohanne papa
et symacho quos ipse occiderat nudus et discalciatus in ollam
vulcam demergi sicut ait gregorius in dyalogo. In die autem ascen-
sionis cum morti appinquaret ad altare se portari faciens amen.
O rex glorie virtutum usque ad finem deuote dixit qua finita
in pace dormiuit tantusque odor omnes perfudit ut in paradiso
se existimarent. Circa annum domini in dc. lxxxvij. Dagober-
tus rex francorum ut in quadam cronica habetur qui longe
ante pipinum regnauerat a sui puericia sanctum dyonysium
in magna veneratione habere cepit. Nam et quando lotharij
patris sui itam metuebat ad ecclesiam sancti dyonysij confuge-
bat. Cum ergo factus iam iam rex mortuus fuisset cuidam
sancto viro in visione monstratum est quod anima eius ad iudi-
cium rapta fuit et multi sancti suarum ecclesiarum expoliacione
obiciebant eidem. Cum ergo mali angeli iam ad penas rapere
eam vellent affuit beatus dyonysius et ei interuentu liberatus
est et penam euasit. Forte enim eius anima ad corpus rediit et
ibi penitentiam egit. Clodoneus rex corpus sancti dyonysij miser
religiose discooperiens os brachij eius fregit et cupide rapuit.

Qui mox in amentia versus est. Circa annū dñi dc. lxxxvij. beda venerabilis prespiter & monachus in anglia claruit qui licet in sanctorū chathologo cōputeē tamen ab ecclesia non sanctus sed venerabilis appellat & hoc duplici de causa. Pr̄ia est quia cū pre nimia senectute eius oculi caligassent habebat vt aiunt quendam diuorē a quo per villas & castella se duci faciebat & vbiq; verbū domini predicabat. Quadam vice dū per quandam vallem magnis lapidibus plenā transirent eius discipulus derisionis causa eidem dixit q̄ ibi esset magnus populus congregatus qui eius predicationem silenter & auide expectabant. Tunc ille feruentur predicare icipiens cū infine per omnia secula seculorū conclusisset. Mox vt aiūt alta voce clamauerunt Amen. venerabilis pater Quia igitur venerabilem eū miraculose lapides vocauerunt ideo venerabilis pat̄ appellatur vel vt alij asserunt ei angeli responderunt. Bñ venerabilis pater dixisti. Scđa causa est. quia post eius mortem quidam clericus sibi deuot⁹ quendā versum edere cupiebat quē ī eius tumulo facere sculpi volebat. Ita icipiens hac sunt in fossa Volēs versum taliter terminare bede sancti ossa Sed quia talem finē versus congruitas non paciebatur. & sedula mente reuolueret nec congruū finem videret. Dum quadam nocte multum super hoc cogitans mane ad tumulū p̄perass̄ manib⁹ anglicis versum. taliter sculptū reperit & finitū. Hac sunt in fossa bede venerabilis ossa. Eius corpus cū deuotione congrua colitur. aput inuam. Per idem temp⁹ scilicet circa annum domini dccc Rachordus rex feixonū cū baptizari deberet & iam vnū pedem in lauatio intinxisset alterū retrahens interrogauit Vbi nam plures maiorū suorū essent in inferno an in paradiso. Et audiens plures esse in inferno. Intinctum pedem retrahens sanctus est inquit plures quam pauciores sequi & ita ludificatus a demone promittente q̄ tertia die ab hinc icōperabilia bona sibi daret ip̄e quarta die subita & eterna morte periit. In campania ytalie frumentum & ordeum & legumina istar pluuię de celo cecidisse refertur. Per idē tēpus scilicet circa annum domini dcc. xl cum corpus sancti benedicti de monte cassino ad monasterium floriacense & corpus sancte scolastice sororis eius aput ceromanas fuisset trāstatū Karolus monachus cassinensis corpus sancti benedicti ad castrum cassinum transferre volebat Sed miraculis a deo ostēsis & francis resistantibus prohibitis fuit. Eo tempore circa annum domini septuagesimum quadragesimum terremot⁹ magnus factus est quo vrbes alie sunt subuerse. Alie a montanis ad subiecta campestria cū muris & habitatoribus suis

integre ⁊ salue vltra sex miliaria transmigrarūt vt dicit̃ cor-
pus sancte petronelle petri apli filie trāssert̃ in cui⁹ sepulchro
marmoreo ipsi petri manu scriptum legebat̃ auree petronelle
dilectissime filie hic ait sigbertus. Eo tempore tyrij armeniam
infestant in quorū patria cū olim pestilentia fuisset suasi xpi
anorū in modum crucis sua capita totunderūt ⁊ quia p hoc
signum salus reddita est hunc tundendi retinuerūt ritum Pi-
pino tandem post multos triumphos defuncto. karolus mag-
nus eius filius eidem in regnum successit cuius tempore in ro-
mana sede adrianus pontifex presidebat. Qui ad karolū mag-
num legatos misit postulans ab eo auxiliū contra desiderū
regem longobardorū qui more patris sui atulphi ecclesiā
plurimū infestabat Cui karol⁹ obediens magno congregato
exercitu per montem sensum ytaliā intrauit. ⁊ papiam ci-
uitatem regiam potenter obsedit ⁊ ibi desiderium capiens cū
uxore filiis ⁊ principibus ad gallias in exiliū misit ⁊ omnia
iura ecclesie que longobardi abstulerant sibi restituit. Erant
tunc in exercitu karoli amicus ⁊ ameli⁹ strēnuissimi milites
cristi quorū miri actus leguntur qui apud mortariā vbi lon-
gobardos karolus superauit ceciderunt ⁊ hic terminatum est
regnum longobardorū. Nam deinceps illū regem habebant
quem cesarēs sibi dabant. Proficiente karolo romā papa sy-
nodum c. liij. episcoporum congregauit in qua synodo papa
ius eligendi pontificem romanū ⁊ ordinandi aplicam sedem
karolo dedit archiepos q̃ ⁊ episcopos p singulas prouicias
ante consecrationem ab ipso in vestituram accipere definiuit.
Filii q̃ eius rome reges vnguntur scilicet pipinus sup ytaliā
ludouicus super acquitaniam. Alcuinus magister karoli tūc
flōebat pipinus karoli filius de coniuratione contra patrem
conuictus in monachū tonsuratur. Circa annū domini d. cc
lxxx. tempore scilicet hyrene imperatricis ⁊ filij sui nomine
constantin homo quidam in longis muris tracie fodiens si-
cut in quadam cronica legitur. Inuenit archam lapideam q̃
cū expurgasset ⁊ reuelasset virū iacentem ibi reperit ⁊ litteras
taliter continentes. cristus nascetur ex maria virgine ⁊ credo
in eum. Sub constantino ⁊ hyrene imperatoꝝibus o sol iterū
me videbis. Defuncto adriano leo in romanam sedem subli-
matus est vir p omnia reuerendus cui⁹ sublimacōz p̃pinqui
adriani egre ferentes cū letanias maiores ageret contra eum
p̃plo scitato ei oculos eruerunt ⁊ linguam preciderunt. Sed
deus miraculose linguam sibi ⁊ visum restituit. Qui dū karo-
lum confugisset ipse eū in sede sua collocauit ⁊ reos puniuit.

Romani igitur suadente papa anno domini d. cc. lxxxiii relicto imperio constantinopolitano vno omnium consensu imperatorias laudes karolo acclamant eumque per manum leonis imperatorem coronant cesarem et augustum appellat. post constantinum enim magnum imperialis sedes apud constantinopolim habebatur pro eo quod predictus constantinus romanam sedem vicariis beatus petrus reliquit et apud predictam urbem sedem sibi ordinavit Verumtamen propter dignitatem imperatores romani nuncupati sunt usque ad illud tempus quo imperium romanum ad reges francorum translatum est. Postea vero illi grecorum siue constantinopolitani isti vero romanorum imperatores vocati sunt Hoc autem de tanto imperatore valde mirabile fuit quod nullam filiarum suarum quod diu vixit voluit coniugio copulare. Dicebat enim se earum contubernio non posse carere et ut alchwinus eius magister de eo scribit licet alias felix esset et hic aduersus fortune malignitatem expertus est. satis declarans quid super hoc dicere vellet quod tamen ita imperator dissimulavit ac si de eo nulla suspicio haberetur. quibus de hoc multus sermo fieret. Unde et quocumque ibat semper eas secum ducebat. Huius karoli tempore officium ambrosianum maxime dimissum est et gregorianum maxime divulgatum imperiali auctoritate ad hoc plurimum adiuuante Ambrosio. namque ut testatur augustinus in libro confessionum cum a iustina imperatrice ariana perfida deprauata persecutionem pateretur et intra ecclesiam cum plebe catholica insidijs vegeretur Instituit ymnos et psalmos. sed more orientaliu decantari ne populus meritis tedio contabesceret quod per omnes fuit postmodum ecclesias deriuatum Verum gregorius postmodum superueniens plura mutauit. Addidit et detrincauit. Sancti enim patres non statim omnia ad decorem officij pertinentia videre potuerunt Sed diuersi diuersa ordinauerunt. Nam et missae inceptio tres varietates habuit olim enim a lectioe incipiebatur sicut adhuc in sabato sancto fit Postmodum celestinus papa psalmi ad introitum missae cantari instituit. gregorius vero introitum missae cum cantu ordinavit et unum versum de illo psalmo qui totus cantabatur retinuit psalmum olim circa aram in modum corone circumstantes concorditer concinebant et inde chorus dicitur. Sed flavianus et theodorus quod alternatim cantentur instituerunt ab ignacio hoc habentes qui super hoc diuinitus fuit edoctus. Teronimus psalmi epistolas euangelia et ex magna parte officij a diurna et nocturna preter cantum ordinavit. Ambrosius gelasius et gregorius orationes et cantus addiderunt et cum lectioibus et cum euangelij coaptauerunt gradum

aila tractus & alleluia & ambro. gelafius & gre. Hilarius ad
didit ad gloriam in excelsis laudamus te & cetera que secūtur
Nocherus abbas sancti galli sequētiās p̄ neumis ipsius allā
prius cōposuit sed nicolau? papa ad missas eas cantari cōces/
sit. Armanus cōtractus theuthonicus fecit. rex omnipotens
Sancti spiritus assit nobis gratia & aue maria & anti. Alma
redemptoris mater & symō barlona. Petrus vero de cōpostel
la episcopus fecit Salue regina. Sigbertus tamen dicit q̄ ro
bertus rex francorum fecit sequentiā. Sancti spiritus assit
nobis gratia & karolus vt refert turpinus archiepiscopus
erat corpore decorus sed visu ferus Statura eius pedū octo &
facies eius palmū & dimidium ī longitudine possidebat Bar
ba vero palmum Frons erat vnius pedis Militem sup equū
armatum sedentem a vertice simul cum equo vno ic̄tu cum
spata scindebat Quatuor ferraturas equorū simul facile ma
nibus extendebat. Militem armatum rectum stātem sup ma
num suā a terra vsq; ad caput suum sola manu velociter ele
uabat leporem integrum aut duas gallinas vel anserem ede
bat Modicum vinum & linphatum hibeat tam parcus ī bi
bendo erat q̄ semper in cena raro plus q̄ ter bibere solebat ce
nobias multa construxit ac laudabiliter vitam finiuit & ī fine
rerum suarum christum heredem fecit Cui in imperium suc
cessit Ludouicus eius filius vir clementissimus circa annos
dñi ccccxv. Cuius tempore episcopi & clerici cingula auro
texto & exquisitas vestes & alia ornamenta secularia deposue
runt Theodolphus aurelianēsis ep̄us falso apud impatorez ac
cusatus ab eodē ē custodie adēgauis mancipatus Cū aut vt
in quadā cronica habet in die palmaz p̄cessio iuxta domū ī
qua custodiebat̄ transfret ille ap̄ta fenestra. Factoq; silentio
pulcherrimos illos versus a se editos. f. Gloria laus & honor
tibi sit rex xp̄e. &c. p̄nte impatore cātavit qui it̄m impatori
placuerunt q̄ ipsum a vinculis mox absoluit & in sua sede re
stituit. legati michaelis impatoris constantinopolitani inter
cetera mūera detulerūt Ludouico filio karoli magni libros
dyonisiij de Terarchia de greco in latinum translatos qui cum
gaudio sunt recepti. xix. & infirmi ī ipsa nocte ī ecclesia eius
curati Mortuo Ludouico lotharius impium tenuit Cui fra
tres eius scilicet karolus & ludouicus bellum indicentes tāta
vtriq; facta est strages vt nulla etas meminerit tantam aliquā
fuisse in regno francoz Tandem pacto mito karolus regnat
in francia ludouicus in germania Lotharius in ytalia & p̄te
francie que ab ipso lotharingia dicta est qui postmodum lu
douico eius filio imperium derelinquens habituz mōachalē

accepit Huius tempore vt in alia quadā cronica dicitur erat
 papa sergius natus romanus qui primo os porci dictus est
 Sed mutato nomine vocatus est sergius Ab illo tempore or-
 dinatūe vt omnes pape nomina mutent. tū quia domius hijs
 quos in aplatum elegit nom mutauit Et quia sicut mutanī
 in nomine Sic mutari debent in vite perfectione. tū ne ille qui
 ad decorum officium eligi aliquo nomine in decoro turpē
 Huius ludouici tempore scilicet anno domini dccc . lvi. vt in
 cronica quadam habetur in parochia maguntina malignū
 spiritus parietes domorū quasi maleis pulsando & manifeste
 loquendo & discordias seminādo adeo homines infestabat vt
 quocūq; intrasset statim illa domū exurebat Presbiteris aut
 letanias agentibus & aquam benedictam spargentib; inimic;
 lapides iactabat & multos cruentabat Tandem aliqui conqui-
 escens confessus est se quando aqua spargebatur sub cappa
 talis sacerdotis quasi familiaris sui latuisse accusans eum q;
 cum filia procuratoris peccatum lapsus inde fuerit ¶ Per
 idem tempus rex bulgarorū cū gente sua ad fidem conuersus
 tante perfectionis fuit vt maiore filio in regnum ordinato ipse
 habitū mōachalē accepit. Sed cū eius filius iuueniliter agēs
 ad gentilitatis cultū redire vellet resumptra milicia persecut;
 ipsum cepit effossiq; oculis in carcerem trusit & in regnum
 statuo filio iuniore habitū sacrum resumpsit. In ytalīa apud
 brixīā tribus diebus & trib; noctibus sanguis de celo pluuisse
 narratur. Per idem tempus locuste innumerabiles in gallijs
 apparuerunt senas habentes alas sex pedes duos dentes lapi-
 dibus duriores vt castrorū acies turmatim volantes spaciū
 diurni itineris quatuor aut quin; milib; extendentes omnia
 viridia in herbis & arboribus vastantes que vsq; ad mare bri-
 tanicum peruenientes. Tandem flatu ventorum in profundo
 maris demerse sunt. Sed estuo oceani ad lit; reiecte ex putre-
 dine sua aerē corrupit. Vñ mortalitas maxia & fames puali-
 da est secuta vt fere tertia pars hoīm interiret Deniq; primus
 otto imperauit scilicet anno domini. dcccc xxxvij. Dum aut
 in pascali solennitate dictus otto principibus conuiuū pre-
 perasset anteq; sederent cuiusdam principis filius mōre puer
 ili ferculum de mensa accepit quem dapifer fuste prostrauit
 Quod cernens pedagogus pueri ipsum dapiferum mox per-
 emit. Quem cum sine audientia cesar condemnare vellet ille
 cesarem ad terram deiecit & suffocare cepit Qui cum de eius
 manibus vix erutus fuisset ipsum reseruari iussit se culpabilē
 clamans quod festo non detulit. Vñ ipm libere abire pmisit.

Ottoni primo successit otto secūdo hic dū ytalici pacē sepius violarent romā venit ⁊ oībus proceribus magnatibus ⁊ pō Quibus Epulantibus latenter omnes cingi fecit armat s tificibus apud gradu in ecclesie conuiuium grande fecit Deinde deuiolat a pace querimoniā mouens iubet in scriptis culpabiles recitari quos statim ibidem decollari fecit. Alios vero epulari satagebat. Huic successit otto tercius circa annū domini dcccc.lxxxiiij. Iste cognoīabatur mirabilia mūdi hic vt in quadam cronica dicitur. quandam vxorem habuit que euidam comiti se prostituere voluit Sed cum ille nollet tantū facinus ꝑpetrare illa indignata predictū comitem apud imp atorem adeo infamauit q̄ eū imperator sine audientia decol lari fecit Qui anteq̄ decollaretur rogauit vxorem suā vt iu dicio candentis ferri post mortem eum comprobet inocētem Adest dies in quo cesar pupillis ⁊ viduis se asserit iudicium facturum affuit ⁊ vidua mariti caput secū suis portans in vñ nis. Tunc quesuit ab imperatore qua morte dignus esset qui in iuste aliquem occidisset. Qui cū priuatione capitis dignū eum assereret illa intulit dicēs. Tu es ille vir qui maritū meū ad suggestionem vxoris tue innocenter occidi mandasti ⁊ vt me verum dicere cōprobes hoc candentis ferri iudicio cōpro bado Quod cesar videns obstupuit ⁊ in manu femine puniē dum se dedit. Interuentu tamen pontificū ⁊ procerum indu cias decem dierum. Deinde octo terciō septē quarto sex a ui/ dua accepit Tunc imperator causa examiata veritate cognita vxorem viuam cōcremauit ⁊ pro redemptione sui quatuor castra vidue dedit que castra sunt in episcopatu luneñ. ⁊ vo cantur ab in ducijs dierum x. viij. vij. vi. Post hunc beatus heinricus qui fuit dux bauarie anno domini millesimo ij. im perium sumpsit qui stephano regi vngarie adhuc gentili sor orem suam nomine galam in vxorem dedit ⁊ tam ipsum regē quā totam eius gentem ad fidem xpi cōuertit. Qui stephanus tante religionis fuit vt multorum miraculorum gloria deus ipsum illustrem reddidit Hic heinricus ⁊ vxor eius radegun/ dis virgines permanserūt ⁊ celibē vitā ducentes in pace queue runt. Huic successit conradus quidam dux francorum. qui neptem sancti heinrici duxit vxorem. Huus tempore visa est in celo trabs ignea mire magnitudinis super solem iam ad oc casum vergentem currere ⁊ ad terram cadere. Hic quosdam episcopos de ytaliam in vincula cōiecit Et quia mediolanensis archiepiscopus de vinculis fugit suburbia mediolani incēdit Die vero penthecostes cum imperator in parua ecclesia secus urbem coronaretur. ad missam tam grauiua tonitrua fulgura q̄ fuerunt vt aliqui mente exciderent aliqui spiritū exalarent

Bruno vero episcopus qui missam cantabat & secretariꝰ imperatoris cū alijs dixerunt se inter missarum solēnnia vidisse sanctum ambro. imperatori gminantem Huius contadi tempore scilicet anno domini millesimo vicesimo quinto comes luipoldus. vt in quadam cronica dicitur. Tram regis metuēs cum vxore sua in insulam fugiens in quodam tugurio latitabant in qua silua dum cesar venaretur nocte superueniente in eodē tugurio ipsum oportuit hospitari Cui hospita pregnās vicināq; partui decent vt potuit strauit & necessaria ministrauit eadem nocte mulier filium peperit & vocem tercio ad se venientem cesar audiuit. Conrade hic puer modo progenitus. gener tuus erit Mane ille surgens duos armigeros sibi secretarios ad se vocauit dicens Ite & pueruluz illum de manibus matris violenter auferte & ipsum per medium scindentes cor eius mihi portate Conciti illi euntes de gremio matris puez rapuerunt Quē videntes elegātissime forme misericordia cōmoti ipsum super quandam arborem ne a feris deuoraretur reposuerunt leporem scindentes cor eius cesari detulerunt. eodem die dum quidam dux inde transiret & puerum vagiētez audiret eum ad se duci fecit & dum filium non haberet vxori attulit & nutrirī eū faciens a se de vxore sua genitū esse finxit & heinticum vocauit Cum igitur iam creuisset. Erat corpe pulcherrimus Ore facundus. Et omnibus graciosus. Quem cesar tam decorum & prudentem videns a patre ipsum pecijt & in curia sua manere fecit. Sed cum videret puerum oibus graciosum & ab omnibus cōmēdari Dubitare cepit. ne post se regnaret Et ne iste sit ille quem occidi mandauerat. volens igitur esse securus litteras manibus suis scriptas per eū vxori dirigit in hunc modum. Inquātum est caro vita tua mox vt litteras istas receperis puerum hunc necabis. Dum igitur pergens in quadam ecclesia hospitatus fuisset & fessus sup bancum quiesceret & bursam in qua erant littere deprenderet sacerdos. curi ositate ductus bursaꝝ aperuit & litteras sigillo regis munitas videns ipsas saluo sigillo aperuit & legens scelꝰ abhorruit & radens subtiliter quod dicebatur istum necabis scripsit filiam nostram isti in vxorem dabis Cumq; Regina litteras sigillo impatoris munitas videret & de manu impatoris scriptas esse cognosceret cōuocatis principibꝰ celebrauit nupcias & filiam suam eidem in vxorē dedit. quē nupcie aqꝰ gni celebrate sūt. cū aut cesari a dicētibꝰ narraret qꝰ solēniter


fuisse filie sue nuptie celebrate ille obstupescens a duobus
 armigeris & duce & sacerdote veritate compta dei ordinationi
 resistendum non esse vidit & ideo p puerum mittens esse suum ge-
 nerum appbavit & post se regnare instituit In loco aut vbi puer
 heinricus natus fuit nobile monasterium edificatum est que usq;
 hodie vrsania nominata est. Este heinricus omnes ioculatores
 a curia sua remouit. & que hijs dari consueuerat pauperibus
 erogabat. Huius tempore tantum scisma in ecclesia fuit vt tres
 infimos pontifices electi essent. A quodam tandem prespitero
 nomine gratianus magna illis data pecunia eidem cesserunt
 Et ipse papatum obtinuit. At heinricus dum pro sedando scis-
 mate romam pergeret Gratianus ei obuians auream coronam
 sibi obtulit vt propiciu sibi haberet. Ille aut cuncta dissimu-
 lans synodo conuocato gratianu de symonia conuicit & aliu
 subrogauit In libro tamen boneti quem misit ad comitissam
 matila dicitur q cum prespiter simplicitate ductus pontificatu
 sibi p pecunia acquisierit vt scismati obuiaret ipse postmodum
 errorem suum cognoscens seipsum suadente imperatore depo-
 sivit Post hunc heinricu tercius heinricus imperat Huius tem-
 pore bruno in papam eligitur & leo vocatur Qui dum ad ca-
 pascendam sedem apostolicam Romam pergeret audiuit voces
 angelorum canentium. Dicit dominus ego cogito co. pa. ac
 Hic de multis sanctis cantus composuit. Hoc tempore p ber-
 gariu turbata fuit ecclesia qui assererat corpus & sanguinem
 xpi non vere sed figuratiue esse in altari. Contra quem scripsit
 egregie laufrancus prior Betensis natione papieus. qui fuit
 magister anselmi cantuariens. Deinde quartus heinricus im-
 perat anno domini c. lvij. cuius ipse maxime floruit laufrancus
 ad cuius eximiam doctrinam conuolauit. de Burgundia
 aulhelmus vir postmodum multa virtute & sapientia ador-
 natus & ei in prioratu monasterij betensis successit. Sub hoc
 tempore iherusalem a saracenis capta a fidelibus recuperata
 est. Ossa beati nicolai apud Barensem urbem translata sunt.
 De quo inter cetera legitur q dum in quadam ecclesia sub
 iecta sancte Marie de caritate nodum beati nicolai noua hy-
 storica cantaretur fratres priorem vt eam sibi cantare liceret in-
 stantius exorabant Qui nullatenus acquiescens dixit incon-
 gruum esse morem pristinum de nouitatibus imutare Cum
 adhuc fratres instarent ille indignatus Respondit. Recedite
 fratres nunquam a me licentia concedetur vt noua cantica ymo-
 ioculatoria quedam in mea ecclesia decantentur. Adueniente
 vero festiuitate eiusdem fratres cuiusdam tristitia matutiaz

vigilias pergerunt Cumq; omnes se i lectis recepissent Ecce
 nicholaus priori visibiliter apparuit terribilis. Quē p̄ capillos
 a lecto abstrahens dormitorij pauimento collisit Incipiens an
 typhonam. O pastōe eterne p̄ singulas vocum differencias
 virgis quas i manu tenebat grauiissimos ictus super dorsum
 prioris ingeminans p̄ ordinem morose canendo antyphonam
 ad finem vsq; perduxit. Qui cū omnes suis clamoribus exci/
 tasset semiuuius ad lectū deportatur Tandem ad se rediens ait
 Ite & hystoriam nouam sancti nicolay amodo decātate. Hoc
 tēpore ex molimēsi cenobio xxi. monachi cū abbate suo Bo/
 berto cisterij solitudinem ad euntes vt ibi regle sue p̄fessionē
 districtius obseruarent nouum ordinem ex veteri instituerūt
 Hildebrandus prior cluniacensis factus papa. gregoriū. est
 vocatus hic dum in minoribus constitutus in legatione fun/
 geretur apud lugdunum ebracensem de symonia conuicit mi
 raculose Nam dum idem archiepiscopus omnes accusatores
 suas corrumpet. & conuinci non posset legatus vt gloria pa/
 tri & filio & spiritui sancto diceret imperauit. Ille gloria patri
 & filio expedite dicebat spiritui sancto. vero dicere non poter
 at qui in spiritum sanctum peccauerat. Qui peccatum suum
 confitens mox vt depositus esset clara voce spiritum sanctum
 nominauit Hoc miraculum recitat. Bonizo in libro ad comi/
 tissam melchtild. Mortuo henrico iiii. spire & cū alijs Regi/
 bus sepulto i ei⁹ epitaphio versus iste inscript⁹ fili⁹ hic pater
 hic auus hic pauus iacet istic. Huic successit henricus quiti⁹
 anno domini. Millesimo centesimo vij. qui papam cum car/
 dinalibus cepit. Et eos dimittens in vestituram episcoporū
 & abbatum per anulū & baculum pasto ralem accepit. Sub
 hoc tempore Bernardus cum fratribus suis cistercium ingre
 ditur In parochia a legicū. porca porcellū faciē hominis ha/
 bentem enixa est Pullus galline quadrupes natus est Loth/
 arius successit henrico cuius tempore mulier quedam in hy/
 spania monstrum bis gemmi corporis enixa est auersis vultu
 bus corporibus sibi choherens Ante quidem effigies erat ho/
 minis integro corporis mēbrorumq; ordine distincta Retro
 vero facies canis corporis et membrorum pprietate integra
 Post hunc regnauit Conrad⁹ anno millesimo centesimo tri/
 cesimo octāuo Eo tempore Hugo de sancto victore doctor ex
 cellentissim⁹. Et i omni scientia summ⁹ a religiōe deuot⁹ obiit
 De q̄ referūt q̄ cū ifirmitate vltia laborat⁹. Et nullm cibū reti
 nere poss⁹. Corp⁹ tñ dñicū sibi dari cū mlta istātia postlabat.

Tūc fratres eius turbationem sedare volētes simplicē hostiā
instar corporis dominici sibi detulerūt. Quod ille per spiritū
recognoscēs ait Misereatur vestri domi⁹ fratres cur me delu/
dere voluistis. Iste enī nō est dñs me⁹ quē deportastis. Mox
illi stupefacti cucurrerūt. Et sibi corpus dominicū detulerūt
Sed ille videns q̄ recipere nō valeret. Elevatione in celū manib⁹
sic orauit Ascēdat filius ad patrē. Et spiritus ad deū suū qui
fecit illum Et inter hec verba spiritū exalauit. Et corpus dñi
ibidem disparuit Eugenius abbas sancti anastasi j papa con/
stituitur Qui ab vrbe expulsus eo q̄ senatores alium creauerunt
gallias venit & Bernardum ante se misit viam domini
predicabat ⁊ multa miracula faciebat Gilbertus porrectan⁹
florebat Fridericus nepos Conradi imperauit anno domini
milesimo centesimo quinquagesimo quarto Floruit magi/
ster Petrus lombardus episcopus parisiens⁹ qui librorū sen/
tentiarum glosam psalterij Et epistolarum Pauli vtiliter cō/
pilauit Eo tempore .iij. lune in celo vise sunt & ī medio signū
crucis nec multo post vise sunt .iij. soles Tūc alexander ī papā
canonice est electus contra quem Octavianus Jo. cremens⁹ .
tituli sancti Calixti & Jo. strumens⁹ successiue in papam eli/
guntur & fauore imperatoris fulciūtur Durauit hoc scisma
annis .xviii. infra quod tempus theutunici qui apud tuscula/
num p̄ iperatore morabātur Romanos apud mōtem portū
inuadunt & tota noua vsq; ad vesp̄as occiderunt vt nunq̄
ex romanis tot milia sint occisa Licet tempore hanibalis tot
occisi sint vt tres caphinos anulorū quis de digitis procepe
occisorū abstulerant impleuerint ide hanibal extrahi fecit
cartaginē destinauerit. Imperator Fridericus dum terram
sanctam visitasset ⁊ in flumine quodam lauaretur ibidem ne/
catus perijt. Vel vt alij asserunt equo suo impingente ī aquaz
cecidit Tbiq; interiit. Huic successit Heinricus filius ei⁹ āno
dñi milesimo centesimo nonagesimo. Eo tpe tante pluuie cū
tonitruis Et fulminibus & tēpestatib⁹ facte sunt quātas nlla
meminit hoīm antiquitas. Lapidēs enī in quātitate ouorum
quadranguli mixti cum pluuia de celo cadentes Arbores vi/
neas Et segettes destruxerunt ⁊ multos homines occiderunt
Corui quoq; ⁊ q̄plures aues per aera in hac tēpestate volā/
tes vise sunt carbones viuos in Rostro portare Et domos in/
cendere contra romanam ecclesiam semper tyrānidem Hein/
ricus exercuit. Et ideo eo mortuo innocēn terti⁹ ne frater ei⁹
Philippus promoueretur se opposuit & Ottoni filio ducis
Saxonie adhesit. Et eum aquisgrani in Regem alemanee cor/
onari fecit Eo tempore dū plures barōes francie p̄ libatiōe

terre sancte ultra mare pergerent constantinopolim ceperunt
 Hijs temporibus ordines predicatorum ⁊ minorum fratrum
 orti sunt Innocentius quartus legatos ad philippū Regem
 francorum misit vt terram albigen. inuaderet ⁊ hereticos de/
 leret Qui omnes capiens concremari fecit deniq; Innocenti
 us ottonem imperatorem coronauit ⁊ vt iura ecclesie salua
 ret ab eo iuramentum exegit. Qui statim ipso die contra iu/
 ramentum fecit ⁊ romipetas expoliari iussit. vnde papa eum
 excommunicauit ⁊ ab imperio deposuit Eo tempore fuit sancta
 Elizabeth filia regis vngarie que fuit vxor lantgrauij que in/
 ter alia innumera miracula plures vel xvj. mortuos vt scribi
 tur suscitauit ⁊ cecum natum illuminauit. Decuius corpore
 vsq; hodie oleum fluere perhibetur. Ottone deposito frideric⁹
 heinrici filius eligi ⁊ ab honorio coronatur Leges optias
 pro libertate ecclesie ⁊ contra hereticos edidit Sic super om/
 nes diuicijs ⁊ gloria abundauit. Sed eis in superbia abusus
 fuit Nam tyrannidem contra ecclesiam exercuit. Duos cardi/
 nales vinculauit. prelatos quos gregorius ix. ad consilium
 conuocauerat capi fecit. Et ideo ab ipso excommunicatur. De/
 niq; gregorius multis tribulationibus pressus mori ⁊ In/
 nocentius quartus natione ianuenfis cōsilium aput lugdunū
 conuocans ipsum imperatorem deposuit. Quo deposito ⁊ de/
 functo sedes imperij vsq; hodie vacat.

De dedicatione templi.



Dedicatio ecclesie inter alias festiuitates
 ab ecclesia celebratur. Et quoniam du/
 lpex est ecclesia siue templū scilicet ma/
 teriale ⁊ spirituale. Ideo de huius tem/
 pli duplicis dedicatione hic breuiter est
 agendum. Circa dedicationem autē tem/
 pli materialis tria videnda sunt. Primo
 quare dedicat siue consecrat Secūdo quare
 consecrat. Et quia in templo duo sunt que
 consecrantur scilicet altare. ⁊ ipsum templum ideo primo
 videndū est quare consecratur altare Secundo quare tēplum

Altare autem consecratur ad tria. Primo ad sacramentum domini offerendum gen. viii. Edificauit noe altare domino. Et tollens de cunctis volucribus et pecoribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentum est corpus et sanguis christi que in memoriam passionis dominice immolantur iuxta quod nobis precepit dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Habent enim triplex memoriale dominice passionis. Vnum inscripto scilicet passio christi ymaginibus figurata et hoc habet fieri quantum ad visum. Ipsa enim crucifixi ymago et alie ymagines in ecclesia fiunt propter rememorationem excitandam deuotionem et instructionem quia sunt quasi libri laycorum. Secundo in verbo scilicet passio christi predicata. et hoc habet fieri quantum ad auditum. Tercio in sacramento scilicet passio in hoc sacramento tam signanter expressa in quo corpus et sanguis christi veraciter continetur et nobis offertur et hoc memoriale habet fieri quantum ad gustum. Si ergo affectum nostrum accendit passio christi descripta et amplius predicata multo forcius inflammare debet in hoc sacramento tam signanter expressa. Secundo ad nomen domini inuocandum gen. xij. Edificauit abraham altare domino qui apparuit ei et inuocauit ibi nomen domini. Hec autem inuocatio secundum apostolum primo ad thimotheum habet fieri aut per obseruationes que fiunt cum adiuratione pro malis remouendis. Aut per postulationes que fiunt pro bonis cumulandis. Aut per gratiarum actiones que fiunt pro bonis habitis conseruandis. Inuocatio autem que fit super altare proprie dicitur missa eo quod celestis missus scilicet christus a patre mittitur qui ipsam hostiam consecrat. Et per eundem a nobis pater mittitur ut pro nobis intercedat. Unde hugo. Ipsa hostia sacra missa vocari potest quia transmissa est primo a patre nobis per incarnationem. Secundo a nobis patri per passionem. Similiter in sacramento primo a patre nobis per sanctificationem que nobiscum esse incipit postea a nobis patri per oblationem qua pro nobis intercedit. Et nota quod missa in tribus linguis canitur scilicet greca hebrayca et latina ad representandum titulum dominice passionis qui scriptus erat grece hebrayce et latine. Item ad notandum quod omnis lingua debet deum laudare que per hanc triplicem linguam intelligitur. Latina autem sunt euangelia epistole orationes et cantus. Greca sunt kiriel christe. que ix. vicibus cantantur ut ad societatem ix. ordinum angelorum perueniamus. Hebrayca sunt alla amen sabaoth et osanna. Tercio ad cantandum ecclesiastici. xvi. dedit illi contra inimicos potentiam et stare fecit contra altare cantores et in sono eorum fecit dulces modulos. Et dicit modulos in plali quia secundum hugo. de sancto victore

Tres sunt species sonorum qui faciunt tres modulos. Est enim sonus pulsu flatu & cantu. Ad citharam pertinet pulsus Ad organum flatus Ad vocem cantus assignari potest. Hec 9/0/ nantia sonorum concordie morum. Si referatur ad pulsum cithare manuum operatio Ad flatum organi mentis deuotio Ad cantum vocis sermonis exhortatio & infra · Quid pdest dulcedo oris sine dulcedine cordis. Frangis vocem frange & voluntatem. Seruas consonantiam vocum serua concordiam morum vt per exemplum concordes proximo per voluntem domino per obedientiam magistro. Hoc igitur triplex genus musicorum refertur ad triplicem differentiam officij ecclesie. sicut dicitur in *Mitrati* de officio. Nam ipsum officium ecclesie consistit in spal. in cantu & in lectionib. Primum igitur genus musicorum est quod fit pulsu digitorum vt in spalterio & similibus & ad aliud pertinet spalmodia spal. Laudate est in spalterio & cithara. Secundum est quod fit cantu sicut in voce. Et ad istud pertinent lectiones spalim spallite ei in vociferatione. Tercio in quod fit flatu sicut in tuba. Et ad istud pertinet cantus spalmista. Laudate eum in sono tube. Templum autem seu ecclesia consecratur quadruplici ratione. Primo vt inde dyabolus & eius potestas expellatur vt refert Gregorius in dialigo quod cum quedam ecclesia arrianorum fidelibus reddita consecraretur. Et reliquie sancti Sebastiani & beate Agate illuc delate fuissent. Populus ibidem congregatus porcum subito intra suos pedes huc illucq; discurrere senserunt. Qui foras ecclesie repetes a nullo videri potuit. Omnesq; in admirationem commouit. Quod iccirco dominus ostendit vt cunctis patefieret q; de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus in eiusdem ecclesie tectis strepitus factus est. Ac si in hoc aliquis errando discuteret. Secunda nocte iterum grauior sonus increuit. Tanto vero terrore tercia insonuit. Ac si omnis illa ecclesia a fundamentis fuisset euersa. Statimq; recessit nec amplius illa antiqui hostis inquietudo apparuit. Sed per terrore sonitum quem fecit innotuit a loco quem diu tenuerat quem coactus exhibat. Hec Gregorius. Secundo consecratur vt ad eam fugientes saluentur. Vnde aliquae ecclesie post dedicationem a principibus privilegiant vt qui ad eam confugerint saluentur. Vnde dicit canon Reos sanguinis defendet ecclesia ne vitam perdant & membra & ob hoc. Iacob in tabernaculum fugit & cornu altaris apprehendit. Tercio consecratur vt ibidem orationes exaudiantur quod signatum est. iij. Regum. viij. vbi salomō dedicato

templo ait. Quicūq; rogauerit in loco isto exaudies in loco habitaculi tui in celo & cum exaudieris propicius eris. adoramus autem in ipsis ecclesijs ad orientem quod fit triplici ratione secundum damascenum libro quarto capitulo quinto. Primo vt patriam nostram nos requirere ostendamus. Secundo vt ad christum crucifixum respiciamus. Tertio vt venientem iudicem nos expectare monstremus. Ait enim sic. deus paradysum in eodem secundum orientem plantauit. Vñ hominem egressum exulem fecit & ante paradysum ex occidente habitare fecit. Antiquam igitur patriam exquirentes & ad ipsam aspicientes deum ad orientem adoramus. Sed & dominus crucifixus ad occidentem respiciebat. Et ita adoramus ad ipsum respicientes. Et assumptus ad orientem sursum ferebatur & ita ipsum apostoli adorauerunt & ita veniet quomō viderunt eum euntem in celum. Ipsum igitur expectantes ad orientem adoramus hec Damascenus. Quarto consecrat vt ibidem laudes deo reddantur quod quide; fit in .vii. horis canonicis scilicet matutinis prima tertia sexta &c. Et licet in qualibet hora diei deus esset laudandus. tamen quia ad hoc infirmitas nostra non sufficit ordinatum est. vt his horis specialiter deum laudemus. Eoq; he hore ab alijs priuilegiate sūt in aliquibus. Nam in nocte media qua matutine celebrantur christus natus est captus & illusus a iudeis fuit. In hac iteruz hora infernum spoliavit. Dicit enī in mitrali q; in media nocte infernum spoliavit large accipiendo scz ante lucem mane surrexit hora prima apparuit. In media etiā nocte ad iudiciū venturus asseritur. Vnde sero reor inquit traditionē apostolicaz per māsisse vt die vigiliarū pasche ante noctis medium dimittere nō liceat p̄p̄os expectantes aduentū cristi. Et postqm̄ aduenerit illud tēpus securitate p̄sumpta festum cunctos agere diē. In hac igitur hora laudes deo cantam; vt ei de ei; natiuitate captione & patrū liberatione gr̄as agam; & ei; aduentum solliciti expedemus. Adduntur etiam matutinales laudes q̄a in mane egyptios in mare submersit mundum creauit & surrexit. In hac ergo hora laudes deo reddimus ne in mari. Quid; inuudi cum egyptijs demergamur vt pro nostra creatione & eius resurrectione gratias deo reddamus. In hora prima christus ad templum conueniebat & populus ibidem ad euz manebat id est ad eum: mane festinabat vt dicitur. Luce. xxi. pilatus presentat; fuit. In hac etiā hora resurgēs mulierib; p̄mo apparuit hec ē prima hora diei. iō ḡo in hac hora in ecclesia deo laudes exoluim; vt xpm̄ inuitem; & sibi resurgēti & appenti

gratias agamus ⁊ deo tanq̄m omnium principio ipsius diei
 primicias soluamus In hora tertia christus linguis iudeorū
 crucifixus est A pilato ad columnam flagellatus est ⁊ adhuc
 vt dicitur in hystorijs columna vbi ligat⁹ fuit vestigia corpō
 ris ostendit ⁊ hac eadem hora spiritus sanctus missus est. In
 sexta in cruce clauis confixus est tenebre per vniuersum mun
 dum facte sunt vt in morte domini sui sol lugens se vel libus
 nigris contegeret ⁊ ne dominum crucifigentib⁹ lumen prebe
 ret. Et in hac hora die ascensionis cum discipulis discubuit.
 In ix hora christus spiritum emisit. Miles latus eius aperuit
 cetus apostolorū ad orandum conuenire consueuit ⁊ chris
 tus in celum ascendit. Propter has prerogatiuas deum in
 his horis laudamus. In vespera christus in cena sacramentuz
 corpōris ⁊ sanguinis instituit pedes discipulorum lauit de cru
 ce depositus in sepulcro collatus fuit. Discipulis in habitu pe
 regrini se manifestauit ⁊ pro his omnibus in hac hora eccle
 sia christo gratias agit. In completorio christus sanguineas
 guttas sudauit monumento eius custodia deputata fuit. Et
 ibidem quieuit. Resurgens pacem discipulis nunciauit ⁊ pro
 his gratias deo reddimus. Has autem laudes qualiter deo ex
 soluere debeamus dicit Bernardus fratres mei immolātes ho
 stiam laudis iungamus verbis sensum sensui affectum affe
 ctui exultationem exultationi maturitatez maturitati humi
 litatem humilitati libertatem. Quinto consecratur vt ibidem
 sacramenta ecclesiastica ministrentur Vnde ipsa ecclesia effici
 tur quasi ipsa taberna dei in qua sacramenta continentur Et
 ministrantur Quedam enim ministrantur ⁊ dantur intranti
 bus vt baptismus. Quedam exeuntibus scilicet extrema vn
 ctio. Quedam commorantibus ⁊ horum quidam sunt mini
 strantes his datur ordo. Quidam pugnantibus Et horum qui
 dam pugne succumbunt his datur penitentia. Quidam insi
 stunt ⁊ his confertur audacia animi vt roborentur. Et hoc
 per confirmationez datur cibo vt sustentetur ⁊ per h^o eucha
 ristie sumptionem fit remotio impediementi ne deiciantur ⁊
 hoc per matrimonij coniunctionem. Secundo videndum qua
 liter consecratur. Sed primo de altari. Secundo de ecclesia ad
 consecrationem autem altaris plura concurrunt. Primo eniz
 quatuor cruces de aqua benedicta in quatuor cornibus alta
 ris configurantur. Secundo ipsum septies circuitur. Tercio
 aqua benedicta cum ysopo septies aspergitur. Quarto incen
 sum in ipso crematur. Quinto crismate inungitur. Sexto mū
 dis pannis operitur. Hec autem representant ea que debent
 habere illi qui ad altare accedunt. Debent enim primo habere

caritatem quadruplicem per crucem acquisita; vt scz diligāt
deum seipfos amicos ⁊ inimicos. Et hec figntur per quatuor
cruces in quatuor cœnibus altaris facte. Et de his quatuor
cœnibz caritatis dicit in Gen. xxvij. Dilataberis ad orientem
& occidentem septemtrionem & meridiem. Vel ideo quatuor
cruces in quatuor cœnibz sunt ad significandum q̄ christus
per crucem quatuor mundi partes saluauit. Vel ideo ad sig/
nificandum q̄ crucem domini quatuor modis debemus por/
tare scz in corde per meditationē. In ore per confessionē. In cor
pore per mortificationem. In facie per assiduam imp̄sionem
Secundo debent habere curam & vigilantiam quod significa
tur per circuitus. Vnde tunc cantatur Inuenerunt me. vi. ci.
ꝛc. Debent enim solliciti vigilare super gregem suum. Vnde
negligentiam prelati ponit Gilbertus inter ridiculosa dicens.
Ridiculosa an magis periculosa res est speculatoꝝ cecus. Pre/
cursoꝝ claudus. Negligens prelatꝝ doctoꝝ nescius. Preco mu
tus. Vel per septem circuitus circa altare significātur septem
meditationes & considerationes quas circa septem plices vir
tutem humilitatis christi habere debemus. Et per ipsas frequē
ter circuire. Prima virtus est q̄ cum diues esset factus ē pau/
per. Secunda q̄ in presepio positus. Tercia q̄ parentibus sub
ditus. Quarta quod sub manu serui caput inclinauit. Quinta
quod discipulum furem ⁊ proditoꝝ sustinuit. Sexta quod
ante iniquum iudicem mansuetus tacuit. Septima quod pro
crucifixõibus clementer orauit. vel per. vii. illos circuitus sig
nificantur. vii. vie christi. Prima fuit de celo in vterum. secun/
da de vtero in presepium. tertia de presepio in mundum. q̄rta
de mundo in patibulum. quinta de patibulo in sepulcrum. se
xta de sepulcro in limbum. septima de limbo resurgens in ce/
lum. Tercio debent habere dominice passionis memoriã quod
significatur per aspersionem aque. vii. enim aque aspersiones
sunt. vii. sanguinis christi effusiones. Quarum prima fluxit
in circumcisione. secunda in oratione. tertia in corpore flagel
latione. quarta in capitis coronatione. quinta in manuum per
foratione. sexta in pedũ crucifixione. septima ī lateris apertioe
He autem sanguinis aspersiones facte fuerunt cum isopo hu
militatis & inestimabilis caritatis. Isopus enim est herba hu
milis ⁊ calida. Vel ideo septies aspergit̄ ad significandũ q̄ in
baptismo. vii. dona sancti sp̄s dant. Quarto debēt hēre oroꝝ
feruentem & deuotã q̄d significat̄ per concremationez thuris.

Thus enī. habet virtutē ascendendi ex fumi leuitate ꝑ solidādi ex sua qualitate. constringendi ex conglutinitate. Confortandi ex aromaticitate. Sic oratio ascendit in dei memoriā. Animam consolidat quantum ad culpam preteritam impetrando medelam. Constringit quantum ad futuram impetrando cautelam. Confortat quantum ad presentem tutelam. Vel potest dici ꝑ deuota oratio Per thus significatur quod habz ad deum ascendere ecclesiastici. xxxv. oratio humiliantis se. ꝑ cedorem deo reddere Apo. quinto. Habentes singuli chitaras & phi. ple. & odo. ꝙc. Ex corde inflāmato procedere Apo. viij. Data sunt illi incen. & mul. ꝙc. Et infra Accepit angelus thurribulum & impleuit illud de igne al. ꝙc. Quinto debent habere nitorem conscientie ꝙ odorem bone fame quod significatur per chrisma quod conficitur ex oleo & balsamo. Debent enim habere puram conscientiam vt possint dicere cum Apostolo Glōria nostra Hec est testimonium conscientie enī bonam famam Vnde primo thi. iij. oportet illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Crisostomus clerici nullam debent habere maculam nec in verbo nec in cogitatu. nec in facto nec in opinione quia ipsi sunt pulchritudo ꝙ virtus ecclesie. Et si mali fuerint totam deturpant ecclesiam.

Sexto debent habere mundiciam operationis bone quod significatur per pannos albos Et mundos. Quibus altare operitur. Vfus enim vestimentōrum inuentus est ad tegendum calefaciendum ꝙ orandum. Sic bona opera tegunt anime nuditatem Apo. iij. Vestimentis albis induaris vt non appareat confusio nuditatis tue. Ornant animam ad honestatē Romanōū. xij. Induamur arma lucis ꝙc. Calefaciunt in flāmando ad caritatem Job. xxxvij. Nonne vestimenta tua calida sunt ꝙc. Modicum enim valeret accedenti ad altare si haberet dignitatem summam & vitam infimam. Bernardus mēstruosa est sedes prima & vita ima gradus supremus. Et status infimus. vultus grauis. accentus leuis sermo multus fructus nullus ingens auctoritas & animi instabilitas. Secundo videndum est qualiter ecclesia consecratur & ad hoc plura concurrunt. Episcopus enim ipsam ecclesiam ter circuit. Et qualibet vice veniens ad ecclesiam ianuam percutit baculo pastorali dicens. Aperite portas principes vestras & ecetera. Interius & exterius aqua benedicta ipsa ecclesia irrigatur. In pavimento fit crux de cinere ꝙ sabulo ex transfuerso angulo oriens vsque ad angelum occidentis. Et litteris grecis & latinis scribitur alphabetum. In pietibus ecclesie cruces depinguntur & ipse cruces illuminantur & chrismate inungitur.

Primum ergo scz triplex circuitus signat triplicem circuituz quem fecit christus propter ipsius ecclesie sanctificationem. Primus fuit q̄ de celo venit in mundum. Secundus q̄ de mūdo descendit ad limbum. Tercius q̄ de limbo rediens & resurgens ascendit in celum. Vel triplx circuitus fit ad ostendēdū q̄ illa ecclesia consecratur ad honorem trinitatis. Vel triplex circuitus signat triplicem statum saluandorū de ecclesia qui sunt virgines continentes & coniugati. Hec etiam designatur in dispositione materialis ecclesie sicut ostendit Rich. de sancto victore. Nam sanctuariū signat ordinem virginum. chœr̄ ordinem continentium. Cœpus coniugatorum. Strictus est sanctuarium q̄m chœus & chœus q̄m cœpus. quia pauiores sunt virgines q̄m continentes & isti q̄m coniugati. Sanctioe est etiam locus sanctuarij q̄m chœus. & chœus q̄m cœpus. quia dignior est ordo virginum q̄m continentium & continentium q̄m coniugatorum. hec Rich. Secundum scz trina ad hostium percussio signat triplex ius quod habet cristus in ecclesia quare sibi debet apiri. Est enim sua creatione. redēptione & glœificationis promissione. de hoc triplici iure dicit Ansel. certe domine. quia me fecisti debeo me ipsum tibi totū quia me redemisti debeo amœri tuo me ipsum totum q̄a tanta promittis debeo me ipsum totum. Imo tantum debeo amœri tuo plusq̄m me ipsum quantum tu es maior me ipso pro quo dedisti te ipsum & cui promittis te ipsum. Tercia autem proclamatio attollite pœ. pri. ve. Significat trinam eius potentiam scz in celo in mundo & in inferno. Tercio interius & exterius aqua benedicta aspergitur quod fit triplici de causa. Primo propter demonis expulsionem. Aqua enim benedicta habet propriam virtutem expellendi ipsum dyabolum. Vnde i exorcisom aque dicitur vt sis aqua exorcizata ad effugandum &c. Esta autem aqua benedicta fit ex quatuor scz ex aqua. vino & sale & cinere quia videlicet quatuor sunt que maxime inimicum expelluntur. Scilicet lacrimarum effusio que per aquaz spiritualis exultatio que per vinum. matura discretio que p sal & profunda humiliatio que per cinerem designantur. Secundo propter ipsius ecclesie expiationem. Omnia enim terrena hec propter peccatum corrupta sunt & fedata. Et ideo locus ipse Aqua benedicta aspergitur vt ab omni feditate. Et immunditia liberetur Purgetur. expietur. Hinc est etiam quod in Lege omnia Pene per Aquam Mundabantur.

Tercio propter omnem remouendam maledictionem. Tercia enim a principio cum fructu suo maledictionem accepit ex eo q̄ ex eius fructu deceptio facta fuit. Aqua vero nulli maledictioni subiacuit. Hinc est q̄ dominus comedit piscem . sed non legitur comedisse carnem nominatim nisi forte de agno paschali propter preceptum legis in exemplum scilicet abstinendi. Aliquando a licitis. Et aliquando eadem comedendi. Ut ergo omnis maledictio remoueat̄ a benedictio introducatur ideo aqua benedicta aspergitur. Quarto in pavimento alphabetum scribitur quod quidem representat coniunctionem vtriusq̄ populi vel paginam vtriusq̄ testamenti vel articulos nostre fidei. Illud enim alphabetum ex litteris grecis & latinis in cruce factis representat vnionem in fidei populi gentilis & iudei per crucem christi factam. Vnde & illa crux ex transuerso angulo orientis vsq̄ ad angulum occidentis ducitur. Occidens dicitur ad significandum q̄ ille qui prius erat dexter factus est sinister Et qui erat in capite factus est in cauda & econuerso. Secundo representat paginam vtriusq̄ testamenti quod per crucem christi adimpletum est Vnde moriens dixit consummatum est. Et crux ex transuerso ducitur quia vnicuique testamentum in alio continetur. Quia rota erat in rota. Tercio representat articulos fidei. Ecclesie enim pavementum est nostre fidei fundamentum. Elementa que inscribuntur sunt articuli fidei quibus rudes & neopheti de vtroque populo in ecclesia erudiuntur qui se puluerem & cinerem reputare debent iuxta illud quod dixit abraam Gen. xvij. Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Quinto cruces in ecclesia depinguntur quod quidem fit triplici ratione. Primo propter demonum terrorem vt scilicet demones qui inde expulsi sunt videntes signum crucis terreantur & illuc ingredi non presumunt. Timent enim valde signum crucis Vnde crisostomus vbicumq̄ demones signum domicum viderint fugiunt timentes baculum quo plagam acceperunt. Secundo propter triumphi ostensionem. Cruces enim sunt vexilla christi. Et signa eius triumphi. Vnde vt ostendatur q̄ locus ille christi domino subiugatus est. Ideo ibidem cruces depinguntur. Nam & apud imperialem magnificentiam obseruatur vt quando aliqua ciuitas ei traditur imperiale vexillum in ea erigitur. In huius figuratione dicitur Genesis. xxviii. q̄ iacob lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum videlicet in titulum preconialem memorialem & triumphalem. Tercio

propter apostolorum representationem. Nam illa .xij. lumina
ante cruces posita significant .xij. apostolos qui per fidei cruci
fixi totum mundum illuminauerunt. Hæ igitur cruces illumi
nantur & crismate unguuntur quoniam apostoli fide passionis
cristi totum mundum illuminauerunt & ad cognitionem in
flammauerunt & amorem. Vixerunt ad conscientie nitorem
quod per oleum & ad bone vite odorem quod per balsamum
intelligitur. De tercio scilicet per quos prophanatur. Sciendum quod
ipsam domum dei per tres prophanatur. Legimus scilicet per
Teroboam per nabuzardam & per anthiochum Teroboam enim
sicut legitur .iii. Regum .xij. duos vitulos fecit ponens vnum
in dan et alium in bethel que dicitur domus dei & hoc propter
auariciam fecit ne scilicet regnum ad Roboam rediret. Per hoc si
gnificatur quod auaricia clericorum multum ecclesiam dei con
taminat que in ipsis clericis multum regnat. Tere .viii. Ami
nimo usque ad maximum omnes auaritiam secuntur. Bernar
quem dabis mihi de numero prelatorum qui non magis inui
gilet subditorum euacuandis mansuipijs quam vicij. extirp an
dis vituli sunt nepotuli quos in bethel id est domo dei ponit
Ecclesia etiam per Teroboam prophanatur si ex auaritia usura
riorum vel raptorum edificatur. Unde legitur quod cum quidam
vsurarius ecclesiam quandam de rapinis & usuris construxi
set episcopum ad eius dedicationem multis precibus inuitauit.
Cum igitur episcopus cum suo clero officium consecrationis
agerent vidit post altare diabolum stantem in chatedra & ha
bitu episcopali. Qui dixit episcopo quare ecclesiam meam consecras
cessa iam quia ad me iurisditio eius pertinet quia de usuris &
rapinis edificata est. Cum ergo episcopus inde cum clericis
territus fugeret dyabolus continuo ipsam ecclesiam cum gran
di strepitu destruxit. Nabuzardam similiter sicut legitur .iii. Re.
xxv. domum dei combussit. Nabuzardam autem princeps babilo
norum significat illos qui gula & luxurie dediti sunt qui de ven
tre suo deum suum fecerunt sicut quod dicit apostolus. Quorum
deus venter est etc. Qualiter autem venter deus dicatur ostendit hugo
de sancto victore in suo claustrali dicens. Solent dijs templa con
strui. Altaria erigi ministri ad seruiendum ordinari immola
lari pecudes thura cremari deo siquidem venter templum est coquina.
Altare mensa ministri coci immolari pecudes carnes cocte sunt
incensorum odor saporum. Rex anthiochus qui fuit superbissimus &
ambiciosus domum dei polluit & prophanauit sic legitur .i. Math. i.

Per quē significat q̄ superbia ⁊ ambitio que viget in clericis qui non appetunt prodesse sed preesse multum ecclesiam dei contamināt. De quorum superba ambitione dicit Bernardus Honōrati incedunt de bonis domini qui domino honōrem nō deferunt. Unde his que quotidie vides meretricius nitō histrionicus habitus regius apparatus aurum in frenis ⁊ sellis ⁊ calcaribus plus calcaria q̄m altaria fulgent. Et sicut per tres p̄phāta extitit ita per alios tres dedicata ⁊ consecrata fuit. De dicationem enim primo fecit moises. secundo salomon. tercio Iudas machabeus per quod insinuatur q̄ in dicatione ecclesie debemus habere humilitatem que in moyse sapientiam ⁊ discretionem que in salomone. Vere fidei confessionem que in Iuda designatur. Secundo videndum est de consecratione siue dicatione templi spiritualis quod templum sumus nos scz congregatio omnium fidelium q̄d construitur ex lapidibus viuis. j. pe. ij. tanq̄m lapides viui super edificati ⁊c. Ex lapidibus politis. Unde cantatur tuncionibus pressuris ⁊c. Ex lapidibus quadris. q̄tuor enim latera lapidis spiritualis sunt fides spes caritas ⁊ operatio que equalia sunt. Quia vt dicit Grego. quantum credis tantum speras. quantum credis ⁊ speras tantum diligis. quantum credis speras ⁊ diligis tantum operaris. In hoc quidem templo altare est cor nostrum super quod altare tria debent deo offerri. Primum ignis dilectionis perpetue. Leui. xj. Ignis scz dilectionis erit perpetuus ⁊ nunq̄m deficiet in altari scz cordis. Secundum incensum orationis odorifere. j. paral. vi. aaron ⁊ filij eius adolebunt incensum super altare holocaustomatis ⁊ thim. iamaus. tertium sacrificium iusticie quod sacrificium consistit in oblatione penitentie ⁊ in holocausto dilectionis perfecte. Et in vitulo carnis mortificate. De his psal. acceptabis sacrificium iusticie ob. ⁊ hodie imponunt super altare tuum vi. Templum autem spirituale quod sumus nos ad similitudinem templi materialis consecratur. Primo enim summus pontifex scz cristus hostium cordis clausum inueniens ter circuit dum peccatum cordis ⁊ operis ad memoriā eius reducit. De hoc triplici circuitu dicitur Isa. xxij. Sume citharam quo ad primum circuitu ciuitatem cordis scz quo ad secundum meretrix obliuioni tradita propter tertium. Secundo ipsum hostium cordis clausum ter percutit vt sibi aperiat. Percutit enim ipsum cor iectu beneficij consilij ⁊ flagelli. De qua triplici percussione dicitur prouerbiorum primo Quartum ad malos extendi manuum meam ⁊c. Hoc quantum ad collocata beneficia. Despexistis omne consilium meum hoc quantum ad inspirata gilia.

et increpaciones meas neglexistis hoc quantum ad illata flagella. Vel ter percussit dum rationalem mouet ad peccati cognitionem concupiscibilem ad dolorem. Irascibilem ad peccati vindictam et detestationem. Tercio ipsum templum spirituale ter aqua intus et extra debet irrigari. Hec autem trina irrigatio est trina lacrimarum interiorum vel aliquando exteriorum effusio. Mens enim sancti viri ut dicit gratia dolore afficit considerando ubi fuit. ubi erit ubi est. Et ubi non est. ubi fuit inquit in peccato. ubi erit in iudicio. ubi est in miseria. ubi non est in gloria. Quando vero interiorum ut exteriores lacrimas fundit considerando scilicet quia fuit in peccato et de ipso ratione reddet in iudicio tunc istud templum iam semel aqua aspergitur. Quando autem pro miseria in qua est ad fletum compungitur tunc secundo irrigatur. Quando pro gloria in qua non est lacrimas fundit tunc tertia aqua spargit. Huic autem aque admiscentur vinum sal et cineres quia cum hijs lacrimis debemus habere vinum spiritualis exultationis. Sal mature discretionis et cineres profunde humiliacionis. Vel pro vinum limphatum intelligit humilitas christi quam habuit in carnis susceptione. Vinum enim limphatum est verbum humanatum. Per sal intelligit sanctitas sue vite que est omnibus ordinamentum religionis. per cinerem intelligitur eius passio. Hijs igitur tribus cor nostrum debemus aspergere scilicet beneficio incarnationis per quod prouocemur ad humilitatem exemplo sue conuersacionis. per quod informemur ad sanctitatem. Et memoria passionis per quod incitemur ad caritatem. Quarto scribitur in hoc templo cordis spirituale alphabetum id est spiritualis scriptura. Hec autem scriptura que ibi scribitur triplex est scilicet dictamina faciendorum. testimonia diuinorum beneficiorum. accusacio priorum delictorum. De hijs tribus. Regum ij. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce primum testimonium reddente conscientia ipsorum. Ecce secundum et inter se cogitationem negantium vel etiam defendentium. Ecce tertium. Quinto debent pingi cruces id est assumi penitencie austeritates scilicet que qui dem debent inungi et igne illustrari quia non solum ferende sunt patienter sed etiam libenter quod per vnctionem et ardentem quod per ignem. Vnde bernardus qui moriatur in timore crucis christi portat patienter. Qui proficit in spe portat libenter. Sed qui presumatur in caritate amplectitur iam ardentem. Item multi vident cruces nostras sed non vident vnctiones nostras. Qui ergo in se hic habebit vere tem-

plum ad honorem dei dedicatum erit. Dignus plene in quo
 xps habitet per gratiam vt tandem in eo habitare dignetur
 per gloriā. Quod ipse nobis prestare dignetur qui viuit ⁊ reg
 nat deus per oīa secula seculorum amen

De decim milia martirum



DAssio ⁊ mēo/
 ria x' milium
 martirū Vene
 ratur ⁊ colitur decio
 kal' iuliaz qui omnes
 vna die pro xpi nomi
 ne passi sūt sub adria
 no impatore alijsq; vi
 regibo qui venerunt ī
 adiutorium. Hīj sancti
 martires cum ab impe
 ratore ad sacrificandū
 ydolis spellerentur di
 xerunt. Sacrificiū vi
 uum ⁊ immaculatum
 offerimus nos metip/
 sos domino nostro ihe

su xpo qui p humano genere nasci dignatus est ⁊ descende
 re de celis multis malis affligi ⁊ ad vltimum voluit etiam p
 nobis crucifigi quem tu miser ignoras. Tunc iratus impera
 tor iussit eos diu torqueri ⁊ ad vltimum crucifigi. Et omnia
 tormenta que passus est dominus noster ihesus cristus forti
 animo. Et fide firmissima pro domino sustinuerunt. Locus
 igitur vbi passi sunt be. martires mons ē magnus ⁊ vocatur
 arrabe ⁊ distat ab alexādia ciuitate quīgentis quasi stadijs.
 A quibus autem passi sunt fuerunt exercitus. Regum qui illi
 venerant in adiutorium triginta Milia hora vero sexta illius
 diei terre motus factus est magnus petre scisse sunt sol obscu
 ratus est ⁊ omnia signa que in passione domini visa fuerunt
 etiam ibi visa sunt. Tunc sancti martires fundentes oracionē
 ad dominū dixerunt domine deus memento nostri in hoc pa
 tibus crucis. Et suscipe petitionem nostram ⁊ ea que a te ex
 poscimus nobis pcedere digneris vt quicūq; memoriā nūi ⁊ orē
 cū ieiunio ⁊ deuocōe celebrāunt mereāt a te alleq; fructuosā

Mercedem tribuendo eis sanitatem corporum medicamen a se
 Et in domibus eorum intus & foris bonorum omnium vber/
 tatem concede. Et si in prelio fuerint non eis nocere preuale/
 ant inimici visibiles & inuisibiles te expugnante. Sed sicut pla/
 cet tibi armis tuis eos protege. Diesq; vnius diei nostri passi/
 onis vnum penitentiary annu concludat obseruantibus
 se deuoto corde. Et hoc dominator domine a te poscimus dissi/
 pa omnem occupationem & omnem immundum spiritum om/
 nemq; infirmitatem eorum expelle quia gloriosum & laudabi/
 le est nomen tuum per o. s. s. Et respondentibus omnibus amen
 facta est vox de celo dicens. Que petistis dilectissimi mei scito
 te vos impetrasse. Gaudete quoq; & letamini quia orationes ve/
 stre coram christo & immortal. Rege veraciter sunt exaudite
 Et his dictis in confessione emisertunt spiritum veraciter per/
 cepturi premia regni celorum amen.

De sancto Iudoco.



Beatus Iudo
 cus fuit Iu/
 dabeli Regis
 britonum filius Ha
 buitq; fratrem maio
 rem natu beatum vi/
 delicet Iudabelum q
 successit patri in re/
 gno. Isti duo fratres
 imo due gemme cele
 stes contempnee fu
 erunt regis francoꝝ
 dagobetti cum quo
 post graues mimiti
 cias adinuicem paci
 ficatꝝ est ipse rex bri
 tonum Iudabelus &

magnis ab ipso muneribus honoratus Regressus itaq; in bri
 taniam cogitauit regnum terrenum pro celesti regno relinq/
 re. Et vitam monachicam ducere fratrem suum Iudocum iu
 niorem se conueniri fecit de suscipiendo regni gubernaculo vt
 suum posset adimplere. ppositum & frui coh. abitatione mona
 chorum. Bea. aut Iudocus non minus feruens in dei dilectoe

deliberandi inducias .viii. dierū vix a fratre impetrauit. Inter
 die noctuq; anxius cogitare cepit quō posset effugere regnū
 simul & patriā. Et fratris sui circa se studium declinare .ipō
 igi in monasterio quodam vbi lras didicerat cōmōzante. Et
 orationi frequentius incumbente cōtigit. Vnde cum illuc pere
 grinos venire qui causa deuotionis limina apostolorū Petri
 & Pauli visitare desiderabant. His secreto associatus parisiis
 venit cū eis ac vtz vltterius cū eisdem pcederet dubitauit con
 filiū tandem a spūsancto gsecutus qui gressus ei in omnibz
 dirigebat. Ab hoc itinere & a socijs itineris declinavit. Et ad
 pontiniū confinia que antiq; plena nemōibz erant & feris ac
 aīalibz solū habitabilia festinauit. Delectatus itaq; loci illi
 vasta solitudine disposuit habitationē ibi facere sup fluum
 alzeiam. Sed a duce heimone illius terre dño per .vij. annos ab
 hoc proposito retardat est. Inter q; ānos lras magis didicit &
 sacros ordines suscepit. Tandē sacerdos effectus iā dicti ducis
 filiū qui eū in maxima veneratione habebat de sacro fonte su
 scēpit. Elapso septennio ad vitā solitariā transiens in loco al
 zeii fluminis riuulis vndiq; circūdato ibidem ecclesia & domū
 cula edificatis. Preter ea que per eū dñs operat est miracula.
 Hic est gsiderandū q; volucres & pisces diuersi gñis ad sacrā
 ei manū palpabiles receptis ab eo alimentis veniebant & re
 cedebant q̄si domestici. Quadā die dū ad victū quotid ianuz
 non habet & nisi panē modicū sibi & discipulo suo dñs in spe
 cie pauperis venit elemosinā petens. Vir dei iudocus panem
 diuidi iussit in q̄tuor partes & pauperi petenti vnāz partē de
 q̄tuor erogari. Vir egressus erat & ecce dñs reuerti in formā
 egeni deficientis in edia & secūdo panis q̄drante satisfactū est
 eius petitioni. Nec mōza regressus. Tercio q̄si esuriens & defil
 ciens fame donata est ei etiam pars panis tertia. Conseq̄nter
 vsus est dominus in altera pauperis effigie rogaturus elemo
 sinam sicut iam terno fecerat ante. nec erat vnde reficere nisi
 de residuo panis quadrante. Viro itaq; domini iudoco & hūc
 erogare iubentē ait eis minister. Vis ne ait aliquid nobis re
 maneat. Nolo inquit sanctus totum tribue esuriēte quia po
 tens est dominus etiā hodie nostre prouidere necessitati. Vix
 recessit dominus & interia dum consolaretur seruus dei disci
 pulum de panis erogatione commotum. Ecce per fenestram
 vise sunt & inuente in alueo flumīs q̄tuor nauicule onuste vī
 ctualibz de qb; quis eas adduxerit vel q̄ ille deuenierint post
 qm fuerūt victualibz exonate vsq; in hodiernū diē ignozā.

Hec & alia que per eum dominus ibidē miracula demōstrare dignat⁹ ē longe lateq; p̄iam ad ei⁹ v̄sitationē adimpetrāda eius suffragia cominuerunt. Cūq; ibidem .viii. annis elapsis populi frequentiam nequiret sustinere ad vltterius desertum domino duce processit cōstructoq; ibi oratorio in honore beati Martini & mansiuncula. Ibidem plurimas ab hoste antiquo passus est insidias per .xiii. annos quibus illic est commoratus. Eo in loco signo crucis facto propria manu aquilam de sublimi prostravit que gallum suum abstulit. Et xi. gallinas sigillatim gallūq; suum incolumem suscepit. Non longe post dyabolus in horribilem mutatus colubrum grauius ipsum momordit in pede. Qua lesione per sanctum edoctus spiritum vt ad alium locum transiret. Adiuncto sibi duce heimone hastam circuibat heremum vt inueniret habitationis locum. Inquirendo autem cum ibidem graui dux torqueretur sitis inopia pre lassitudine & siti obdormiuit. Interim seruus dei Iudoe⁹ orationi incubuit surgensq; baculo quo innitebatur terre infixio sicut alter moyses aquam produxit & fontem inde largiter effluentem. Quo exhilarati dux & eius familia suis suis extinxerunt ardorem & transeuntibus adhuc aquam ad ministrat sufficientem. Progressus inde versus mare in vmbrosa valle cliuum ascendit per paruum. Quo delectatus hec est inquit cathedra hec requies mea in seculum. Duce itaq; reuerso ad propria vir dei propria manu duo ibidem gstruxit oratoria. Vnum petro apostolorum principi alterum paulo gentium doctōi. Profectus est etiam postmodum romam vocatus a beatissimo martino tunc romane sedis antistite qui a multo tempore concupierat videre eum. Et a sanctissimo eius colloquio sanari. Receptus est ab eo cum honore debito & tractatus. Ibidem a spiritu sancto doctus est quem in omnibus custodem & Magistrum habuit vt ad heremum suam reuerteretur quam in terris sibi elegit habitationem. Inde in breui exiturus a corpore. Et transmigaturus ad consortium angelorum. Post sacra & multa de eternitate colloquia. Et mutua orationum suffragia inter ipsum. Et summum pontificem habita preciosissimis a domino papa sibi collatis. Sanctoꝝ reliquijs reuersus est cum totius patrie gaudio ad pontinij confinia. Vbi in monte habitationis sue in qua modo requiescit cœpus sancti Iudoci proposito. Parentum cōsilio adducta est sibi puella absque oculis nata que sicut docta fuerat in visione faciem. Et loca vbi oculi debebant esse

lavit de Aqua illa qua vir sanctus manus abluerat. Et mox
receptis oculis clare cepit videre. Duce itaq; Heimone presen-
te cum mumerata dei plebisque turba in occursum Beati Iu-
doci congregata sanctissimis quas attulerat reliquijs cum o-
mni qua decuit veneratione repositis in noua beati Martini
ecclesia. In qua nunc factum corpus eius requiescit tunc de
noua facta lapidea a psato duce ipse vir be. preparauit se ad
diuina misteria casula indutus admodum niuis alba. Qui
cum astaret altari tercio idus iunij. Et ministraret cum deu-
tione maxima diuina manus apparuit super eum visibiliter.
Inter sacrosancta missarum solennia suumq; sacerdotem. Et
locum illum assignauit. Et confirmauit. Benedictione perpe-
tua cum promissione tali. Et voce mirabili celitus subsecuta.
Quia contempsisti diuitias terrenas. Et refutasti paterni re-
